causa della pace : la verità ha dà esser vissuta, comunicata, applicata in tutti i campi della vita. Anche la verità, specialmente cristiana, è un talento che Dio pone nelle mani dei suoi servi, affinchè con le loro intraprese fruttifichi in opere di comune salute. A tutti i possessori della verità Noi vorremmo chiedere, prima che lo faccia l'eterno Giudice, se essi abbiano posto a frutto quel talento, in modo da meritare l'invito del Signore ad entrare nel gaudio della sua pace. Quanti, forse anche sacerdoti e laici cattolici, dovrebbero sentire il rimorso di aver invece sotterrato nel proprio cuore questo ed altri beni spirituali, a causa della loro indolenza o della loro insensibilità per le umane miserie! In particolare, essi si renderebbero colpevoli, se tollerassero che il popolo resti quasi senza pastori, mentre il nemico di Dio, valendosi della sua potente organizzazione, mena strage nelle anime non abbastanza solidamente formate nella verità. Parimente sarebbero responsabili sacerdoti e laici, se il popolo non ricevesse e non sperimentasse dall'amore cristiano quell'attivo aiuto, che la volontà divina prescrive. Nè compirebbero il loro dovere quei sacerdoti e laici, che chiudessero volontariamente gli occhi e la bocca sulle ingiustizie sociali di cui sono testimoni, fornendo in tal modo occasione ad attacchi ingiusti contro la capacità di azione sociale del cristianesimo e contro la efficacia della dottrina sociale della Chiesa, che, per divina grazia, ne ha date tante e così manifeste prove anche in questi ultimi decenni. Ove ciò accadesse, porterebbero anch'essi la responsabilità che gruppi di giovani, e perfino pastori di anime, si lascino in qualche caso trascinare a radicalismi e progressismi erronei.

Più gravi conseguenze causerebbe all'ordine sociale, ed anche politico, la condotta dei cristiani — siano essi di condizione elevata od umile, oppure più o meno benestanti —, che non si risolvessero a riconoscere ed osservare le proprie obbligazioni sociali nel maneggio dei loro affari economici. Chiunque non è pronto a condizionare in giusto grado al benessere comune l'uso dei beni privati, sia liberamente secondo la voce della propria coscienza, sia anche mediante forme organizzate di carattere pubblico, contribuisce, per quanto è da sè, ad impedire la indispensabile preponderanza dell'impulso e della responsabilità personale nella vita sociale.

Nei sistemi democratici si può facilmente cadere in tale errore, quando l'interesse individuale è posto sotto la protezione di quelle organizzazioni collettive o di partito, alle quali si chiede di proteggere la somma degli interessi individuali, anziché di promuovere il bene di tutti : in tal guisa l'economia cade facilmente in balìa di forze anonime, che la dominano politicamente.

Diletti figli e figlie, siamo grati alla divina bontà di averCi concesso ancora una volta d'indicarvi, con sollecitudine di Padre, le vie del bene. Possa la terra, inondata dal fiume della vera pace, cantare gloria a Dio nel più alto dei cieli! « *Transeamus usque Bethléem!* ».[11] Torniamo presso la culla della sincerità, della verità e dell'amore, ove il Figlio Unigenito di Dio si dona Uomo agli uomini, acciocché l'umanità ravvisi in Lui il suo vincolo e la sua pace. *Hodie nobis de coelo pax vera descendit.*[12] Aftinché la terra sia degna di riceverla, invochiamo su tutti la larghezza delle divine benedizioni.

24 Dicembre 1954.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

VENERABILIS DEI FAMULA MARIA ASSUMPTA PALLOTTA, VIRGO, EX INSTITUTO SORORUM FRANCISCALIUM MISSIONARIARUM MARIAE, BEATA RENUNTIATUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Pauperem esse divitem cum caritate, haud perperam asseverat Sanctus Augustinus, christiane civitatis lumen praecipuum (cfr. *Berm.* 350, 3; *P. L.* 39, 1534), eandemque virtutem colere satis esse iis, qui sacris disciplinis non sint eruditi ; ait enim : « Si ergo non vacat omnes paginas sanctas perscrutari, omnia involucra sermonum evolvere, omnia Scripturam secreta penetrare; tene caritatem, ubi pendent omnia» *(ibid.,* 2). Quae recte cadunt in virginem Deo devotam, humillimo natam loco reique familiaris pressam angustia atque litterarum paene expertem, Mariam Assumptam dicimus Pallotta, sodalem Congregationis Sororum Franciscanum Missionariarum Mariae, quam, virtute illa aliisque animi ornamentis et caelestibus quoque muneribus maxime commendatam, hodie Beatorum Caelitum numero addere libenti animo constituimus. Haec in Picenorum pago, quem *Force* vulgo appellant, die vicesima mensis Augusti, anno millesimo octingentesimo septuagesimo octavo, in lucem edita est, non huic saeculo, sed Deo victura, et postera die salutari

[11] Luo. 2, 15.

[12] *Off. in Nativ. Dom.,* Resp. ad II Lect.

abluta lavacro. Parentes eius, Aloisius Pallotta et Euphrasia Casali, vitam degentes in egestate, familiae rationibus consulere vix potuerunt, ita ut puella maturius quam pro aetate labores subire cogeretur. Eam autem, in patriae domus sordibus et squalore versantem, « immensis monilibus ornavit » Sponsus Divinus (cfr. *Off. 8. Agnet.).* Huius enim praeventa amore, Maria Assumpta ineptus ac nugis, quibus solet aetas puerilis oblectari, abstinebat, parentibus animo submisso oboediebat ad verbum, in omnes comem se praebebat, scilicet a teneris annis vitam ad christianae sapientiae rationem studebat componere. In publico ludo litteras vix attigit, cum propter inopiam, qua erat familia circumventa, ad domestica negotia obeunda devocaretur. Mireris igitur puellulam, quae maternis curis adhuc esset ipsa fovenda, quasi matrem familias agere cum consilio et sedulitate, et, cuius corpus adhuc esset confirmandum, fabro caementario lateres porrigere, ut necessariorum miseriam modico sublevet quaestu. Cui operi cum vires non sufficerent, ad vestificum quendam se applicuit minor natu puella, grandium columen suaeque domus praesidium. Quae bima oleo sancto erat inuncta, duodecimum annum agens caelesti convivio primum interfuit incredibili quodam animi ardore atque studio, qua die lacrimarum vim gaudio profudit. Quidquid supererai temporis, id in piis precationibus insumebat, ac statim post absolutum opus Templum consueverat adire, ut Domino Iesu, quem toto pectore diligebat, iniiammatum aperiret animum eumque religiosissimis adoraret obsequiis. In eum quoque intendebat mentem, cum esset in labore rerumque susceptarum premeretur oneribus : ita ut pagi curio non dubitaret eam appellare « angelum Paradisi ». Verecundiae retinens castumque diligentissime servans decus, corpus ieiuniis aliisque voluntariis cruciatibus numquam praetermisit macerare. Ab eodem sacrorum administro iussa aliis puellis christianae religionis tradere elementa, quo arderet studio alienam salutem comparandi, luculenter ostendit. Aequales etiam, ne languerent otio et in pericula se inferrent, solebat in secretum abducere, ut eas, de rebus dicens divinis, ad christianam virtutem confirmaret et ad almam Deiparam induceret excolendam. Qua igitur dignum non erat saeculum, virgo Dei Famula, superno quodam acta instinctu, a profanarum rerum strepitu se omnino abstrahens, ad coenobii disciplinam appulit animum. Tamen ne in religiosarum sodalium se reciperet familiam, obstitere parentes, qui noluerunt « thesaurum », quem vocabant, filiam suavissimam et perquam industriam adiutricem, amittere. Quibus e difficultatibus, Christi munere, tandem se expedivit, ita ut die quinta mensis Maii, anno millesimo octingentesimo nonagésimo octavo, Romam potuerit proficisci, Franci-

scalibus Missionariis Mariae nomen datura. Sacris hisce virginibus, e legiferae Matris voluntate, id est propositum, ut Beatum Franciscum, <(pauperem Asisinatem », imitentur, Augustum Sacramentum in sublimi solio collocatum cotidie adorent, ethnicis christianae religionis nuntium afferant et levamentum, et quasi victimas se praebeant pro Ecclesia et animis ad sempiternam salutem perducendis. Quod vitae genus ad Mariae Assumptae ingenium et virtutem erat maxime accommodatum. Gaudio igitur gestiens, quod, ut ipsa dixit, antistita in religiosam familiam misericordia commota se ascivisset, omni studio annitebatur ut adipiscentur sanctimoniam. Veste sacra rite sumpta, in oppidum Cryptam Ferratam missa est, ubi in amplo coenobio probationis tempus perageret. Nihil spectans praeter Deum, praecipuo eum colebat pietatis ardore, caritatem et mansuetudinem ita sectabatur, ut, plena officii, omnium inserviret studiis, neque ullum detrectabat onus munusve illiberale, quin etiam sponte suscipiebat; christianae scilicet humilitatis et oboedientiae diligentissima, sedulo se exercebat in agris colendis, in curanda hara, in linteaminibus lavandis. Postquam e morbo, alma invocata Deipara, con valuit, die eidem Virgini Mariae, primae labis experti, sacra, anno millesimo nongentesimo, votorum sponsione, caelesti quodam gaudio perfusa, Deo se obligavit. In sedem deinde eiusdem Sodalitatis paulo ante Florentiae constitutam iussa est se conferre, ubi, cum esset domus nondum satis instructa, vel alacrius desudabat in laboribus omne genus domesticis. Dum ergo in hoc degit pietatis domicilio, magis in dies, superno quodam afflatu, inclinatam se sentiebat ad ea praestanda officia, quae pertinent ad religionis fines propagandos et ad ethnicos caritate devinciendos, id in primis percupiens, virgo Christi amore saucia, ut Sinenses lepris affectos foveret, relevaret. Ingenti animi laetitia exsultans, cum voti compos facta esset, una cum aliis novem sodalibus ad peregrinationem transmarinam sese paravit. Quae virginum animosa manus — septem enim ex eadem familia Franciscales paucis annis ante in Sinis crudeliter erant enecatae — in longinquam eandem regionem profectura, a Sancto Pio Pp. X, Decessore Nostro, admissione et alloquio fuit dignata, qui, fausta cum precatione eam dimittens, cohortatus est, ut adversos, qui ipsam manerent, casus fortiter toleraret. Die igitur undevicesima mensis Martii, anno millesimo nongentesimo quarto, Maria Assumpta Neapoli conscendit, in Sinas, immo in patriam caelestem, properatura. Postquam e difficili navigatione, quod procella magna et turbulenta erat coorta, in portum venit, eam tetendit in Sinarum provinciam, quam *Shansi* appellant, et quae futura erat quasi theatrum virtutis eius atque pietatis. Mediterranea igitur petens, in loco

Tche-fu mensem est primo commorata, deinde, antistitae iussu, in pago *Tung-eul-keu* sedem constituit, diuturni itineris molestiis aequo animo perlatis. Cum esset ei antiquissima cura, ut ethnicos ad christiana traduceret instituta eosque iacentes, afflictos, aegritudine perculsos allevaret, tamen hac etiam in re ad unius Dei voluntatem vitam accommodavit. In ipsa igitur domo religiosa, ubi Franciscales virgines quadringentas puellas aiebant, educabant, Maria Assumpta coquinandi officium aliaque domestica munera est alacri animo exsecuta ; scilicet eo contendit ut, in Deo tota defixa, communem vitam eius honori diebus singulis ageret. Quemadmodum autem solet auro adhiberi obrussa, ut eius bonitas probetur, sic Famulae Dei virtus, ex Dei consilio, fuit acriter temptata. Etenim pressa est ipsa angoribus, scrupulis stimulata, dubia cogitatione distracta. Hae autem tenebrae ac nubes brevi post fuerunt discussae : nam, cum Maria Assumpta unum annum degisset in Sinis, vitam colens piam, inopem, demissam, digna est habita, quae ad Caelestem Sponsum vocaretur : « Veni, Sponsa Christi, accipe coronam ». Typhica correpta febri, qua domus illa tota vehementer conflictabatur, ingentemque morbi vim sanctissime perpessa atque omnibus morientium praesidiis ad vitae exitum comparata, ibidem die septima mensis Aprilis, anno millesimo nongentesimo quinto, vicesimo septimo a quo vitae lumen adierat, nocte appetente, ex huius saeculi caligine ad sempiternam lucem excessit, paupérrima quae fuerat virgo, inaestimabilibus cumulanda divitiis. Ad domum funestam, suavi quodam, uti ferunt, plenam odore, non solum Christifideles sed etiam ethnici frequentes se eftuderunt ; qui funus honestissimum prosecuti, « Sanctam », quam vocaverunt, supremo mandarunt officio. Singularem vero Mariae Assumptae famam sanctimoniae, in dies crebrescentem, Deus caelestibus signis videbatur confirmare. Quapropter Causa de Beatorum Caelitum honoribus ipsi decernendis agi coepta est atque, post ordinarios, quos dicunt, processus, Commissio introductionis Causae, apud Sacram Rituum Congregationem instituendae, a Pio Pp. XI, Decessore Nostro, rec. mem., die vicesima quinta mensis Iulii, anno millesimo nongentesimo vicesimo tertio, obsignata. Apostolicis deinde inquisitionibus rite absolutis, de virtutibus theologalibus et cardinalibus eiusdem Venerabilis Dei Famulae fuit disceptatum, quas, omnibus perspectis et expensis, heroum in modum ab ea cultas esse, idem Decessor Noster, lato decreto die vicesima octava mensis Februarii, anno millesimo nongentesimo tricesimo secundo, edixit. Exercita postea quaestione de miraculis, quae huius Famulae Dei invocato nomine a Deo ferebantur patrata, omnique re in suetis comitiis diligenter exquisita, Nos die undevicesima mensis Octobris, hoc anno vertente

millesimo nongentesimo quinquagesimo quarto, de duobus pronuntiavimus constare. Unum tantum superfuit discutiendum, an Famula Dei inter Beatos Oaelites tuto foret recensenda. Quod prorsus factum est. Omnes enim Purpurati Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi Patresque Consultores id fieri posse cunctis suffragiis affirmaverunt. Nos tamen, pro rei magnitudine, mentem Nostram distulimus aperire, quo ad huiusmodi ferendam sententiam maiorem superni luminis copiam, enixis ad Deum precibus admotis, impetraremus. Itaque die tandem tricésima prima eiusdem mensis Octobris, hoc anno, ad Venerabilis Famulae Dei Mariae Assumptae Pallotta sollemnem Beatificationem *tuto* procedi posse ediximus. Quae cum ita sint, Nos, vota Sororum Franciscanum Missionariarum Mariae explentes, harum Litterarum vi atque auctoritate Nostra Apostolica, facultatem facimus, ut Venerabilis Dei Famula Maria Assumpta Pallotta, Virgo, *Beatae* nomine in posterum nuncupetur, eiusque corpus ac lipsana, seu reliquiae, non tamen in sollemnibus supplicationibus deferendae, publicae Christifidelium venerationi proponantur, atque etiam, ut eiusdem Beatae imagines radiis decorentur. Praeterea eadem Nostra auctoritate concedimus, ut de illa quotannis recitetur Officium de Communi Virginum cum lectionibus propriis per Nos approbatis, et Missa de eodem Communi cum orationibus propriis approbatis celebretur, iuxta Missalis et Breviarii Romani rubricas. Huiusmodi vero Officii recitationem Missaeque celebrationem fieri dumtaxat largimur in dioecesibus Montis Alti, cuius intra fines Beata ipsa orta est, et Asculana in Piceno, in qua diutius vitam degit, atque in archidioecesi Taeiüenensi, ubi diem obiit supremum, itemque in Templis et Sacellis ubique terrarum sitis, quibus Institutum Sororum Franciscanum Missionariarum Mariae et Ordo Fratrum Minorum utuntur, ab omnibus Christifidelibus, qui horas canonicas recitare teneantur et, quod ad Missas attinet, ab omnibus Sacerdotibus, ad Templa seu Sacella, in quibus eiusdem Beatae festum agatur, convenientibus. Largimur denique, ut sollemnia Beatificationis Venerabilis Mariae Assumptae Pallotta, servatis servandis, supra dictis in Templis seu Sacellis celebrentur, diebus legitima auctoritate statuendis, intra annum, postquam sollemnia eadem in Sacrosancta Patriarchali Basilica Vaticana fuerint peracta. Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis nec non Decretis de non cultu editis ceterisque quibuslibet contrariis. Volumus autem, ut harum Litterarum exemplis, etiam impressis, dummodo manu Secretarii Sacrae Rituum Congregationis subscripta sint atque eiusdem Congregationis sigillo munita, etiam in iudicialibus disceptationibus,

eadem prorsus fides adhibeatur, quae Nostrae voluntatis significatione hisce ostensis Litteris, haberetur.

Datum ex Arce Gandulfi, sub anulo Piscatoris, die vii mensis Novembris, Dominica xxn post Pentecosten, anno MDCCCCLIIII,, Pontificatus Nostri sexto decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO PRUGNOLA
a Brevibus Apostolicis

II

VENERABILIS DEI FAMULUS IOANNES MARTINUS MOYË, SACERDOS, E SOCIETATE PARISIENSI MISSIONUM AD EXTERAS GENTES, INSTITUTI SORORUM A PROVIDENTIA FUNDATOR, BEATUS RENUNTIATUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Christianae religionis signifer, Sanctus Paulus Apostolus, ad eos, quos « per Evangelium genuit » (cfr. / *Cor.*, IV, 19) ac singulari complectebatur caritate, haec una cum operis sui sociis scripsit egregie : « facti sumus parvuli in medio vestrum, tamquam si nutrix foveat filios suos. Ita desiderantes vos, cupide volebamus tradere vobis non solum Evangelium Dei, sed etiam animas nostras» (/ *Thess.,* XI, 7-8). Tanti doctrinae caelestis nuntii atque parentis amantissime exemplum per hominum aetates sibi proposuere ad imitandum pii Ecclesiae administri, qui omni studio enisi sunt, ut verbum divinum quam latissime disseminarent. In quibus numerum obtinet Ioannes Martinus M oye, sacerdos e societate Parisiensi Missionum ad exteras gentes, cui hodie Beatorum Caelitum honores decernere haud immerito statuimus. Perdiligens hic Evangelii praeco, sextus e tredecim filiis Ioannis Move atque Catharinae Dumange, qui vitam degebant cum virtute, in pago, cui appellatio *Cutting,* in Lotharingorum finibus, die vicesima septima mensis Ianuarii, anno millesimo septingentésimo tricesimo, susceptos est in lucem posteraque die fidelium coetui per sacrum baptisma insertus. Piissima mater praeceptis saluberrimis filioli animum ita finxit, ut hic, caelestibus etiam muneribus locupletatus, publico soleret abstinere, Deum preci-

bus quam religiosissime colere, et ad aequales pro aetatis modulo sacras habere orationes. Amorem quoque erga pauperes et aerumnosos testatus est tenellus pusio, cum suos donaret calceos, quos miser quidam homo s,ibi indueret. Quandoquidem ergo, saeculi res fluxas et caducas aspernatus, res divinas toto animo affectabat studioque ardebat homines ad sempiternam vocandi salutem, non est qui miretur eum ad sacerdotii sanctissima munia obeunda se sensisse inclinatum. Postquam apud fratrem natu maiorem litteris operam dedit, traditus est in disciplinam Ignatianorum Sodalium, qui in studiorum domicilio oppidi, cui nomen *Pont à Mousson,* iuventutem ad religionis instituta erudiebant et ad omnem informabant humanitatem. Ingenuis ibi artibus excultus, Argentorati, iisdem magistris, philosophiam attigit celeriterque pro ingenii sui ubertate comprehendit. Anno autem millesimo septingentésimo quinquagesimo primo, ad sacri ordinis alumnos in Seminario Metensi aggregatus est, ubi in divinarum rerum scientia magnos progressus effecit, libros praesertim caelesti afflatu conscriptos studiose volutans, et linguam Graecam et Hebraicam, utpote quae multum conferrent ad rectam eorum interpretationem, per discens. Cum ergo diligentiam omnem adhibuisset ad comparandam tum doctrinam tum virtutem, non immerito est dignus habitus, qui die nona mensis Martii, anno millesimo septingentésimo quinquagesimo quarto, in sacerdotum numerum sollemni augustoque Ecclesiae ritu acciperetur. Sic ad luctationem et certamen instructus, strenuus miles Christi quasi in solem et pulverem prodi vit. Omni enim virium contentione statim annisus est, ut verbum divinum annuntiaret oratione non turgente et innata, quae aures tantum scalperei, sed sincera, copiosa divinisque sententiis conspersa, quae perfringeret animos ; annisus est, ut qua Paenitentiae administer homines quam plurimos ad melioris vitae rationem a pravis moribus traduceret, pueros institueret christianae doctrinae rudimentis, maxime, vero ut exemplo ad virtutem praeiret omnibus. Quae praestitit egregie ut a sacris adiutor sive in ipsa Metensis dioecesis sede principe sive in pagis et oppidis ad eam pertinentibus, ubi huiusmodi munus iussus erat obire. Tamen ut eius probaretur sanctimonia, Ioannes Martinus, insons Christi sacerdos, in vehementem est adductus invidiam atque in culpam vocatus. Quibus pressus angustiis, mira usus est patientia ac modestiae speciem prae se tulit pulcherrimam. Cum esset igitur haec in eum concitata tempestas, de finibus dioecesis Metensis excessit, ut in sacro Seminario Sancti Deodati, recens condito, pietatis magistri partes sustinens, adulescenti clero dux esset ad colendam virtutem; quo in ofiicio per annum est versatus. Sed, maiora aggressus, Famulus Dei opus exegit, unde Ecclesiae et Christifidelibus non

pauca commoda enata sunt et adhuc enascuntur. Cum enim animadvertisset pueros puellasque in pagis et villis non solum litterarum esse expertes, sed etiam religionis christianae teneri ignoratione, die quarta decima mensis Ianuarii, anno millesimo septingentésimo sexagesimo secundo, in Metensi dioecesi sodalitatem sacrarum virginum a Providentia instituit, quarum esset rudium huiusmodi ingenia doctrinis expolire ac praeceptionibus Fidei imbuere, eiusque vivendi rationem, vir alta quadam mente praeditus et ad consilia prudens, legibus constituit. Quantum hac in re certamen ei exsudandum, quot molestiae fuerint exsorbendas, vix dici potest. Providens tamen Deus hanc a Providentia sodalitatem, admodum tenuem nullisque non affectam incommodis, ita ornavit et auxit, ut in magnum excreverit corpus fructusque laetos et uberes ceperit laborum. At contineri non potuit Ioannis Martini animi ardor finibus Lotharingiae, quam sacris etiam expeditionibus lustrare numquam praetermisit ; longinquas enim regiones, superstitionum teterrima caligine mersas, cupivit ad Regnum Christi adiungere. Ad praeclarum hoc negotium suscipiendum impulit quoque eximium, quo flagrabat, studium pro eodem Domino Iesu vitam cum sanguine per summos cruciatus profundendi. Postquam ergo nomen dedit Societati Parisiensi Missionum ad exteras gentes suaeque disciplinae alumnas consiliis prudentiae plenis ad persequendum nobile opus confirmavit, die tricésima mensis Decembris, anno millesimo septingentésimo septuagesimo primo, in Sinas profectus est, ut sub Christi suave imperium eas subiungeret. Longo itinere parumque commodo tandem confecto, in provinciam, quam *Bzechwan* appellant, pervenit in qua plurimi degebant commenticiorum numinum cultores, pauci verae religionis asseclae, Evangelii praecones paucissimi. Quin christiani nominis hostes, eos, qui id profitebantur, tum temporis impie vexabant, ita ut Famulus Dei, sacrorum Antistitis iussu, ad fideles quosdam se receperit, apud quos etiam linguam condisceret Sinensem. Quam deinde tam luculenter callebat, ut libros ad pietatem pertinentes vulgari sermone conscriberet, qui tamquam amplissima monumenta nostra etiam aetate abhibentur in usum. Religionis igitur causa exagitatus, petitus et rebus ab omnibus inops, alacri animo sacerdos huc atque illuc discurrebat, ut sacrum munus omni quo posset modo exsequeretur. Accidit autem, ut comprehensus et in ferrum ac vincula coniectus, in iudicium arcesseretur : gestivit coram improbo praetore palam et aperte confiteri Christum, dum repetitis ictibus caeditur corio. Licet tot tantisque iactaretur procellis, tamen indefatigatos Dei administer opera in Sinis instituit, quae Ecclesiae rationibus, animarumque saluti etiamnum valde conducunt. Cum enim plurimi

infantes, fame ac pestilentia absumpti, interirent, diligentes quosdam Christianos in pagos dimisit, ut moribundos parvulos baptismate abluentes beatae immortalitati» redderent compotes. Effecit ergo, ut tempestate illa circiter viginti quattuor milia eorum salutari tingerentur lavacro. Ut autem firmaretur inceptum optatisque augeretur incrementis, Famulus Dei a Christifidelibus Europaeis annuam stipem fiagitavit, scilicet viaticum pro Catholicis Sinensibus, qui, ad pueros morientes advolaturi, itineri se committebant. Hoc initium operis, quod a Ioanne Martino « angelicum » appellatum, postea, quoquoversus provectum, «a S. Infantia » nomen accepit. Item, superno quodam motus instinctu, sodalitatem Virginum Sinensium condidit, quae, eadem fere ratione qua Sorores a Providentia, in saeculo mulieribus christianae doctrinae traderent praecepta. Quam societatem, Dei beneficio magnopere auctam, Sacrum Consilium nomini christiano propagando, anno millesimo septingentésimo octogesimo quarto, rite approbavit. Qui olim in sacro Seminario Sancti Deodati adulescentes ad ecclesiastica munera pie exercenda informaverat, providus sacerdos in Sinensibus quoque huiusmodi studiorum domicilium constituit, ut ex hac ipsa natione clerum colligeret, qui ad cives christiana lege erudiendos, utpote indigena, esset aptissimus. Non est ergo quin sapientem hunc virum admiretur, qui mentis aciem in omnes partes muneris apostolici intendit et Ecclesiae praeclara quaedam instrumenta suppeditavit ad Regnum Christi dilatandum. Tot vero fractus laboribus eoque ductus consilio, ut sodalitatem a Providentia, quae, eo absente, parum erat enervata, ad pristinum revocaret vigorem, Famulus Dei, anno millesimo septingentésimo octogesimo tertio, magnum desiderium sui relinquens, in patriam revertit, ubi brevi, quod elanguerat, excitavit, quod incl ina rat, restituit. Lotharingos iterum, praesertim agrestes, difficili aetate illa, qua nomen catholicum petebatur moresque desidebant, sacris orationibus ad virtutis studium est hortatus ; pias fidelium condidit societates ; libellos atque scidulas typis impressas in vulgus emisit, quae ad religionem servandam, promovendam valerent. Tanta autem erat eius industria, tantus labor, ut cives, a pravitate vitae aversi, sacris impense dederent animos. Quo in opere dum paene se conficit, Sinensem Ecclesiam iuvandi consilium numquam omisit. Quam ob rem stipem consueverat cogere, Parisiensi sedi Missionibus ad exteras gentes praepositae consiliis aifuit, et in pago *Cutting,* rem novitate primam suscipiens, scholam apostolicam, quam vocant, instituit, in qua alumni ad promulgandum Evangelium in ethnicorum finibus ratione et via pararentur. Non autem solum in vitae actione Ioannes Martinus tot edidit facta egregia sane et commemoranda,

sed etiam, si intimos sensus animi spectas, virum se praebuit perfectae cumulataeque virtutis. Solebat enim multum temporis in rerum divinarum contemplatione insumere omnemque cogitationem in uno Deo fìgere et locare. Huius ad voluntatem penitus suam confirmabat, quem morem in religiosam sodalitatem, cuius erat legifer pater, transfudit. Praeterea erat ei in usu coram augusto Eucharistiae Sacramento diuturnas fundere preces, Sacratissimum Cor Iesu praecipuis adorare obsequiis, acerbissimos Servatoris cruciatus mortemque recordatione pia recolere atque Virginem Mariam, Christianorum opiferam Matrem, prosequi omni genere honoris. Supernis etiam auctus muneribus, cum sacris faceret vel preces Deo adhiberet, in caelestium contemplationem interdum raptus est, mente a corporis sensu emota. Ab omni fastu et arrogantia alienus, modeste de se existimabat, atque linguam ita compescebat, ut verba non videretur facere nisi de rebus divinis. Acriter sibi imperans, voluntaria afflictatione se consueverat discruciare, scilicet ieiuniis, frigore, veste cilicina et catenis corpus coercere aliisque modis in semet ipsum animadvertere. Cum autem saeculo duodevicesimo vergente tumultus totam Galliam pervaderei et civilibus fluctibus tumerent omnia, Ioannes Martinus, postquam in sacerdotio collegas adhortatus est, ne iusiurandum, clericis inique tum impositum, darent, cum aliquot virginibus a Providentia Treviros confugit, ubi, vitam colens inopem, ut qui paupertati semper studuerat, ad Gallos exsules de pietate ac virtute sacras habuit contiones. Omni etiam ope contendit, ut milites vulneribus sauciatos ac febri typhica laborantes allevaret, sacerdos in omnes summe offlciosus. Quod caritatis munus dum exercet, eodem morbo ipse correptus est, scilicet « animam suam ponere pro amicis suis » (cfr. *Io.,* XV, 13) maturavit. Brevi enim post, die quarta mensis Maii, anno millesimo septingentésimo nonagésimo tertio, supremis Ecclesiae Sacramentis piissime sumptis, eadem in urbe, nomen Iesu quassa iam voce fractaque efferens, ab hoc exsilio, aerumnarum pleno, ad caelestem patriam, innumerabilibus felicitatibus affluentem, transivit. « Vir sanctus obiit » : sermo is pervagatus est. Funere honeste celebrato, corpus in sepulcreto ad Aedem Divo Laurentio sacram conditum fuit. Cum vero aliquot annis post tumultu etiam Treviri turbarentur, tumulus deletus est, ex quo tempore tanti sacerdotis ossa inveniri non potuere. Singularem vero eius famam sanctimoniae, in dies crebrescentem, Deus, etiam statim post mortem, caelestibus signis videbatur confirmare. Quapropter Causa de Beatorum Caelitum honoribus ipsi tribuendis agi coepta est, atque post ordinarios, quos dicunt, processus, Commissio introductionis Causae, apud Sacram Rituum Congregationem

instituendae, a Leone PP. XIII, fel. mem., Decessore Nostro, die quarta decima mensis Ianuarii, anno millesimo octingentesimo nonagésimo primo, obsignata. Apostolicis deinde inquisitionibus rite absolutis, de virtutibus theologalibus et cardinalibus Venerabilis Ioannis Martini Moyë fuit disceptatum; quas, omnibus perspectis et expensis, ab eo heroum in modum cultas esse Nos, lato decreto die vicesima prima mensis Maii, anno millesimo nongentesimo quadragesimo quinto, ediximus. Exercita postea quaestione de miraculis, quae eiusdem invocato nomine a Deo ferebantur patrata, omnique re in suetis comitiis diligenter exquisita, Nos die undevicesima mensis Octobris, hoc, anno millesimo nongentesimo quinquagesimo quarto, de duobus pronuntiavimus constare. Unum tantum superfuit discutiendum, an Famulus Dei inter Beatos Caelites tuto foret recensendus. Quod plane factum est. Omnes enim Purpurati Patres Sacris tuendis Ritibus Praepositi Patresque Consultores id fieri posse cunctis suffragiis affirmaverunt. Nos enixas ad Deum preces admovimus, ut ad huiusmodi ferendam sententiam superni luminis copiam impetraremus. Itaque die tricésima prima eiusdem mensis Octobris, hoc anno, ad Venerabilis Famuli Dei Ioannis Martini Moyë sollemnem Beatificationem *tuto* procedi posse ediximus. Quae cum ita sint, Nos, vota Societatis Parisiensis Missionum ed exteras gentes atque Sororum a Providentia explentes, harum Litterarum vi atque auctoritate Nostra Apostolica, facultatem facimus, ut Venerabilis Dei Famulus Ioannes Martinus Moyë, Sacerdos, *Beati* nomine in posterum nuncupetur, eiusque corpus ac lipsana, seu reliquiae, non tamen in sollemnibus supplicationibus deferendae, publicae Christifidelium venerationi proponantur, atque etiam, ut eiusdem Beati imagines radiis decorentur. Praeterea eadem auctoritate Nostra concedimus, ut de illo quotannis recitetur Officium de Communi Confessorum non Pontificum cum lectionibus propriis per Nos approbatis, et Missa de eodem Communi cum orationibus propriis approbatis celebretur, iuxta Missalis et Breviarii Romani rubricas. Huiusmodi vero Officii recitationem Missaeque celebrationem fieri dumtaxat largimur in dioecesibus Metensi, cuius tum temporis intra fines Beatus ipse ortus est, et Nanceiensi, ad quam locus eius natalis nunc pertinet, atque Trevirensi, in qua diem obiit supremum, itemque in Templis et Sacellis ubique terrarum sitis, quibus Societas Parisiensis Missionum ed exteras gentes et Institutum Sororum a Providentia utuntur, ab omnibus Christifidelibus, qui horas canonicas recitare teneantur, et, quod ad Missam attinet, a Sacerdotibus omnibus, ad Templa seu Sacella, in quibus eiusdem Beati festum agatur, convenientibus. Largimur denique, ut sollemnia Beatificationis Vene:

rabilis Ioannis Martini Moyë, sevatis servandis, supra dictis in Templis seu Sacellis celebrentur, diebus legitima auctoritate statuendis, intra annum, postquam sollemnia eadem in Sacrosancta Patriarchali Basilica Vaticana fuerint peracta. Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis nec non Decretis de non cultu editis ceterisque quibuslibet contrariis. Volumus autem, ut harum Litterarum exemplis, etiam impressis, dummodo manu Secretarii Sacrae Rituum Congregationis subscripta sint atque eiusdem Congregationis sigillo munita, etiam in iudicialibus disceptationibus, eadem prorsus fides adhibeatur, quae Nostrae voluntatis **significatione** hisce ostensis Litteris, haberetur.

Datum ex Arce Gandulfi, sub anulo Piscatoris, die XXI mensis Novembris, Dominica XXIV post Pentecosten, anno MDCCCCLIIII, Pontificatus Nostri sexto decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO BRUGNOLA
a Brevibus Apostolicis

III

VENERABILIS DEI FAMULUS PLACIDUS RICCARDI, SACERDOS, MONACHUS PROFESSUS ORDINIS S. BENEDICTI CONGREGATIONIS CASINENSIS ABBATIAE SANCTI PAULI DE URBE, BEATUS RENUNTIATUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Umbriam Sanctorum numero et gloria potius quam loci amoenitate et artis operibus virere et commendari rerum et optimarum artium scriptores omnes adfirmare non dubitant. Ad hoc sufficiat memorare Benedictum a Nursia, Monachorum Patrem Legiferum, Franciscum Asisinatem, paupertatis evangelicae asseclam et seraphicae caritatis exemplar mirificum, atque, nostris hisce temporibus, Gabrielem a Virgine Perdolente, Fratrum Minorum Patriarchae civem praeclarissimum, et Antonium Fantosati, Seraphici Ordinis alumnum, archiepiscopum et Christi Märtyrern, quem Nos Ipsi, paucos abhinc annos, inter Beatos coelites adnumeravimus. Cuius in natali oppido, Trebiae, nempe, intra Spoletanae archidioece-

seos fines, ortum habuit et famulus Dei Placidus Riccardi, cui hodie Beatorum honores tribuere statuimus. Natus est hic die vigesima quarta mensis Iunii, Praecursoris Domini nativitati sacra, anno MDCCCXILIV ex piis honestisque parentibus Francisco Riccardi et Maria Stella Paoletti : quibus summa cura fuit ut novem suos liberos christianae instituèrent. In baptismate nomen Thomas inditum est puero, qui sexennis a Spoletano Antistite sacro est chrismate delibutus et cum octavum tantum ageret annum Nobili Lucariniano Collegio, iam tunc Trebiae exsistenti, pietate et doctrina recte imbuendus traditus est. Adolescens, etsi numquam ab honestate descivit, tamen, aetatis inconsiderantia motus, musices atque artis scenicae necnon vestium cultu adlectus, aliquantulum mundi illecebris et invitamentis indulgere visus est. Maxima tamen pio adolescenti fuit cura ut Sacerdotem pietate et prudentia commendatum magistrum et ducem in via virtutis deligeret et sodalitati a Sacra Familia paulo ante Spoleti constitutae nomen daret. In eadem urbe humanarum litterarum studiis maxima cum laude expletis, anno MDCCCLXV Romam petiit philosophiae addiscendae operam daturas. Inter alumnos Collegii Angelici Fratrum Praedicatorum ad S. Mariae supra Minervam adscriptus statim pietatis laude, ingenii acie et studiosa voluntate enituit. De animae vero suae aeterna salute in primis sollicitus deque vitae genere eligendo adhuc incertus ut superni luminis claritatem impetraret ad Lauretanam Beatae Mariae Virginis Aedem devote invisendam iter aggressus est. Nec defuit pii iuvenis votis accedere Deipara Virgo quae sacros intra illos parietes, divina inspirante gratia, incipientem ad sacerdotii inclinationem in animo Servi Dei, benignissima fovit. Ut plenius voluntatem Dei exploraret Thomas, in Urbem reversos, aeternis meditandis rebus per aliquot dies apud Patres Societatis Iesu ad S. Eusebii magna pietate operam dedit. Ignatiani sodales qui iuvenem divinitus ad sacra capessenda munia vocatum cognoverant, eum ut Societati Iesu nomen daret hortati sunt sed Ipse, solitudinis studio potius a-llectus, inter Monachos incliti Ordinis S. Benedicti Abbatiae S. Pauli extra moenia de Urbe adnumerari suppliciter et enixe petiit. Voti compos factus insigne illud coenobium ingressus est die decima secunda mensis novembris anno MDCCCLXVI et insequente anno, in Epiphania Domini, sacris fuit indutus vestibus et nomen Thomae in Placidum mutavit. Novitiorum tirocinio laudabiliter exacto, die decima nona ianuarii anno MDCCCLXVIII sacra vota nuncupavit. Dum iterum philosophicis disciplinis dein theologicis addiscendis operam daret assiduam, iugi orationi et corporis voluntariae castigationi instans, in scientia Sanctorum proficere quam maxime adnisus est. Ecclesiae

militiae adscriptus per sacram tonsuram, magis magisque in dies Deo mancipatus, Ordinibus sacris tam minoribus quam maioribus rite susceptis, cum, Diaconus, iam ad Presbyteratum summa animi sui laetitia se pararet, die quarta novembris anno MDCCCLXX, paulo ante mutatis in pontificia ditione rerum civilium adiunctis, quasi militiam detrectans et transfuga habitus, dum Trebia Spoletum versus iter faceret ut militiae praepositis de suo agendi modo rationem redderet, a militibus a publica tutela in vincula coniectus est, Florentiam deportatus ibique in carcerem detrusus. Servus Dei, qui antequam comprehenderetur signo sanctae crucis se muniverat, etiam in vinculis constitutus, virtutum christianarum exemplar se praebuit omnibus et iugi orationi deditus, concaptivum suum ad admirationem movit. Ad vincula per annum a militari tribunali, ob contumaciam damnato, tamen Superiorum cura poena est remissa, ita ut, die vigesima quinta ianuarii anno MDCCCLXXI, ad matrem suam praesertim aliosque propinquos invisendos in patria remeaverit, deinde ad Abbatiam S. Pauli laetus et alacer reversus sit, quasi cervus desiderans ad fontem aquarum et passer ad nidum suum. Sollemnibus et perpetuis Deo votis adstrictus die decima mensis martii eiusdem anni, subsequente die vigesima quinta Sacerdotii fuit insignitus honore et oneribus et insequente die, quae fuit feria sexta post Dominicam de Passione, Beatissimae Virginis doloribus recolendis sacra, primam hostiam Deo immolavit, semetipsum super altare victimam offerens acceptissimum. Legiferi Patris Benedicti Regulae totus inhaerens, in variis sibi commissis muneribus per decem annos in ipso S. Pauli coenobio incumbens, assidua oratione et iugi corporis sui voluntaria castigatione enituit et ad currendam viam monasticae perfectionis ut gigas exsultavit. Iam tunc apparuit consilium proprium huius Famuli Dei hoc fuisse ut penitus adhaereret illi Sancti Benedicti Regulae praecepto in quo, quasi in epitomen coacta, cetera suis Monachis tradita continentur: «Christo nihil praeponant» (Cap. 72). Ad hoc autem facilius pro sua indole consequendum Servus Dei illud unum intendit quod auctor aurei operis « De imitatione Christi » proponit : « Ama nesciri et pro nihilo reputari » (Lib. I, cap. 2). Ab anno MDCCCCLXXXIV ad MDCCCXCIV, qua Vicarius Abbatis S. Pauli et confessarius ordinarius Ameriae in Umbria, Sanctimoniales Benedictinas Monasterii a S. Magno nuncupati ad pristinum pietatis studium et ad debitum Regulae praeceptis obsequium iugiter et plene praestandum revocare fortiter et suaviter, omni cura, potius exemplis quam hortationibus contendit. Prudentiae simul atque caritatis et aequitatis documenta dedit cum, per breve tempus, a Superioribus Romam revocatus, Novitiorum Magistri

munus in Abbatia S. Pauli, in difficillimis rerum adiunctis, suscepit. Ameriam reversus non solum Virginum Deo devotarum Monasterii quod diximus sed et Amerinorum Episcoporum, Sacerdotum et Christifidelium illius civitatis et dioecesis maximum sibi ob virtutum exempla praeclara conciliavit amorem, optimam sibi comparavit existimationem. At nimio labore necnon iugi voluntaria sui corporis maceratione, valetudinem iam tenuem profligans, in febrim tertianam incidit, quapropter a Superioribus ad insignem Abbatiam Farfensem in Sabinis se transferre iussus est ut, salubris loci natura sanitati recuperandae prodesset et religiosorum sodalium etsi laicorum convictus animi et corporis levamen aliquod Monacho in se nimis severo afferret. Celeberrimae olim et imperialis Abbatiae Farfensis pristinae potentiae et gloriae iam nihil aliud supererai quam titulus paene sine re et vetusta sed fatiscens et deserta Basilica in qua tamen Sabinorum venerationi prostabat imago Beatae Mariae Virginis in cuius honorem templum ipsum Deo dicatum est. Hic maximus tunc Farfae thesaurus, imago nempe Deiparae Virginis, cuius custodia nulli vigilantiori excubitori quam Placido Riccardi poterat committi. Oportebat enim ut et cultus marianus augeretur et vita communis parvae religiosae familiae benedictinae instauraretur. Ad hoc et ardens pietas et singularis prudentia et maxima praesertim caritas requirebantur ; quibus virtutibus novus Ecclesiae Rector et religiosae domus Superior in exemplum elucebat. Cum aptum domicilium in ipso Farfensi coenobio haberi nondum posset, Famulus Dei cum suis sodalibus in salubriore loco qui vulgato nomine « Sanfiano » dicitur, prope Faram Sabinorum commorabatur sed quolibet dominico et festo die et quandoque etiam bis vel ter in hebdomada, itineris haud brevis incommoda patientissime tolerans, alacer ad Ecclesiam descendebat ut fidelium ruricularum de vicinia spiritualibus necessitatibus praesto esset, licet infirma semper valetudine et intermittente febri laborans. De domus Dei decore sollicitus, supellectilem obsoletam reficiendam, novam acquirendam curavit, sacras functiones numero et sollemnitate augere studuit, christiana catechesi pueros erudire et Sacrum Evangelium rudibus explicare numquam intermisit ita ut brevi tempore christiana plebs quae Basilicam celebrabat, magis in dies et numero et devotione creverit. In paenitentiae tribunali sedens assiduus per horas, antequam Sacrum perageret, aures admissa fatentibus patientissime et prudentissime praebuit. In eucharistica hostia litanda totus fere divini amoris flamma colliquescebat et Dominicam Passionem meditans continuo, quotidie iter D. H. Iesu Christi ad crucem recolere solebat, perdolentis Virginis dolores iugiter meditabatur, ieiuniis, castigationibus

eorpuseulum affligere numquam desiit; humilitatis, patientiae, caritatis documenta quam plurima superioribus et inferioribus omnibus praebuit. Clarensium Virginum in duobus asceteriis Farae commorantium, Sacerdotem a sacris confessionibus, in difficillimis rerum adiunctis, animorum moderatorem et sacrae disciplinae instaurandae magistrum, fortitudine simul et suavitate imbutum, semper se ostendit, ita ut ab illis monialibus « Vir magnae sanctitatis » diceretur. Et adhuc apud incolas non solum territorii Farfensis sed fere totius Sabinae dioeceseos memoria viget Servi Dei in peccatores misericordiae, in pauperes effusae et industriae beneficentiae, multaque passim referuntur de eius strenua virtute et animi magnitudine. Die xvn novembris anno MCMXII, paralysi correptus, cum morti proximus videretur, extremis Ecclesiae Sacramentis rite munitus est, sed, a morbo aliquantulum recreatus ad S. Pauli Abbatiam translatus est. Paralysi vero in dies ingravescente, fere per triennium lectulo quasi cruci affixus, numquam ab oratione cessavit, immo Iesu Christi eiusque Matris cruciatus intentiore affectu recolere studuit; quotidie, ut semper consueverat, animi sordes apud Sacerdotem rite expiabat et eucharistico convivio se reficiebat; pluries etiam extrema unctione delibutus est, quoties nempe videbatur in eo esse ut animam efflaret. Quod revera factum est die xiv mensis martii, anno MCMXV. Insequente die reddita sunt defuncto iusta funebria, dum ex Basilicae S. Pauli turri sacra aera, per errorem quidem, non lugubrem sed festivum concentum tinnirent. Quod quasi praesagiuin ab astantibus habitum est illius caelestis gloriae quae fidelissimo Christi Famulo ab Ecclesia tribuenda foret. Et revera qui, adhuc vivens, sanctus ab omnibus aestimabatur, mortuus, magis magisque in dies sanctitudinis famam sibi comparavit. Cum anno MCMXXV Servi Dei corpus ex publico Urbis coemeterio ad Farfensem Basilicam translatum est, Sabinorum multitudo plaudens obviam venit, floribus viam sternens, Dei et Mariae laudes concinens potius quam preces in suffragium defuncti recitans, ita ut non funus sed triumphum visa sit celebrare et, ut satis fieret fidelium votis, mortales exuviae nonnisi post duodecim dies inhumatae sunt. Cum interim de miraculis a Deo per invocationem Placidi Riccardi patratis haberetur certa notitia, de eius Beatificatione et Canonizatione agi coeptum est. Quapropter ab anno MCMXXVIII ad annum MCMXXX in Curia Sabinensi prius informatoriae quas vocant inquisitiones peractae fuerunt atque 'deinde Ameriae et Coloniae Agrippinae rogatoriales. Servatis omnibus de iure servandis, die xxvi mensis martii anno MCMXXXV Commissio Introductionis Causae apud Sa-

eram Rituum Congregationem instituendae, a Pio PP. XI rec. me., Decessore Nostro, obsignata est. Apostolicis deinde inquisitionibus absolutis, de virtutibus theologalibus Venerabilis Placidi Riccardi fuit disceptatum ; quas, omnibus perspectis et expensis, a Famulo Dei heroum in modum cultas fuisse, Nos, lato decreto die quarta mensis iunii, anno millesimo nongentesimo quadragesimo quarto ediximus. Exercita postea quaestione de miraculis, quae eiusdem invocato nomine a Deo ferebantur patrata, omnique re in suetis comitiis diligenter exquisita, Nos, die undevicesima octobris, hoc anno, de duobus pronuntiavimus constare. Unum igitur superfuit discutiendum, an Dei Servus inter Beatos Coelites tuto foret recensendus. Quod plane factum est. Omnes enim Purpurati Patres Sacris tuendis Ritibus Praepositi Patresqne Consultores id neri posse cunctis suffragiis affirmaverunt. Nos enixas ad Deum preces admovimus ut ad huiusmodi ferendam sententiam superni luminis copiam impetraremus. Itaque die tricésima prima eiusdem mensis Octobris, hoc anno, ad Venerabilis Dei Famuli Placidi Riccardi sollemnem Beatificationem *tuto* procedi posse ediximus.

Quae cum ita sint, Nos, vota Monachorum Abbatiae S. Pauli Apostoli extra Urbis moenia necnon totius Congregationis Casinensis, immo et universi Ordinis S. Benedicti explentes, harum Litterarum vi atque auctoritate Nostra Apostolica, facultatem facimus ut Venerabilis Dei Famulus Placidus Riccardi, Sacerdos Professus memorati Ordinis et Congregationis, *Beati* nomine in posterum nuncupetur, einsque corpus ac lipsana, seu reliquiae, non tamen in sollemnibus supplicationibus deferendae, publicae Christifidelium venerationi proponantur, atque etiam, ut eiusdem Beati imagines radiis decorentur. Praeterea eadem auctoritate Nostra concedimus, ut de illo quotannis recitetur Officium de Communi Confessorum non Pontificum cum lectionibus propriis per Nos approbatis, et Missa de eodem Communi cum orationibus propriis approbatis celebretur, iuxta Missalis et Breviarii Romani rubricas. Huiusmodi vero Officii recitationem Missaeque celebrationem fieri dumtaxat largimur in archidioecesi Spoletana, cuius intra fines Beatus ipse ortus est, atque dioecesi Romana in qua diem obiit supremum, itemque in Templis et Sacellis ubique terrarum sitis, quibus Ordo Benedicimus utitur, ab omnibus Christifidelibus, qui horas canonicas recitare teneantur, et, quod ad Missam attinet, a Sacerdotibus omnibus, ad Templa seu Sacella, in quibus eiusdem Beati festum agatur convenientibus. Largimur denique, ut Sollemnia Beatificationis Venerabilis Servi Dei Placidi Riccardi, servatis servandis, supra dictis in Templis seu Sacellis

celebretur, diebus legitima auctoritate statuendis, intra annum, postquam sollemnia eadem in Sacrosancta Patriarchali Basilica Vaticana fuerint peracta. Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis nec non Decretis de non cultu editis ceterisque quibuslibet contrariis. Volumus autem, ut harum Litterarum exemplis, etiam impressis, dummodo manu Secretarii Sacrae Rituum Congregationis subscripta sint atque eiusdem Congregationis sigillo munita, etiam in iudicialibus disceptationibus, eadem prorsus fides adhibeatur, quae Nostrae voluntatis signification^ hisce ostensis Litteris, haberetur.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die v mensis decembris, Dominica secunda Adventus, anno MCMLIV, Pontificatus Nostri sexto decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO PRUGNOLA
a Brevibus Apostolicis

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

DECRETUM

PROSCRIPTIO LIBRI

Feria IV, die 18 Martii 1953

In generali consessu Supremae Sacrae Congregationis S. Officii, Emi ac Revmi DD. Cardinales rebus fidei et morum tutandis praepositi, praehabito RR. DD. Consultorum voto, damnarunt atque in Indicem librorum prohibitorum inserendum mandarunt librum qui inscribitur :

Marc Oraison, Docteur en Théologie, Docteur en Medicine, *Vie chrétienne et problèmes de la sexualité,* P. Lethielleux, Paris, 1952.

Et feria IV, die 3 Aprilis 1953, Ssmus D. N. D. Pius Divina Providentia Pp. XII, in audientia Emo ac Revmo D. Cardinali Pro-Secretario Sancti Officii concessa, relatam Sibi Emorum Patrum resolutionem adprobavit et confirmavit.

Datum Romae, ex Aedibus S. Officii, die 3 Ianuarii 1955.

Marius Crovini, *Supremae 8. Congr. S. Officii Notarius*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

I

VERONEN.

CANONIZATIONIS BEATAE MAGDALENAE MARCHIONISSAE DE CANOSSA, VIRGINIS, FUNDATRICIS INSTITUTI FILIARUM A CARITATE.

SUPER DUBIO

An signanda sit commissio reassumptionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur.

Hoc est in Ecclesiae more positum quod, si post beatificationis sollemnia alicui Servo Dei concessa, fidelium religio incrementum erga illum capiat, necnon plures gratiae seu miracula eius interventione a Deo ferantur accepta, canonizationis Causa resumatur. Iamvero beatorum fastis Magdalena Marchionissa de Canossa die 7 Decembris anno 1941 fuit adscripta indeque cultus in eamdem Beatam ubique percrebuit pluresque peculiares gratiae, ni forte quoque miracula, a Deo, eadem deprecante, patrata feruntur, uti quattuor Eminentissimi Patres Cardinales, quinque Excellentissimi Episcopi, necnon Praepositus Generalis Filiorum a Caritate Canossianorum et Superiorissa Generalis Filiarum a Caritate, quarum Institutum Beata Magdalena ipsa fundavit testantur.

Quapropter Revmus P. Augustinus a Virgine, Causae huius Postulator, totius Instituti Canossianarum praefatorumque Archiepiscoporum et Episcoporum nomine humiles enixasque preces Summo Pontifici porrexit ut canonizationis Causa resumeretur. Quod, Deo favente, factum est.

Etenim in ordinario S. Rituum Congregationis coetu die 23 Martii anni huius habito Enius ac Revmus Cardinalis Ioannes Adeodatus Piazza, Episcopus Sabinen, et Mandelen., Causae huius Ponens seu Relator, dubium proposuit discutiendum : *An signanda sit commissio reassumptionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur.*

Et Emi ac Revmi Patres, sacris ritibus tuendis praepositi, post Emi Ponentis relationem, audito R. P. D. Salvatore Natucci, Fidei Promotore Generali, omnibus perpensis, rescribendum censuere : *Affirma-*

Uve, nempe *signandam esse commissionem reassumptionis Causae, si Sanctissimo placuerit.*

Facta postmodum subsignato die per R. P. D. Henricum Dante, S. Rit. O. Substitutum Sanctissimo Domino nostro Pio Papae XII relatione, Sanctitas Sua rescriptum Sacrae Rituum Congregationis ratum habens, propria manu *commissionem reassumptionis Causae Beatae Magdalenae Marchionissae de Canossa signare dignata est.*

Datum Romae, die 4 mensis Maii, Anno Mariali 1954.

C. Card. CICOGNINI, *Praefectus*

h. $ S.

t A. Carinci, Archiep. Seleuc, *Secretarius*

II

DECRETUM

DB INSTAURATAE VIGILIAE PASCHALIS FACULTATIVA CELEBRATIONE ULTERIUS PROROGANDA.

Instauratae Vigiliae Paschalis celebratio, de locorum Ordinariorum iudicio facultative exsequenda, iam per decretum diei 12 Ianuarii anni 1952 per triennium concessa, attentis peculiaribus rerum adiunctis, de mandato Sanctissimi D. N. Pii Papae XII ulterius ad alium annum prorogatur.

Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Die 15 Ianuarii 1955.

C. Card. CICOGNANI, *Praefectus*

L. h£ S.

f A. Carinci, Archiep. Seleucien., *Secretarius*

An. et TOL.XXXXVII 25 Februarii 1955 (Ser. II, T. XXII) - N. 2

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM. OFFICIALE

ACTA PII PR XII

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

GUAYAQUILENSIS - LOIANAE (DE EL ORO)

B DIOECESIBUS GUAYAQUILENSI ET LOIANA QUAEDAM TERRITORIA DETRAHUNTUR, QUIBUS NOVA PRAELATURA ((NULLIUS DIOECESIS)) CONSTITUITUR, ((DE EL ORO)) APPELLANDA.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Nos minime latet sapientiorem singularum Ecclesiarum dispositionem saepissime valde conducere ad rem christianam fovendam ac populorum fidem provehendam. Cum igitur venerabilis Frater Opilius Rossi, Archiepiscopus titulo Ancyranus, idemque in Republica Aequatoriana Apostolicus Nuntius, ab hac Apostolica Sede petierit ut, aliquot a dioecesium Guayaquilensis et Loianae territorio distractis territoriis, nova Praelatura « nullius dioecesis » conderetur, Nos firma et certa spe id posse christianae religioni ibi conferre, opportunum censemus exhibitis precibus concedere- Qua de re, auditis venerabilium Fratrum Episcoporum sententiis, quos negotium contingit, venerabilis scilicet Iosephi Felicis Heredia Zurita, Episcopi Guayaquilensis, et venerabilis Nicanoris Roberti Aguirre Baus, Episcopi Loiani ; consensum insuper supplentes eorum omnium qui habeant ius aliquod in hac re ; post rem attente consideratam ; de apostolica potestate, quam a Christo accepimus, haec quae

sequuntur statuimus et iubemus. A dioecesi Guayaquilensi eam regionem separamus quae Vicariatum Foraneum, qui dicitur, « Máchala » constituit ; item a dioecesi Loiana id territorii disiungimus quo Vicariatus Foranei « Zaruma » et « Santa Rosa » constant. Quae omnia territoria in novam Praelaturam nullius dioecesis redigimus, omnibus iuribus, honoribus, privilegiis tributis quae solent et ceteris concedi, ac oneribus impositis quae huiusmodi Ecclesiarum dignitatem consequuntur. Eadem vero iura et onera eius quoque Praesulibus pro tempore omnino compétent. Nova Praelatura « nullius » *de EI Oro* appellabitur, eiusque fines tantum protendentur, quantum civilis districtus eiusdem nominis patet. Sedem Praelati eiusque domicilium in ea urbe collocari volumus, quae vulgato nomine « Máchala » nominatur ; cathedram vero suae dignitatis et potestatis collocavit idem Antistes in templo B. M, V. de Mercede, quod ex hoc temporis ad gradum et dignitatem praelaticii templi, quod dicitur, evehimus, debita iura et privilegia tribuentes atque onera imponentes. Modo conditam Praelaturam de EI Oro metropolitanae Ecclesiae Quitensi subicimus tamquam suffraganeam. Item Praesul iuri Archiepiscopi Quitensis erit obnoxius. Qui iuvenes vero ad sacerdotium capessendum vocentur, iisdem educandis Seminarium saltem elementarium in hac Praelatura aedificetur, iuxta normas communes et leges a S. Consilio de Seminariis et Studiorum Universitatibus latas, ex quo lectissimi quique pueri Romam mittantur, ut, in sacra totius catholici orbis civitate, ecclesiasticis doctrinis sincere imbuantur, collegio Piano Latino Americano recepti. Ad Mensam quod attinet Praelaturam, eam constituent sive bona quae novae Praelaturae, divisis Guayaquilensis et Loianae dioecesium bonis iuxta can. 1500 Cod. Iur. Can., obvenient; sive Curiae emolumenta; sive denique a christianis oblata dona. Volumus praeterea ut, simul ac hae Litterae Nostrae ad effectum deductae fuerint, ii clerici qui in territorio novae Praelaturae legitimum habeant domicilium, huic Ecclesiae ascripti censeantur. Itidem Praelaturae regimen et administratio, electio Vicarii Capitularis seu Administratoris, sede vacante, cleri et populi iura et alia huiusmodi, haec omnia Iuris Canonici praescriptis contineantur. Ut par est, ea documenta et acta quae aliquo modo Praelaturam de EI Oro respiciant, quam primum a Curiis episcopalibus Guayaquilensi et Loiana ad eiusdem tabularium mittantur, religiose custodienda. Mandamus postremo ut quae his Litteris praescripsimus venerabilis Frater Opilius Rossi efiicienda curet, cui debitas facultates tribuimus, vel ille qui eo tempore quo haec decreta ad effectum deducentur Aequatorianae Nuntiaturae praeerit. Poterunt ipsi scilicet et alium delegare, dummodo in

ecclesiastica dignitate constitutum; qui tamen negotium perficiet, onus habebit documenta confectae rei exarare eaque sinceris exemplis ad S. Congregationem Consistorialem, quam primum poterit, mittere.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla cuiusvis generis contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini propterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo, harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum praeferant viri in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta eadem omnino habenda erit fides quae hisce haberetur, si ostenderetur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae apud S. Petrum, die sexto et vicesimo mensis Iulii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo quarto, Pontificatus Nostri sexto decimo.

CELSUS Card. COSTANTINI
S. *B. E. Cancellarius*

$ Fr. ADEODATUS I. Card. PIAZZA
S. Congr. Consistorialis a Secretis

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

f Alfonsus Carinci, Archiep. tit. Seleuc, *Decanus Prot. Apost.*
Albertus Serafini, *Proton. Apost.*

Loco ffi Plumbi

Iti Cane. Ap. tab., vol. LXXXIX n. d.

II

GABONENSIS
(TUCUPITENSIS)

E VICARIATU APOSTOLICO CARONENSI QUAEDAM REGIO SEPARATUR, QUAE IN NOVI VICARIATUS FORMAM REDIGITUR, ((TUCUPITENSIS)) APPELLANDI.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Crescit in dies Ecclesia sancta, sicut arbor illa quae umbrosas patulasque frondes ita protendit suas, ut « volucres caeli veniant et habitent in ramis eius » (Mt. 13, 32) ; quae etsi impiis tempestatum furiis vehementer quassetur, divinae tamen lumine gratiae collustrata omnibus terrae populis securum est refugium ac firmum tutamentum. Nos itaque, qui superno Dei numine eiusdem Ecclesiae regimen tenemus, valde animo laetamur uberes huiusmodi progressus considerantes; ac libentissime propterea accipimus preces venerabilis Fratris Armandi Lombardi, Archiepiscopi titulo Caesariensis Philippi et in Veneti o lana Republica Apostolici Nuntii, qui, ad Evangelii praeconum apte iuvan dos levandosque labores, ab hac Romana Sede postulavit ut ex Apostolico Vicariatu Caronensi quaedam separaretur regio atque novus ex ea Vicariatus crearetur. Re igitur qua par erat diligentia considerata, clara idcirco scientia eorum quae gesturi sumus ; explorato praeterea quid Ordinarius Apostolici Vicariatus Caronensis de hoc sentiret negotio; consensu denique eorum suppleto, quorum haec res quavis ratione intersit, de suprema Nostra potestate haec quae sequuntur decernimus atque statuimus. Ab Apostolico Vicariatu Caronensi, in Venezolana Repubblica, eam territorii partem distrahimus in qua civilis regio exstat vulgato nomine ((Delta Amacuro » ; eandem praeterea regionem in novi Apostolici Vicariatus formam redigimus, qui *Tucupitemis* ab urbe « Tucupita » nuncupabitur quemque sollertibus curis Fratrum Minorum Capulatorum concreditum volumus, ad Nostrum tamen et Sanctae Sedis nutum. Apostolicus igitur Tucupitensis Vicariatus totum eius regionis, quam supra diximus, territorium amplectetur iisdemque finibus, ut patet, atque ipsa circumscribetur. Quem praeterea Vicariatum itemque eius pro tempore Praesules iis iuribus honoribusque ornamus

atque oneribus officiisque astringimus, quibus solent ceteri Vicariatus eorumque Praesules et ornari et astringi. Ut autem ea quae Nostris bisce Litteris iubemus efficiantur, venerabilem Fratrem Armandum Lombardi deligimus, vel eum qui eo tempore quo haec decreta ad rem adducentur Apostolicae in Venetiolana Republica Nuntiaturae praeerit; cui vero contigerit hoc exsequendum opus, illi necessarias ad id potestates facimus cuilibet subdelegandas, si opus fuerit, viro qui ecclesiastica dignitate polleat. Praecipimus pariter ut confectum negotium in acta referatur, quorum fide digna exempla ad S. Consilium Christianae Fidei Propagandae quam primum mittantur.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla cuiusvis generis contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens, contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini propterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur si ostenderetur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae apud S. Petrum, die tricesimo mensis Iulii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo quarto, Pontificatus Nostri sexto decimo.

Pro S. R. E. Cancellario
i$f CLEMENS Card. MIGARA
Sacri Collegii Subdecanus

PETRUS Card. FUMASONI BIONDI
S. Congr. de Propaganda Fide Praefectus

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

f Alfonsus Carinci, Archiep. tit. Seleuc, *Becanus Prot. Apost.*
Albertus Serafini, *Proton. Apost.*

Loco g& Plumbi

In Ap. Cane, tab., Vol. LXXXIX, n. !.

III

S. IOSEPHI IN COSTARICA - ALAJUELENSIS (S. ISIDORI)

EX ARCHIDIOECESI S. IOSEPHI IN COSTARICA ET EX DIOECESI ALAJUELENSI QUAEDAM TERRITORIA SEPARANTUR, QUIBUS NOVA DIOECESIS CONSTITUITUR ((S. ISIDORI)) APPELLANDA.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Neminem fugit saepissime fieri ut, si distrac tis ex amplioribus dioecesibus aliquot territoriis, nova quaedam dioecesis constituatur, possint Episcopi intentiore cura et sollicitudine commissi gregis utilitates quaerere ac tueri. Quae cum ita sint, Nos, cuius in manus posuit Deus omnium christianorum hominum regimen, ea quae venerabilis Frater Paulus Bernier, Archiepiscopus titulo Laodicenus in Syria et in Republica Costaricensi Apostolicus Nuntius, consilia proposuit : ut videlicet nova in Costarica dioecesis constitueretur, libentissimo animo probanda censemus. Post igitur venerabiles Fratres auditos Ruben Odio Herrera, Archiepiscopum S. Iosephi in Costarica, et Ioannem Vincentium Solis Fernández, Episcopum Alajuelensem, quorum intererat, remque intentissimo animo consideratam, eorum consensum supplentes qui aliquod ius in hoc negotio sese habere arbitrentur, de apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, quae sequuntur statuimus et iubemus. Ex archidioecesi S. Iosephi in Costarica id territorii separamus quod iis regionibus constat quibus apud vulgus sunt nomina : « Tarrazu », « Dota » et « Perez Zeledón » ; e dioecesi vero Alajuelensi eas oras quas populus « Aguirre », ((Osa », « Buenos Aires » et « Golfito » vocare consuevit. Ex quibus territoriis, addita insula « del Coco », quae ad nullam ecclesiasticam circumscriptionem hucusque accedebat, novam dioecesim constituimus *S. Isidori* nomine appellandam. Cuius Sedem in urbe, cui nomen est « S. Isidro de El General » statui iubemus, cathedram vero episcopalem in curiali templo collocari, quod in eadem civitate S. Isidoro Agricolae dicabitur, quodque ad cathedralis honorem et dignitatem evehimus. Sive igitur novae dioecesi, sive eius pro tempore Episcopis, sive templo ea omnia iura cedere volumus quae omnibus tum Ecclesiis, tum Praesulibus, tum aedibus cathedralibus tribui solent; iniunctis

scilicet iisdem quoque oneribus et obligationibus quae eorum sunt propria. Placet insuper modo conditam Ecclesiam archidioecesi S. Iosephi in Costarica esse suffraganeam et subiectam, eiusque sacrorum Antisti-' tes eiusdem S. Iosephi Metropolitis esse obnoxios. Mensam Episcopalem, quae dicitur, constituent sive pecunia a civili potestate statuta, sive Curiae emolumenta, sive ultro factae rerum vel pecuniae donationes, sive denique bona quae, divisis S. Iosephi archidioecesi et Alajuelensi dioecesi, novae S. Isidori Ecclesiae obvenient, ad normam can. 1500 Codicis Iuris Canonici. Volumus praeterea ut caeremoniarum splendori augendo et Episcopo in maioribus dioecesis negotiis iuvando Collegium Canonicorum quam primum constituatur, iuxta normas per alias sub plumbo Litteras edendas; quod tamen dum perficiatur, Consultores dioecesani, quos dicunt, eligantur, quibus pro Canonicis Episcopus utatur. Quod vero ad novae dioecesis regimen, administrationem, curam attinet, itemque ad Vicarii Capitularis, Sede vacante, electionem pertinet, vel ad cleri populique iura et officia, aliaque huiusmodi, ea omnino serventur quae Codice I. C. continentur. Statuimus tamen ut, cum Ecclesia S. Isidori condita legitime fuerit, eo ipsi clerici ei dioecesi censeantur adscripti in cuius territorio legitimum habeant domicilium. Cum autem Ecclesiae sanctae spes in iuvenum agmine sitae sint, qui Dei numine fiante Sacerdotium consectari optent, ideo venerabilem Fratrem hortamur, cui Episcopo nova dioecesis regenda dabitur, ut Seminarium saltem elementarium construendum curet, iuxta legitimas regulas, quo pueri excipiantur ac recte educentur, undeque lecti iuvenes Romam mittantur in Collegio Piano Latino Americano theologicis ac philosophicis doctrinis erudiendi. Ceteros vero poterit Episcopus in maius Seminarium S. Iosephi in Costarica mittere. Acta denique et documenta quae novam dioecesim S. Isidori quovis modo respiciant, vel clericos, vel fideles, a Curiis S. Iosephi in Costarica et Alajuelensi ad Curiam S. Isidori quam primum mittantur, in cuius tabulario religiose serventur. Quae vero his Litteris praescripsimus exsecutioni mandanda curabit venerabilis Frater Paulus Bernier, quem nominavimus, vel ille qui eo tempore quo haec decreta ad rem adducentur Apostolicae Nuntiaturae in Costarica praeerit. Qui vero negotium perficiet non modo ei omnes potestates agendae rei concedimus, quas poterit scilicet cuilibet viro subdelegare, dummodo in ecclesiastica dignitate constituto; sed etiam onus iniungimus documenta exarare et ad S. Congregationem Consistorialem quam primum mittere.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efiicacitati

nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum ex Arce Gandulfi, prope Romam, die undevicesimo mensis Augusti, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo quarto, Pontificatus Nostri sexto decimo.

CBLSUS Card. COSTANTINI — *S. B. E. Cancellarius*

© Fr. ADEO DATUS I. Card. PIAZZA — *S. Conyr. Consistorialis a Secretis*

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

f Alfonsus Carinci, Archiep. tit. Selene, *Decanus Prot. Apost.*
Albertus Serafini, *Proton. Apost.*

Loco SB Plumbi

In Cane. Ap. tab., vol. LXXX1X, n. 38.

IV

SOROCABA^NAE

IN SOROCABANO CATHEDRALI TEMPLO CANONICORUM COLLEGIUM ERIGITUR

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

E prisco maiorum instituto, recentiore tempore legibus Codicis Iuris Canonici confirmato atque recognito, Apostolica Sedes sive in metropolitanis sive in cathedralibus templis Canonicorum Collegia diligentisjsimo studio instituenda curat, ut et Deo optimo maximo splendidiorem

tribuant cultum, et Episcopo diligentem navent operam in gravioribus suae Ecclesiae negotiis obeundis. Cum igitur venerabilis Frater Iosephus Carolus de Aguirre, Episcopus Sorocabanae dioecesis, enixe poposcerit ut cathedralis sua aedes, ad iuris praescripta, huiusmodi instruentur Collegio; cumque S. Congregatio Consistorialis, audito venerabili Fratre Carolo Chiarlo, Archiepiscopo titulo Amideno et in Brasiliana Republica Apostolico Nuntio, haec opportunissimo censuerit fieri consilio, Nos adhibitis precibus libentissimo concedimus animo. Quam ob rem, ea suprema Nostra usi potestate, qua universae Christi Ecclesiae praesidemus, atque consensu illorum suppleto, quorum quavis intersit ratione, re attente considerata ac certa scientia eorum quae gestum sumus, haec quae sequuntur statuimus atque decernimus. In Sorocabanae dioecesis cathedrali templo Canonicorum Collegium erigimus, quod ex duabus constabit Dignitatibus, ex Archidiacono scilicet et Praeposito, atque ex decem Canonicis, quorum alteri munus Theologi, alteri vero munus Praefecti admissis paenitentium expiandis assignetur. Quae Dignitates et Canonicatus, tametsi primum concedantur, ad iuris communis normam conferenda sunt. Quoad vero sive Dignitates sive Canonicatus congruo beneficio donari non poterunt, facultatem facimus ut iis etiam sacerdotibus tribuantur, qui alio iam fruantur beneficio, etiam cum animorum curatione coniuncto. Qui Canonici his diebus divina facient officia : feriis videlicet natalibus Servatoris Nostri Iesu Christi; sollemnibus Paschatis, Pentecostes atque B. Mariae Virginis caelo receptae, cui cathedrale templum est sacrum, ac denique anniversariis diebus sive ab electo sive a consecrato dioecesis Episcopo, sive a consecrato cathedrali templo. Cum autem haud parum deceat eos viros, qui in Episcopi consilium et tamquam senatum asciscantur, propriis condecoran insignibus, quibus super ceteros emineant, Sorocabanae Ecclesiae Canonicis concedimus ut intra fines tantum suae dioecesis et in sacris sui Collegii ritibus, nigram induant vestem talarem cum fimbriis violacei coloris, zonam sericam pariter violaceam, rochetum cum reflexu coccineo (qui populari lingua dicitur vermelho-cremisi) in manicis, mozetam e serico villoso nigro cum fimbriis coccineis et, pro temporis opportunitate, cappam cum pellibus albi coloris atque violaceas caligas. Quod vero ad cetera attinet officia et munera, iura ac privilegia, quae ad eiusdem dignitatis Canonicorum Collegia spectant, iuris communis religiose serventur normae. Decernimus postremo ut simul ac Canonicorum Collegium fuerit erectum, dioecesani Consultores, ut patet, a suo munere cessent. Quae omnia Litteris Nostris statuimus, ea exsequenda curabit vel venerabilis Frater Carolus Chiarlo,

quem supra diximus, vel ille qui eo tempore, quo haec decreta ad rem adducentur, Apostolicae in Brasiliana Bepublica praeerit Nuntiaturae ; ei vero, qui rem perficiet, omnes necessarias ad id facimus potestates, alii etiam viro subdelegandas, dummodo in ecclesiastica dignitate constituto, onusque iniungimus hoc confectum negotium in tabulas referendi, quarum fide digna exempla ad S. Congregationem Consistorialem quam primum transmittet.

Has vero Litteras nunc et in posterum efiicaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quiri immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum ex Arce Gandulfi, prope Romam, die undevicesimo mensis Septembris, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo quarto, Pontificatus Nostri sexto decimo.

CELSUS Card. COSTANTINI — ® **Fr.** AUEODATUS I. Card. PIAZZA

S. E. E. Cancellarius — *S. Congr. Consistorialis a Secretis*

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*
Albertus Serafini, *Proton. Apost.*

Loco £ß Plumbi

In Gane. Apost, tal) , vol. LXXX.IX. n. 51.

CHIROGRAPHUS

DE ORDINE SUPREMO MILITARI HIEROSOLYMITANO MELITENSI

PIUS PP. XII

Nella sua non di rado gloriosa storia il Sovrano Militare Ordine Gerosolimitano di Malta si è trovato, come è proprio di tutte le istituzioni umane, in gravi difficoltà esterne ed interne. I Nostri Predecessori sono ripetute volte intervenuti -per sostenere con paterna mano la Istituzione, affinchè potesse speditamente superare i punti più aspri del suo cammino.

Noi stessi, a richiesta dell'Ordine, col Nostro Chirografo del 10 dicembre 1951 costituimmo un Tribunale Cardinalizio incaricato di determinare la natura delle qualità di Ordine sovrano e di Ordine religioso e di risolvere le questioni connesse e, dopo che il medesimo Tribunale ebbe pronunziato le sue sentenze, era comune speranza che la Istituzione potesse sollecitamente entrare in una nuova fase di fiorente sviluppo.

Se non che i passi pur intrapresi dall'Ordine per uscire dal presente stato di cose hanno incontrato difficoltà, per cui essi non hanno ancora potuto produrre gli effetti desiderati. Anche la revisione delle Costituzioni, che l'Ordine considera come una importante premessa di nuova vita, ed alla cui preparazione attende da tempo, è ancora nella fase di studio. .

Allo scopo di dare valido impulso ai generosi intendimenti di quanti sono solleciti dell'avvenire dell'Ordine stesso, siamo venuti nella risoluzione di affidare ad una apposita Commissione, che sarà formata dagli stessi Signori Cardinali che già composero il Tribunale su menzionato, nonché dal Signor Cardinale Valerio Valeri come Prefetto della Sacra Congregazione dei Religiosi, l'esame delle proposte per la revisione delle Costituzioni e lo studio, la determinazione e l'applicazione dei provvedimenti e dei mezzi atti a favorire il ritorno dell'Ordine alla normalità ed a promuovere in esso una nuova fioritura di vita spirituale. Tale Commissione sarà pertanto costituita dai Signori Cardinali Eugenio Tisserant, Clemente Micara, Giuseppe Pizzardo, Benedetto Aloisi

Masella, Valerio Valeri e Mcola Canali. Segretario ne sarà Monsignor Giovanni Battista Scapinelli di Léguigno.

Tutto ciò abbiamo stabilito e stabiliamo, nonostante qualsiasi cosa in contrario, anche se degna di speciale menzione.

Dato dal Nostro Palazzo Apostolico Vaticano, il I° febbraio 1955.

PIUS PP. XII

NUNTII

I

Summus Pontifex, iis qui interfuerunt VI Conventui nationali Sodalium Consociationis ex iuris peritis catholicis Italiae, haec edidit verba, agens in prima parte de via quae ducit hominem ad reatum culpae et paenae, in altera vero de statu culpae et paenae. *

Accogliete, illustri Signori, il Nostro saluto di benvenuto. Lo rivolgiamo alla vostra degna Assemblea con gli stessi sensi di gioia e di fiducia, coi quali vi ricevemmo lo scorso anno.

La questione, che oggi prendiamo in esame, Ci è stata segnalata da uno dei vostri, l'insigne Professor Carnelutti. È la funzione della pena, il « redimere il colpevole mediante la penitenza » ; questione che Noi ameremmo di formulare così : la colpa e la pena nella loro vicendevole connessione. Vorremmo, cioè, indicare a larghi tratti il cammino dell'uomo dallo stato di non colpevolezza, attraverso il fatto della colpa, a quello di colpa e di pena *(reatus culpae et poenae)* ; e viceversa, il ritorno da questo stato, attraverso il pentimento e la espiazione, a quello di liberazione dalla colpa e dalla pena. Noi potremo allora vedere più chiaramente quale è la origine della pena, quale ne è la essenza, quale la funzione, quale forma essa deve prendere per condurre il colpevole alla sua liberazione.

I - LA TIA TERSO LA COLPA E LA PENA

Occorre qui premettere due avvertenze.

Innanzi tutto il problema della colpa e della pena è un problema di persona, e ciò in un duplice aspetto. La via verso la colpa prende le mosse dalla persona del soggetto attivo, dal suo ((Io ». Nella somma degli atti, che da essa provengono come da centro di azione, sono qui da

* Datus die 5 Decembris mensis a. 1954.

considerare soltanto quelli che si basano sn di una cosciente e voluta determinazione; atti cioè che Fio poteva compiere o non compiere, che compie perchè egli stesso vi si è liberamente risolto. Questa funzione centrale dell'Io verso sè stesso — anche se operante sotto influssi di diversa natura — è un elemento necessario, se si vuol parlare di vera colpa e di vera pena.

Il fatto colpevole è però sempre anche una posizione di persona contro persona, tanto se l'oggetto immediato della colpa è una cosa, come nel furto, quanto se è una persona, come nell'omicidio : inoltre l'Io della persona, che si rende colpevole, si dirige contro l'Autorità superiore, quindi in conclusione sempre contro l'autorità di Dio. Nel che Noi, che abbiamo di mira il genuino problema della colpa e della pena propriamente dette, prescindiamo dalla colpa meramente giuridica e dalla sua conseguente penalità.

È poi da osservare che la persona e la funzione personale del colpevole formano una stretta unità, che alla sua volta presenta differenti aspetti. Essa riguarda al tempo stesso il campo psicologico, giuridico, etico e religioso. Questi aspetti si possono bensì considerare anche separatamente ; ma nelle vere colpa e pena sono fra di loro così connessi, che soltanto nel loro complesso è possibile di formarsi un giusto concetto circa il colpevole e la questione della colpa e della pena. Non si può dunque nemmeno trattare questo problema unilateralmente, soltanto sotto l'aspetto giuridico.

La via verso la colpa è quindi questa : lo spirito dell'uomo si trova nella seguente posizione : dinanzi ad un fare o ad un omettere, che a lui si presenta come semplicemente obbligante, come un assoluto ((tu devi », una incondizionata esigenza da attuarsi con determinazione personale. A questa esigenza l'uomo rifiuta di obbedire : respinge il bene, adotta il male. Alla interna risoluzione, quando essa non si esaurisce in sè stessa, segue l'azione esterna. In tal guisa l'atto colpevole è compiuto nel suo elemento sia interno che esterno.

Natura e vari aspetti dell'atto colpevole

In ciò che riguarda il lato soggettivo della colpa, per un retto giudizio occorre tener conto non solo del fatto esteriore, ma anche degl'influssi provenienti dall'interno e dall'esterno, che hanno cooperato nella risoluzione del colpevole, come disposizioni innate o acquisite, impulsi o impedimenti, impronte della educazione, irradiazioni delle persone e delle cose in mezzo a cui vive, fattori delle circostanze, e in particolar

modo l'abituale ed attuale intensità del volere, la cosiddetta « energia criminale », che ha contribuito al compimento del fatto colpevole.

Considerato nel suo termine, il fatto colpevole è un arrogante disprezzo dell'Autorità, che comanda di mantenere l'ordine del giusto e del buono, e che è la fonte, la custode, la tutrice e la vindice dell'ordine stesso. E poiché ogni umana Autorità non può finalmente derivare che da Dio, ogni fatto colpevole è una opposizione contro Dio stesso, il suo supremo diritto e la sua somma maestà. Questo aspetto religioso è immanente ed essenzialmente congiunto col fatto colpevole.

Termine di questo fatto è anche la comunità di diritto pubblico, se ed in quanto esso mette in pericolo e viola l'ordine stabilito dalle leggi. Tuttavia non ogni vero atto colpevole, come è stato sopra descritto, ha il carattere di colpa di diritto pubblico. Il potere pubblico deve occuparsi soltanto di quelle azioni colpevoli, che offendono la regolare convivenza nell'ordine fissato dalle leggi. Da qui la regola circa la colpa giuridica : *Nulla culpa sine lege.* Ma una tale violazione, se è d'altronde in sè stessa un vero atto colpevole, è sempre anche una violazione della norma etica e religiosa. Da ciò consegue che quelle leggi umane, le quali si trovino in contraddizione con le leggi divine, non possono formare la base per un vero fatto colpevole di diritto pubblico.

Col concetto del fatto colpevole è congiunto quello che il suo autore diviene meritevole di pena *(reatus poenae).* Il problema della pena ha dunque principio, nel singolo caso, al momento in cui l'uomo diviene colpevole. La pena è la reazione, richiesta dal diritto e dalla giustizia, alla colpa : sono come colpo e contraccolpo. L'ordine violato con l'atto colpevole esige reintegrazione e ristabilimento del turbato equilibrio. È ufficio proprio del diritto e della giustizia di custodire e preservare la concordanza fra il dovere, da una parte, e il diritto, dall'altra, e di ristabilirla, se fosse lesa. La pena non tocca per sè il fatto colpevole, ma l'autore di esso, la sua persona, il suo Io, che con cosciente determinazione ha compiuto l'azione colpevole. Parimenti la punizione non viene quasi da un astratto ordinamento giuridico, ma dalla persona concreta investita della legittima Autorità. Come l'azione colpevole, così anche la punizione mette di fronte persona a persona.

Senso e scopo della pena

La pena propriamente detta non può dunque avere altro senso e scopo che quello testé enunciato, di ricondurre nuovamente nell'ordine del dovere il violatore del diritto, che ne era uscito. Questo ordine del dovere

è necessariamente una espressione dell'ordine dell'essere, dell'ordine del vero e del buono, che solo ha diritto di esistenza, in opposizione all'errore ed al male, che rappresentano ciò che deve non essere. La pena compie il suo ufficio a suo modo, in quanto costringe il colpevole, a causa dell'atto compiuto, ad una sofferenza, cioè alla privazione di un bene e alla imposizione di un male. Affinchè però questa sofferenza sia una pena, è essenziale la causale connessione con la colpa.

II - LO STATO DI COLPA E DI PENA

Aggiungiamo che il colpevole ha creato col suo atto uno stato, che per sè non cessa col cessare del fatto stesso. Egli rimane colui che ha coscientemente e volutamente violato una norma obbligatoria *(reatus culpae)* e con ciò è incorso nella pena *(reatus poenae).* Questo stato personale perdura, anche nella sua posizione di fronte all'Autorità da cui egli dipende, ossia all'Autorità umana di diritto pubblico, in quanto questa ha parte nel corrispondente processo penale, ed inoltre, e sempre, di fronte alla suprema Autorità divina. Si forma così un durevole stato di colpa e di pena, che indica una particolare condizione del colpevole dinanzi all'Autorità offesa e di questa verso il colpevole.[1]

E stato tentato, partendo dal concetto che tempo e spazio, formalmente in quanto tali, non siano semplicemente realtà, ma strumenti e forme del pensiero, di trarre la conclusione che dopo la cessazione del fatto colpevole e della pena stessa non si possa più parlare di una loro qualsiasi permanenza nella realtà, nell'ordine reale, e quindi di uno stato di colpa e di pena. Se così fosse, si dovrebbe rinunziare al principio : <(*Quod factum est infectum fieri nequit* ». Applicato ad un fatto spirituale — e tale è in sè stesso l'atto colpevole —, quel principio si baserebbe — così si afferma — sopra una falsa valutazione e ad un errato uso del concetto di « tempo ». Oltrepasseremmo i limiti di questo Nostro discorso, se volessimo trattare qui la questione dello spazio e del tempo. Basterà di notare che lo spazio e il tempo sono non una semplice forma del pensiero, ma hanno un fondamento nella realtà. Ad ogni modo la conseguenza, che se ne vuol trarre, contro la esistenza di uno stato di colpa, non vale. Senza dubbio la caduta dell'uomo nella colpa avviene su questa terra in un determinato luogo e in un determinato tempo, ma essa non è una qualità di quel luogo e di quel tempo, e quindi la sua cessazione non è legata con la cessazione di un « qui » e di un « ora ».

[1] Cfr. *8. Thom.* S. *Th.* 3 p. q. 69 a 2 obj. 3 et ad 3.

Quanto abbiamo esposto riguarda la essenza dello stato di colpa e di pena. Per ciò invece che concerne l'Autorità superiore, alla quale il colpevole ha negato la dovuta subordinazione e obbedienza, la sua indignazione e disapprovazione si rivolgono non solo contro il fatto, ma contro l'autore stesso, contro la sua persona a cagione del suo atto.

Con l'atto della colpa è immediatamente congiunta, come si è già accennato, non la pena stessa, ma la reità e la punibilità dell'atto medesimo. Ciò nondimeno, non è esclusa una pena, in cui s'incorra, in virtù di una legge, automaticamente, al momento dell'atto colpevole. Nel diritto canonico si conoscono le *poenae latae sententiae ipso facto commissi delicti incurrendam* Nel diritto civile una tale pena è rara, anzi in alcuni ordinamenti giuridici è sconosciuta. Sempre poi questo automatico incorrere nella pena suppone una vera e grave colpa.

I presupposti di ogni sentenza penale

Di regola dunque la pena è inflitta dalla Autorità competente. Ciò presuppone : una legge penale vigente ; un legittimo investito della autorità penale, e in lui la sicura conoscenza dell'atto da punire, tanto dal lato obbiettivo, vale a dire nell'attuazione del delitto contemplato dalla legge, quanto dal lato soggettivo, vale a dire per ciò che riguarda la colpevolezza del reo, la sua gravità ed estensione.

Questa conoscenza necessaria per emanare una sentenza penale è dinanzi al tribunale di Dio, Giudice supremo, perfettamente chiara e infallibile, e l'averla indicata non può essere senza interesse per il giurista. Dio era presente all'uomo nella interna risoluzione e nell'esterno compimento del fatto colpevole, tutto pienamente penetrando col suo sguardo fino agli ultimi particolari ; tutto sta dinanzi a Lui, ora come nel momento dell'azione. Ma questa conoscenza in assoluta pienezza ed in sovrana sicurezza, in ogni istante della vita e sopra ogni azione umana, è propria solo di Dio. Per questo spetta unicamente a Dio l'ultimo giudizio sopra il valore di un uomo e la decisione sulla sua sorte definitiva. Egli pronunzia questo giudizio, come trova l'uomo al momento in cui lo chiama nella eternità. Tuttavia un infallibile giudizio di Dio si ha anche durante la vita terrena, e non solo su tutto il suo complesso, ina anche sopra ogni singolo atto colpevole e la corrispondente pena ; che anzi in non pochi casi Egli la eseguisce già durante la vita dell'uomo, nonostante la sempre pronta disposizione divina alla remissione ed al perdono.

La certezza morale nei giudizi umani

Il giudice umano, invece, il quale non ha la onnipresenza e la onniscienza di Dio, ha il dovere di formarsi, prima di emanare la sentenza giudiziale, una certezza morale, vale a dire che escluda ogni ragionevole e serio dubbio circa il fatto esteriore e l'interna colpevolezza. Ora però egli non ha una immediata visione dello stato interiore dell'imputato, come era nel momento dell'azione ; anzi il più delle volte non è in grado di ricostruirlo con piena chiarezza dagli argomenti di prova, e talvolta neppure dalla confessione stessa del colpevole. Ma questa mancanza ed impossibilità non deve essere esagerata, come se fosse d'ordinario impossibile al giudice umano di conseguire una sufficiente sicurezza, e quindi un solido fondamento per la sentenza. Secondo i casi, il giudice non mancherà di consultare rinomati specialisti sulla capacità e responsabilità del presunto reo e di tener conto dei risultati delle moderne scienze psicologiche, psichiatriche e caratteriologiche. Se nonostante tutte queste premure, rimane ancora un importante e serio dubbio, nessun giudice coscienzioso procederà a una sentenza di condanna, tanto più quando si tratta di una pena irrimediabile, come la pena di morte.

Nella maggior parte dei delitti l'esterno comportamento manifesta già sufficientemente l'interno sentimento, da cui esso è scaturito. Dunque di regola si può — ed anzi talvolta si deve — dall'esterno dedurre una conclusione sostanzialmente esatta, se non si vogliono rendere impossibili le azioni giuridiche fra gli uomini. D'altra parte, non si deve neanche dimenticare che nessuna sentenza umana decide in ultima istanza e definitivamente la sorte di un uomo, ma soltanto il giudizio di Dio, sia per i singoli atti, come per la vita intera. Quindi per tutto ciò in cui i giudici umani vengono a fallire, il Giudice supremo ristabilirà l'equilibrio, dapprima, immediatamente dopo la morte, nel giudizio definitivo sulla vita intera di un uomo, e quindi, più tardi e più completamente, dinanzi a tutti, nell'ultimo giudizio universale. Non come se ciò dispensi il giudice da una coscienziosa ed esatta cura nell'inchiesta ; ma è qualche cosa di grande il sapere che si avrà un'ultima adequazione della colpa e della pena, che nulla lascerà a desiderare per la sua perfezione.

Ohi è incaricato dell'assistenza dell'imputato nel carcere preventivo non trascuri di tener presente quale peso e quale sofferenza già la inchiesta stessa cagiona al detenuto, anche quando non si applicano metodi di investigazione, che non possono in alcun modo essere ammessi. Queste

sofferenze non vengono ordinariamente calcolate nella pena che sarà infine irrogata, e d'altronde difficilmente ciò potrebbe conseguirsi. Occorre tuttavia che ne rimanga il consapevole ricordo.

Nel campo giuridico esterno è decisiva per il pieno stato della colpa e della pena la sentenza del tribunale.

Alcune proposte di riforma

Nei vostri ceti, illustri Signori, si è manifestato il voto che si introduca per via legislativa un qualche rallentamento del vincolo che lega il giudice agli articoli del Codice penale, non già quasi nel senso dell'attività del pretore nel diritto romano « *adiuvandi, supplendi vel corrigendi iuris civilis gratia* », ma nel senso di un più libero apprezzamento dei fatti obbiettivi al di fuori delle norme giuridiche generali circoscritte dal potere legislativo; cosicché anche nel diritto penale si possa applicare una certa « *analogia iuris* » e il potere discrezionale del giudice esperisca un ampliamento dei limiti finora vigenti. Si crede che in tal guisa si avrebbe una notevole semplificazione delle leggi penali e una considerevole diminuzione del numero dei singoli delitti, e si otterrebbe di far meglio comprendere al popolo quel che lo Stato considera come meritevole di pena e per quali motivi.

A tale concetto si può senza dubbio riconoscere un qualche fondamento. Ad ogni modo, i fini, per i quali è fatta tale proposta, cioè semplificazione delle norme di legge ; messa in valore non solo dello stretto diritto formale, ma anche della equità e del sano spontaneo giudizio, maggiore adattamento del diritto penale al sentimento del popolo ; questi fini — diciamo — non danno luogo ad obbiezioni. La difficoltà dovrebbe sorgere non tanto dal lato teorico, quanto nella forma della sua attuazione, la quale, da una parte, dovrebbe conservare le garanzie del regolamento vigente, e, dall'altra, tener conto dei nuovi bisogni e dei ragionevoli desideri di riforma. Il diritto canonico offre esempi in tal senso, come si rileva nei can. 2220-2223 del C. I. C.

Varietà ed efficacia delle pene

Per ciò che riguarda le varie specie di pene (pene concernenti l'onore [la capacità giuridica], i beni patrimoniali, la libertà personale, il corpo e la vita — le pene corporali non sono comprese nel diritto italiano —), in questa Nostra esposizione Ci restringeremo a considerarle soltanto in quanto in esse si manifestano la natura e lo scopo della pena. Poiché,

però, come abbiamo già accennato, alcuni non sono della stessa opinione intorno al senso e al fine della pena, ne viene come conseguenza che diverso è anche il loro atteggiamento rispetto alle differenti pene.

Fino ad un certo grado può esser vero che la pena del carcere o della reclusione, debitamente applicata, è la più atta a procurare il ritorno del colpevole nel retto ordine e nella vita della comunità. Ma da ciò non consegue che essa sia la sola buona e giusta. Viene qui a proposito quanto Noi stessi dicemmo nel Nostro discorso sul diritto penale internazionale del 3 Ottobre 1953 intorno alla teoria della retribuzione.[2] La pena vendicativa è da- molti, sebbene non generalmente, respinta, anche se è proposta non come esclusiva, ma accanto alle pene medicinali. Noi abbiamo allora affermato che non sarebbe giusto il respingere in principio e totalmente la funzione della pena vendicativa. Finché l'uomo è sulla terra, anche questa può e deve servire alla sua definitiva salvezza, qualora egli stesso non ponga altrimenti ostacolo alla efficacia salutare della pena stessa. Tale efficacia infatti non è in alcun modo in opposizione con la funzione di equilibrio e di reintegrazione dell'ordine turbato, che abbiamo già indicata come essenziale alla pena.

Esecuzione della pena

La irrogazione di una pena trova il suo naturale compimento con la esecuzione della pena stessa, considerata come la effettiva privazione di un bene o la positiva imposizione di un male, determinate dalla legittima Autorità quale reazione all'atto colpevole. È un adeguamento non immediatamente della colpa, ma del turbamento dell'ordine giuridico. L'atto colpevole ha manifestato nella persona del reo un qualche elemento che non è d'accordo col bene comune e con una ordinata convivenza sociale. Tale elemento deve essere rimosso dal reo. Questo processo di rimozione è paragonabile all'intervento medico nell'organismo, intervento che può essere assai doloroso, specialmente quando si debbono colpire non soltanto i sintomi, ma la causa stessa della malattia. Il bene del reo, e forse anche più della comunità, esige che il membro malato torni ad essere sano. Ma come la cura dell'infermo, così anche il trattamento della pena, richiede una chiara diagnosi non solo sintomatica, ma anche etiologica, una terapia adattata al male, una cauta prognosi ed una appropriata .profilassi complementare.

[2] Cfr. *Discorsi e Radiomessaggi,* voi. 15, p. 351, 353. *Acta Apost. Sedis,* vol. 45, p. 743

Le reazioni del condannato...

Quale via il reo debba prendere, è indicato dal senso obbiettivo e dal fine della pena, come dalla intenzione, il più delle volte conforme, dell'Autorità punitrice. È la via della conoscenza del mal fatto, che gli ha cagionato la pena ; la via dell'avversione e del ripudio dell'atto stesso ; la via del pentimento, dell'espiazione e della purificazione, del proposito efficace per l'avvenire, lì) la via che il condannato deve prendere. La questione però è quale via egli prenderà in realtà. Can lo sguardo rivolto a tale questione, può essere utile di considerare la sofferenza causata dalla pena secondo i diversi lati che essa presenta : lo psicologico, il giuridico, il morale e il religioso, quantunque normalmente questi vari aspetti sono in realtà come uniti in un solo.

...nell'aspetto psicologico...

Psicologicamente, la natura spontaneamente reagisce contro il concreto male della pena, in modo tanto più veemente, quanto più profonda è la sofferenza che colpisce la natura dell'uomo in generale, o il temperamento individuale del singolo. A ciò si accompagna, anche spontaneamente, il dirigersi ed il fissarsi dell'attenzione del reo sull'atto colpevole, causa della pena, e la cui connessione è viva dinanzi al suo spirito o che, in ogni caso, si fa ora in prima linea presente alla sua coscienza.

Dopo tali più o meno involontari atteggiamenti, apparisce la reazione consapevole e voluta dell'Io, centro e fonte di tutte le funzioni personali. Questa più alta reazione può essere una volonterosa positiva accettazione, come si manifesta nelle parole del buon ladrone sulla Croce : ((*Digna factis recipimus* » : « Riceviamo quel che meritavano le nostre azioni » .[3] Può essere anche una passiva rassegnazione ; o invece un profondo esacerbamento, un totale intimo crollo ; ma altresì un superbo indurimento, che talvolta giunge sino a un indurimento nel male ; o finalmente una quasi selvaggia impotente rivolta interna ed esterna. Tale reazione psicologica prende diverse forme, se si tratta di una pena durevole, o al contrario di una pena ristretta quanto al tempo ad un attimo, mentre per altezza e profondità sorpassa ogni misura di tempo, come la pena di morte.

[3] Lue. 23, 41.

...nell'ambito giuridico ...

Giuridicamente, l'esecuzione della pena significa l'effettiva valida azione del superiore e più forte potere della comunità giuridica (o meglio di chi ha in essa l'autorità) sopra il violatore del diritto, che nella sua volontà ostinata e contraria alla legge ha trasgredito colpevolmente l'ordine giuridico stabilito, ed è ora costretto a sottomettersi alle prescrizioni dell'ordine stesso, — per il maggior bene della comunità e dello stesso reo. Con ciò appare chiaramente il concetto e la necessità del diritto penale.

D'altra parte la giustizia esige che nella esecuzione delle disposizioni della legge penale sia evitato ogni aggravamento delle pene sancite nella sentenza, ogni arbitrio e ogni durezza, ogni vessazione e ogni provocazione. La superiore Autorità ha il dovere di vigilare l'esecuzione della pena e di darle la forma rispondente al suo scopo, non in rigido adempimento delle singole sue prescrizioni e paragrafi, ma in possibile adattamento alla persona che soggiace alla pena medesima. Già la serietà e il decoro della potestà penale e del suo esercizio suggeriscono naturalmente alla pubblica Autorità di ravvisare il suo principale ufficio nel contatto con la persona del reo. Dovrà poi giudicarsi secondo le particolari circostanze, se ai doveri di quell'ufficio potrà essere pienamente provveduto mediante i propri organi. Il più delle volte, se non sempre, una parte dovrà essere affidata ad altri, specialmente la vera, e propria cura delle anime.

È stato da alcuni proposto che sarebbe opportuno di fondare una Congregazione religiosa o un Istituto secolare, a cui venga commessa l'assistenza psicologica dei carcerati nella più vasta misura. Senza dubbio già da molto tempo buone religiose hanno portato un raggio di sole e i benefìci della carità cristiana nelle case femminili di pena; ed è questa per Noi una ben accetta occasione per rivolgere loro una parola di riconoscimento e di gratitudine. Tuttavia quella proposta Ci sembra degna di ogni considerazione, ed anzi esprimiamo l'augurio non soltanto che una simile fondazione, non meno che gli organi religiosi ed ecclesiastici già attivi in quelle case, lascino operare le energie che scaturiscono dalla fede cristiana, ma anche che tutti i sicuri risultati provenienti dalle indagini e dalle esperienze psicologiche, psichiatriche> pedagogiche e sociologiche siano adibiti a vantaggio dei carcerati. Ciò naturalmente suppone in coloro che sono chiamati ad applicarli una piena formazione professionale.

Tunc temporis adorando Spiritus Sancti numine permotus unum in animo oculisque habere, unum sincera mente optare: se sacerdotem fieri. Cuius rei gratia, primum a Dei administris, qui in pago Riese degebant, litterarum Latinarum elementis est imbutus ; mox non sine itineris incommodo, gymnasii ludos quattuor per annos laeto animo petiit, qui in oppido, quod per volgus Castrum Francorum appellant,- in Venetorum regione patebant.

Qua ex institutione eiusmodi percepit fructus ut, post curriculum confectum, idoneus haberetur qui, Deo benignissime providente, in sacrum Patavinum Seminarium reciperetur.

Itaque quodam Novembris die, anno millesimo octingentesimo quinquagesimo, Iosephus Sarto, decimum sextum aetatis annum agens, paterna relicta domo, in Seminarium venit.

Quid gaudii! At maxime quid diligentiae et studii ut, dum mens exeoleretur doctrinis; animus accenseretur pietate, ornaretur virtutibus!

Quam ob rem hic facere non possumus quin id memoremus quod Seminarii moderatores de eo senserint exeunte primo scholarum anno : eum videlicet et nulli omnino cedere, si ad cotidianam vitae consuetudinem species ; et excellentis esse ingenii ; et acerrima memoria praestare ; ita ut spes maximae essent in eo collocandae.

De humanis divinisque rebus studiorum curriculo confecto, anno millesimo octingentesimo quinquagesimo octavo, die decimo octavo mensis Septembris, sacerdotio initiatus est, ac postridie sui vici populo circum stante primum omnipotenti Deo sacra fecit.

Haud multo post missus est in pagum quem loci incolae Tombolum vocant, ut ibi vices curionis ageret. Quo munere inito, quid sibi faciendum esset diligentissima cura et perspicuitate scribendo adumbravit: velle scilicet et orationibus sacris populi gratia se dedere ; et confitentes peccata sua patienter audire; et sancta Ecclesiae Sacramenta puriter religioseque peragere; et pueros christianas veritates docere; et iis adesse quos sive mala paupertas sive morbus vexaret, eosque solari.

Instabat igitur sacris contionibus, instabat operibus. Christi ergo sacerdos ignaris litterarum, quos illa numerosiores ferebat aetas, prima elementa tradere, nullaque accepta mercede grandiores quoque natu amabili bonitate erudire. Quapropter multorum officiorum causa maior in dies necessitudo eum inter et populum intercedebat, cuius ille suis ipsius neglectis rebus, non modo commodis serviebat, sed utilitates etiam tuebatur.

Id autem praesertim contendit atque enisus est piissimus vir : ut ea convicia et probra quae vel mordaces linguae vel impiae facerent in Deum, penitus aboleret. Quod singulari adhibita patientia fere apud omnes consecutus est.

Novem post annos Salzanum translatus est, in pagum qui tunc temporis quattuor millia hominum et quingentos alebat. Ubi, cum vici incolae de divinis rebus dicentem audierunt, vehementer mirati sunt quod Episcopus tam optimum sacerdotem in obscurissimo pago tot annos latere sivisset.

Quo in pago eadem instaura vit quae Tomboli eademque ratione. Omnis igitur eius sollertia eo spectabat ut creditum gregem ad studium rerum divinarum formaret : hoc eius opus, hic labor fuit.

Quapropter sollicita in eo cura christianorum coetui rerum religiosarum disciplinam tradendi ; studium tenax docendi religiosa carmina

populum ac domus Dei decorem promovendi ; par ardor divinae veritatis omnibus praedicandae, orationum habendarum, egenorum et miserorum sublevandorum.

Nec verbis tantum suum in calamitosos homines amorem declarabat, sed singularem etiam liberalitatem in indigentes exercebat, ac si vir ditissimus esset. Nam in sua potestate habere mensam argentariam divinae Providentiae quasi alludens aiebat.

Eius vero afflictorum miseratio vel luculentius anno millesimo octingentesimo septuagesimo tertio enituit, cum scilicet cholera morbus Salzanum quoque oppidum pervasit. Ea enim tempestate Iosephus Sarto aegrotantibus, suae ipsius incolumitatis cautione posthabita, magno animo affuit, nec suis umeris abhorruit ab exanimis mortuorum corporibus deferendis.

Nonnullos post annos, in maxima actos industria, meritae laudis gratia in Canonicorum Collegium Tarvisinae dioecesis cooptatus, ad munus quoque publici eiusdem Ecclesiae tabularii et ad adulescentium pietatem in sacro Seminario moderandam delectus est. Quae omnia sane disponebat Deus ut servus suus fidelis per magnam ofiiciorum varietatem sive eum rerum usum sive eam hominum consuetudinem haberet, quae et munerum magnitudo et superna mox fata postulatura essent.

Ex creditis officiis illud profecto gravissimum habuit quo iuvenum mentes ac mores ad sacerdotium Angebat. Eorum igitur animos ad sanctitudinem sermone movebat, rapiebat exemplo.

Cum autem anno millesimo octingentesimo septuagesimo nono mors Episcopum Tarvisinum rapuisset, Iosephus Sarto dignus est habitus qui per interregnum vicaria potestate fungeretur.

Sed ad maius eum munus Deus vocaturus erat, ad amplioremque laboris provinciam. Nam vertente anno millesimo octingentesimo octogesimo quarto, Episcopus Mantuanus renuntiatus est. Cuius electionis cum nuntius ad Iosephum allatus est, ille mirari primum, mox concidere mente, postremo largo fletu ora rigare.

Tum missa Romam epistula se indignum, immeritum, imparem professus est. Quod tamen tantum abfuit ut arceret episcopatus honorem, ut potius Christi Vicarii consilia hac de re confirmaret.

Consecratus est igitur Episcopus die decimo septimo mensis Decembris, anno millesimo octingentesimo octogesimo quarto, Romae, in S. Apollinaris templo, ad Circum Agonalem.

Quas primum epistulas ad suum populum dedit, iis eadem proposita declarantur quae, cum in pagis Tombolo et Salzano esset, in rem iam

adduxerat; quiddam,tamen eaedem gravius et sanctius sonant ac redolent ; ita scilicet ut Pauli Apostoli stilo scriptae esse videantur.

Sed antequam manus operi admoveret, quae rerum religiosarum condicio in Mantuana dioecesi esset penitus cognoscere instituit. Quae profecto eiusmodi erat ut de ea Pastoris animum necesse esset gravi tangi dolore. Nam doctrina caelestium veritatum misero casu neglecta ; venerabile Dei nomen sacrilegis dictis violatum; sanctissima Ecclesiae Sacramenta nonnisi perraro recepta; sacra conibii lex debito honore non habita ; non omnes infantes pueri aqua baptismi abluti ; ipsum denique praeceptum de recipiendo tempore paschali Eucharistiae Sacramento non servatum.

Qui miser rerum status non modo Episcopi animum non fregit, sed eum ad constantiorem excitavit sollicitudinem. Ut par erat, primas suas cogitationes sacerdotibus impertiit, quos et se circum, ceu armatorum manum, collegit, et quacumque ratione iuvit.

* Mox in sacrum Seminarium singulares curas contulit, quod quasi ofncinam sacerdotum ducebat praecipuamque futuri temporis fiduciam. Neque spe omnino frustratus est. Vix enim annus praeterierat, cum Seminarium Mantuanum reflorescere visum est.

Dies quoque indixit visendae ac perlustrandae universae dioecesi. Qua in re S. Caroli Borromaei simillimus fuit : quippe, remoto omni luxu parvoque contentus paratu, id unum summa cupiditate appetebat, ut suae dioecesis curiae in fide et caritate proficerent.

Post haec conventum sacerdotum celeberrimum, qui Synodus dicitur, egit habuitque. Magnum sane opus et negotium ; ex quo utilitates maximae in Mantuanam dioecesim consecutae sunt, praesertim quod ad populi mores emendandus spectabat, pietatem fovendam, pravos libros prohibendus.

In omnibus vero et super omnia, quae agebat, triumphabat sincera suorum filiorum dilectio, maxime autem pauperum, egenorum, tenuium, derelictorum. Quibus libéralissime non modo affuit consilio, sed etiam pecunia, quamvis rerum omnium ipse laboraret inopia.

At erat a Deo statutum ut tanta virtutum operumque sanctorum lux ex editiore fulgeret christifidelibus candelabro. Atque re vera, cum anno millesimo octingentesimo nonagésimo tertio Venetiarum Patriarcha morte lumina clausisset, Iosephus Sarto dignus habitus est, qui in eius locum sufficeretur.

In cuius amplissimae Sedis simul ac possessionem venit, nulla facta mora labores cepit, qui ad excolendum creditum sibi agrum viderentur

aptiores. Cumque persuasum sibi haberet omnia mala ex ignoratione religiosarum rerum christianarumque veritatum Ecclesiae sanctae ingenerar^ numquam docens destitit : consecutusque est ut sacerdotes idem facerent, populi captui in disserendo se accommodantes, ne eorum ratio et doctrina esset ostentili, sed profectui et utilitati conduceret.

Haud secus ac Man tuae fecerat, heic etiam omnes suas curas in sacerdotes intendit inque pueros educandos, qui ad sacerdotalia munera divinitus vocati fuissent. Qui omnes ut maiore sive doctrina sive virtute niterent, studia, quae in sacro Seminario tradebantur, provehere coepit, quid nostrae aetatis tempora postularent optime videns. Quam ob rem novam omnino praescripsit studiorum rationem sive litteris tradendis sive disciplinis quae vel divina dogmata, vel sacras Scripturas, vel canonicum ius, vel rem moralem, historicam, socialem, oeconomicam spectarent : non minus de Ecclesia quam de civitate meritus.

Neque praetereundum videtur fuisse sanctissimum virum maxime assiduum in catholicorum hominum consociationibus promovendis; immo, facta catholicis viris facultate suffragia ferendi ad publica munera, quae esset sibi sententia hisce declaravit verbis : ((operamini, orate, in suffragia ite ».

Illudque etiam dicere solebat : « Haud multis verbis, sed factis opus esse, sed tenacissima disciplina, oboedientia, modestia ».

Experrectissima ergo ac vigilantissima semper eius vitae actio fuit in omni operum genere, quae christianae rei existimaret profutura. Et quamvis tanta esset praeditus dignitate, tantisque esset curis distentus, tenuissimo tamen cultu vivere in deliciis habuit. « Incredibile dictu, aiebat, qui Mantuae semper pauper fuerim, egens hic ac perditus fere sum ».

Sed longe excelsior Dei servum manebat longarum meta viarum.

Cum enim Leo XIII, placida morte quievisset, Iosephus Sarto die quae fuit quarta mensis Augusti, anno millesimo nongentesimo tertio, in eius locum electus est, sumpto Pii X cognomine.

Fuit huius Pontificis regnum operibus magnificum, negotiis insigne ; in primis tamen certa praebuit suae sanctitatis argumenta : quippe qui in summo honorum fastigio collocatus, eiusmodi virtutum exempla ostendit, ut eius lux non lucernae sed solis instar effulgeret.

Qui ergo vitam huius Pontificis consideret, facile noverit ipsum, casto Christi amore devinctum, omnia quae in Dei laudem cederent prompto animo egisse.

Re enim vera, vivebat ille Christo eoque alebatur ceu palmes vite, vel arbor pinguedine terrae. « Cum nobis loqueretur, ait quidam ex eius familiaribus, aliquid in eius verbis persentiebatur per quod suavis quaedam regiaque maiestas eluceret, hominem demonstrans Deo coniunctissimum eundemque tum in loquendo tum in agendo divino motum instinctu ».

Nec defuere qui animadverterent hunc Petri successorem sincerae integraeque sanctitatis ostendisse speciem, quem, etiam divina actum virtute, omnia alte repetiisse, Deumque usquequaque consuluisse, cuius vices gereret in terris.

Quod ad eius fidem attinet, certa et intemerata. Nam vel ipsum intuenti patebat eum perpetuo esse in Dei cogitatione defixum, immo, dum hominibus loqueretur, non aliud pandisse putabatur quam quod ex abdito Numinis fonte magna fide hausisset.

Spe quoque nitebat : quam, in quibusvis rerum adiunctis, ita in Dei bonitate collocabat, veluti pueri spes omnes in matre ponere solent.

Caritas demum sanctissimi viri omnium Dei donorum dominatum habebat, eaque merito diademate ornabat. Nam tum Deum ante alios amabat, cum alios homines maiore quam seipsum dilectione prosequebatur. Deum enim suae virtutis exemplar et formam habebat, alios vero homines sacram Dei imaginem eiusque figuram. Qua de re eos omnes, sive bonos, sive malos, sive errore captos paterno complexu cingebat, tamquam filios carissimos, nullo omnino excepto.

Neque ab ipso, ad summum Pontificatum evecto, est sui gregis pars carior neglecta : pauperes scilicet, oppressi, miseri, in quos semper larga contulit munera. Sed quamvis mitis esset animo, cum ei in certamina ob rem christianam veniendum fuit, fortiter semper sapienterque fecit, et interdum etiam magnifice.

Qui statim atque omnis Christi gregis curam creditam habuit, hoc se praecipue mente versare consilium scripsit, ut « instauraret omnia in Christo » : ut omnia scilicet in Christum veluti in centrum redigerei.

Quod propositum et institutum non solum ex eius animo nasci videbatur, sed etiam e rerum asperitate qua tunc temporis Ecclesia sancta premebatur. Mortales enim, spreto Dei numine, seipsos eximia quasi religione colebant ; unde caecus sui amor vigere, ius nullum. Oportebat igitur, omni abiecta impietate, iussa evangelica in pristinum restitui; sacras conubii leges servari, educari ad divina praecepta iuventutem.

Doctos quoque viros, ac praesertim sacerdotes, paterne numquam non monebat : ne crederent praedicans ab hominibus doctrinis, neu com-

menticiis Philosophorum institutis pellicerentur : ea enim omnia cum rationalismo, qui diceretur, arma coniunxisse atque in assimulata scientia latere religionis perniciem.

Utpote qui humili loco natus esset pluresque annos in populi curatione esset versatus, non fuit nescius quae quantaque de re oeconomica apud populum agitarentur; nec eum latuit opifices operariosque vehementer concitari, quo humaniore modo cum ipsis ageretur iuraque sui laboris obtinerent.

Pro suis igitur viribus, proximi Decessoris sui instituta secutus, operam impenderé non omittebat ut minutae plebis iura tueretur. Facere tamen non poterat quin cernerei graviorem calamitatem ex impiis iis doctrinis populo oriri, quae recusato Dei numine, spreta omni religione ac negata mortalibus caelestis patriae spe, hominum societatem terrena tantum appetere iubebant.

Tum vero latae ab ipso sapientissimae normae aequissimaeque editae leges, quibus rei christianae temperatio maxima caperet incrementa. Tantaque patientia et constantia usus est in dicendo, scribendo, operando, ut si quid catholicae nationes profecerunt in rebus socialibus decernendis, minime dubitandum sit quin magnam partem eius sollicitudini id sit tribuendum.

Sed cum prorsus intellegeret, in tanto miseriarum cumulo, unum posse Christum hominum societatis lenire curas, eosdem homines voluit ad Christi mensam saepius convivas accedere. Posthabita idcirco severitatis, quae invaluerat, consuetudine, anno millesimo nongentesimo quinto decretum fecit de Eucharistico Sacramento crebrius a fidelibus sumendo; mox altero decreto augustissimi altaris Sacramenti usum aegrotis faciliorem dedit ; tertiumque denique edidit decretum quo pueri a septimo aetatis anno Caelestis Panis alimento enutriri sinebantur. Quod ipse divino quodam instinctu se fecisse testabatur. Tum, mirabile visu, innocentes pueri altaria saepire, afiîicti iacentesque homines ad Christum advolare, eoque, quasi vena perennis aquae, dulci quadam voluptate saepissime frui.

Qua tamen coeptorum descriptione non omnia quae servus Dei perfecit continentur ; nam, praeter exstructa multis locis Seminaria et Sedem conditam studiis biblicis provehendis, non modo christianas veritates impensius a sacerdotibus tradi voluit, et ea quae divini cultus splendorem ac sacra carmina attinerent christianum populum doceri iussit, sed etiam studia philosophiae ac theologiae sollicita cura provexit. Neque monere misit quae essent christianorum hominum erga

civitatem officia. Quapropter ea lege abrogata, qua catholici viri vetabantur in suffragia ire, condiciones dixit, quibus eorum partibus liceret publicae rei administrationem participare.

Sed in mundum summae calamitatis malum ingruebat, quocum erat divinitus statutum ut finis vitae piissimi Pontificis quodammodo coniungeretur : acerbissimum dicimus bellum, cuius initium anno millesimo nongentesimo quarto decimo natum est.

Simul ac providit Pius X populis eiusmodi pestem ac perniciem imminere, quidquid experiri potuit ne conflictus excitaretur, èst aggressus. Ast, eheu, frustra; resque in extremam recidit fortunam. Itaque christianorum familiae Pater amantissimus, tot iam fractus curis ac laboribus, dolorem ferre nequivit, a tanta, quae providebatur, ruinarum ac maiorum mole susceptum. Ei igitur instabat suprema dies, quae fuit vicesima mensis Augusti. Pridie tamen, cum intellexisset mortem iamiam sibi impendere, Deumque sibi veluti propiorem sentiret, eidem vitam suam obtulit, placabile donum : « ut filii mei, ait, salvi fiant ». Post haec sanctissimo Iesu Corpore in viaticum refectus est, ab eoque moriens dulcissimae vigorem gratiae hausit, a quo per totius vitae suae cursum altus atque enutritus fuerat.

Mox Christi imaginem cruci affixi compressis digitis iterum ac saepius saviatus est. Tandem, astantes cum respexisset, placidissime animam efflavit.

Cuius rei nuntio orbis terrarum permotus universus, filiique Ecclesiae in fletus proiecti.

Exsequiis translaticio more celebratis, defuncti corpus in hypogeum Petriani templi illatum fuit.

Cum vero post obitum venerabilis Servi Dei, eius fama in dies percrebuisset, sive ob praeclarissimam vivendi rationem, sive ob prodigia quae, eodem deprecante, a Deo ferebantur patrata, plures Purpurati Patres, sacrorum Antistites, Vicarii et Praefecti Apostolici, piae consociationes ac praesertim sodalicia ab Actione Catholica appellata, Studiorum Universitates innumerique Christi fideles impensis precibus hanc Sedem Apostolicam rogaverunt ut inclito illi christianae familiae Patri Beatorum Caelitum honores decernerentur.

Itaque auctoritate ordinaria in hac alma Urbe, et per rogatoriales Litteras Venetiis, Mantuae ac Tarvisii, cum de sanctimoniae fama, tum de scriptis atque de liturgico cultu eidem non praestito investigationes sunt peractae. Quibus absolutis, iisque a S. Rituum Congregatione legi-

time probatis, omnibusque servatis de iure servandis, Nos ipsi, referente cime Carolo S. E. E. Cardinale Salotti, Episcopo Praenestino, et eiusdem S. Congregationis Praefecto et Causae Ponente, die duodecimo mensis Februarii, anno millesimo nongentesimo quadragesimo tertio, decrevimus ut Causa de Servo Dei Pio X, Pont. Maximo, in Beatorum album ascribendo, institueretur.

Inita est igitur disceptatio de ipsius Dei famuli virtutibus, quas théologales, cardinales iisque adnexas vocant, quasque post accuratas investigationes probationesque, decreto dato ex Arce Gandulfi, prope Romam, *heroicum attigisse gradum* sollemniter ediximus.

Postquam vero in comitiis sive praeparatorio sive generali, coram Nobis habito, acta fuit quaestio de miraculis, quae venerabili illo Ecclesiae Pastore deprecante, a Deo effecta dicebantur, Nos die undecimo mensis Februarii anno millesimo nongentesimo quinquagesimo primo sacris operati decrevimus : *constare de duobus propositis miraculis, videlicet, de instantánea perfectumque sanatione cum Sororis Mariae Francisca^ Deperras ab osteosarcomate sinistri femoris, tum Mariae Benedictae De Maria a maligno tumore in sinistra inferioris abdominis parte.* Quaerendum porro erat an virtutibus et duobus miraculis probatis, venerabilis Dei Servus ad Beatorum Caelitum honores tuto provehi posset. De qua re disputatum est in generalibus S. Rituum Congregationis comitiis, die vicesimo eiusdem mensis Februarii, in certa Vaticani Palatii aula coram Nobis habitis. Nos autem, certiores facti omnia ad iuris normam peracta fuisse, atque sententia audita Patrum Cardinalium, Officialium Praelatorum et Consultorum ipsius Congregationis, die quarto mensis Martii eodem anno ediximus : *Tuto procedi posse ad sollemnem eiusdem Venerabilis Servi Dei Beatificationem.*

Quam ob rem mane diei tertii mensis Iunii, eodem anno, huiusmodi Beatificationis sollemnia in Vaticana Basilica habita sunt ; sub vesperas autem Nos ipsi ingentem fidelium multitudinem praesertim ex Venetorum regione in Petriano foro allocuti sumus.

Cum vero post decretos Pio X Beatorum Caelitum honores, eius cultus non parva cepisset incrementa, atque eo deprecante nova dicerentur a Deo facta miracula, dilectus Filius Albertus Parenti, O. S. B. Vallis IJmbrosae, Causae Postulator, non paucas exhibuit supplices Litteras, quibus praesertim dilectus Filius Noster Henricus S. R. E. Cardinalis Pia et Deniel, Archiepiscopus Toletanus, plures Hispaniae Praesules atque ipse Hispanicae Nationis Moderator, ab hac Apostolica Sede efila-

gitabant ut, Causa iterum instituta, disquireretur de Sanctorum Caelitum honoribus Beato Pio X decernendis.

Quibus Nos libenter annuentes, die vicesimo quarto mensis Novembris, anno millesimo nongentesimo quinquagesimo primo, in hanc rem decretum fecimus.

Duo interea miracula S. Rituum Congregationi proposita sunt. Quorum primum, Neapoli, anno millesimo nongentesimo quinquagesimo primo effectum, sic breviter narratur : Franciscus Belsani, Advocatus, ob gravem pulmonum morbum, cuius exitus a medicis infaustus fuerat edictus, ad extremum vitae periculum venerat. Incassum curationibus cedentibus, Beato Pio X preces infirmus, eius uxor aliique adhibuerunt, appositis supra aegrotantis pectus imagine floribusque ex ipsius sepulcro elatis. Die autem vicesimo quinto Augusti aegrotus, qui morbo adhuc gravissimo exagitabatur, ut medicus in actione testatus est, noctu repente se sanatum sensit. Quod paucis post horis idem medicus confirmavit. Prius duo periti ex officio, deinde medicorum Collegium S. Rituum Congregationis plene inter se consenserunt sive de diagnosi pulmonaris abscessus foetidi, sive de gravissima prognosi, sive de subita, perfecta ac perseveranti sanatione praeter naturae leges.

Alterum miraculum, Panormi, anno millesimo nongentesimo quinquagesimo secundo effectum, ita narratur : Maria Ludovica Scorcia, Filia, uti dicunt, Caritatis a S. Vincentio Paulano, gravi meningo-encephalomyelite a neurotropo viro orta laborabat. Quem morbum omnino organicum medici declaraverunt. Vel a morbi initio Beati Pii X opem sive Sorores sive ipsa infirma per novendiales preces imploraverunt. Nocte diei quartidecimi mensis Februarii anno millesimo nongentesimo quinquagesimo secundo Soror Maria Ludovica placidum cepit somnum. Summo mane, viribus receptis, perfecteque sanata, a lecto surgit, ad Sacellum, Sororibus Durantibus, se confert, cibos cum ceteris sumit. Eodem mane medicus sanationem recognovit. Ipsumque medicorum S. Rituum Congregationis Collegium diagnosim ac prognosim confirmavit atque sanationem perfectam, subitam, perseverantem naturaeque vires excedentem edixit.

De his miris sanationibus die vicesimo septimo Octobris, anno millesimo nongentesimo quinquagesimo tertio, in praeparatorio S. Rituum Congregationis conventu, Consultores sua suffragia tulerunt. Dein, in generali eiusdem Congregationis conventu die decimo septimo Novembris ipsius anni, in certa Palatii Vaticani aula coram Nobis coacto,

venerabilis Frater Noster Clemens Episcopus Veliternus, S. R. E. Cardinalis Micara, Causae Ponens seu Relator, hoc disceptandum proposuit : *An et de quibus miraculis, post indultam Beato Pio X ab Apostolica Sede venerationem, constet in casu et ad effectum de quo agitur.* Omnes autem qui aderant Patres Cardinales, Officiales Praelati, Patresque Consultores, datis suffragiis, duas sanationes miraculo tribuendas esse se opinari ostenderunt. Nos vero ad Nostrum proferendum iudicium cunctandum esse censuimus. Die autem decimo septimo Ianuarii, hoc anno millesimo nongentesimo quinquagesimo quarto, ad Nos arcessitis venerabili Fratre Nostro Clemente S. R. E. Cardinale Micara, Causae Ponente seu Relatore, dilecto Filio Nostro Caietano titulo S. Caeciliae S. R. E. Presbytero Cardinale Oicognani, S. Rituum Congregationis Praefecto, atque venerabili Fratre Alfonso Carinci, Archiepiscopo titulo Seleuciensi in Isauria, eiusdem Congregationis a Secretis, et dilecto Filio Salvatore Natucci, Fidei Promotore Generali, sacris operati, sollemniter ediximus: *Constare de instantánea perfectaque sanatione cum Francisci Belsani a letali abscessu pulmonari foetido, tum Sororis Mariae Ludovicae Scorcia a gravi meningo-encephalomyelite a viro neurotropo, Beato Pio X intercedente.*

Quod decretum publici iuris fieri et in acta S. Rituum Congregationis referri mandavimus.

Quibus expletis Nos S. R. E. Cardinalium, S. Rituum Congregationis Officialium, Praelatorum et Consultorum vota scripto relata confirmantes, die secunda mensis Aprilis decreto ediximus : *Tuto procedi posse ad sollemnem Beati Pii X Canonizationem.*

Considerantes vero de re gravissima agi, Consistorium indiximus in diem vicesimum mensis Maii, hoc anno, ut in eo Patrum Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum et Abbatum «nullius)), Consistorii die in Urbe futurorum, sententiam exquireremus de Canonizatione Pii X, Pontificis et Confessoris ; Petri Aloisi Chanel, Martyris Sodalis Societatis a Maria ; Gasparis Del Bufalo, Confessoris, Auctoris Congregationis Missionariorum a Pretiosissimo Sanguine ; et Beatae Mariae Crucifixae Di Rosa, Virginis, Legiferae Matris Instituti Ancillarum a Caritate.

Ante statutum autem diem, iussimus ut ad eos qui Consistorio essent interfuturi, commentaria mitterentur de vita, virtutibus, miraculis, et de Causis singulorum Beatorum, de quorum mentionem fecimus, ut, re plane cognita, sententia ferri posset.

Quod Consistorium die, quem diximus, vicesimo huius mensis in certa Vaticani Palatii aula celebratum est; in quo postquam Nos, brevi oratione astantes allocuti sumus, dilectus Filius Noster S. E. E. Cardinalis Cicognani ostendit aequum esse ut Beatorum illorum et Beatae illius memoria summis consecrantur honoribus ; atque a Nobis postulavit ut ad optatissimum Canonizationis ritum quam primum deveniremus.

Quibus peractis, Nos astantes Cardinales et sacrorum Antistites rogavimus ut quid de propositis Causis sentirent singuli Nobis significarent.

Omnium ergo suffragiis exceptis, laeto animo didicimus ab iis concordi sententia Beatos illos ac Beatam illam plane dignos aestimari qui fulgido Sanctorum diademate decorarentur. Nos propterea singulorum Beatorum Canonizationi diem statuimus : Beati scilicet Pii X diem undetricesimum mensis Maii; aliorum vero quinque Beatorum quos memoravimus, diem duodecimum mensis Iunii, hoc anno.

Cum vero provideremus ingentes Christifidelium multitudines ex omnibus orbis terrarum regionibus in hanc almam Urbem venturas esse, ut huic triumpho interessent, Nos, ne longe maior illorum pars religiosa caeremonia privaretur, sollemnem ritum ipsum vespere illius diei, in Petriano foro, fieri, postero autem die in eadem Basilica sacra peragi in novensilium Sanctorum honorem statuisse renuntiavimus.

Interea astantes Purpuratos Patres et sacrorum Antistites atque universos Christifideles rogavimus ut suas Nostris precibus adiungere vellent, ut fausta, ac salutaria, quae iam praestolabamur, catholicae rei obvenirent.

De hisce omnibus ut iuridice conficerent acta Protonotariis Apostolicis mandavimus.

Cum autem praestituta dies illuxit, cuncti saecularis et regularis cleri ordines, plurimi Romanae Curiae Praelati et Officiales, non pauci Abbates, plures sacrorum Antistites, atque amplissimum Patrum Cardinalium Collegium in Vaticanum Palatium convenerunt. Quibus omnibus supplicantium ritu procedentibus ac precationes Caelestium Curiae admoventibus, hymnumque « Ave, Maris stella » praecinentibus, Nos ipsi, e sacello Sixtino exeuntes, hora sexta post meridiem in Petrianae Basilicae forum, maxima fidelium ex universo paene terrarum orbe multitudine stipatum, descendimus et ad Solium Nostrum, ante maiorem •eiusdem Basilicae portam iam collocatum, perreximus.

Tunc, praestita Nobis ab astantibus Cardinalibus oboedientia, dilectus Filius Noster Caietanus S. R. E. Cardinalis Cicognani, perorante dilecto Filio Aloisio Philippo Re, Consistorialis Aulae Advocato, *instanter, in-*

stantius, instantissime postulavit ut Nos Beatum Pium summis Sanctorum honoribus decoraremus. Cui Consistoriali Advocato per dilectum Filium Antonium Baeci, ab Epistulis ad Principes, respondimus iam in eo esse ut Nos postulationi concederemus.

Hymnum itaque « Veni, Creator Spiritus » cum confertissima fidelium turba canentes, a divino Paraclito imploravimus ut superni luminis copia magis magisque menti Nostrae eorusearet. Dein in divi Petri cathedra sedentes, uti supremus universae Christi Ecclesiae Magister, sollemniter pronuntiavimus : « *Ad honorem Sanctae et Individuae Trinitatis, ad exaltationem Fidei Catholicae et Christianae Religionis augmentum, auctoritate Domini Nostri Iesu Christi, Beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implorata, ac de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum, et Episcoporum in Urbe exsistentium consilio, Beatum Pium Papam X Sanctum esse decernimus et definimus ac Sanctorum catalogo ascribimus, statuentes illius memoriam quolibet anno, die eius natali, nempe vicesima Augusti, inter Sanctos Pontifices et Confessores pia devotione recoli debere. In nomine PaÇ&tris et FiffcUi et SpiritusÇfcSancti. Amen.*

Qua formula prolata, precibus annuentes eiusdem Cardinalis Cicognani, per eundem Advocatum Consistorialem Nobis oblatis, hasce Decretales sub plumbo Litteras confici et expediri iussimus, praesentibus vero Protonotariis Apostolicis ut de hac Canonizatione publicum confluerent instrumentum mandavimus.

Deinde, postquam sermonem de novensilis Sancti virtutibus habuimus, ut gratias omnipotenti Deo ageremus, hymnum « Te Deum laudamus » cum astantibus cecinimus, atque Sancti Pii X patrocinium primi invocavimus.

Mane vero huius diei, venerabilis Frater Noster Eugenius, Episcopus Suburbicariis Ostiensis ac Portuensis et S. Rufinae, S. R. E. Cardinalis Tisserant, S. Collegii Decanus, in Petriana Basilica, magnifice exornata, divinum sacrificium ad aram maximam pontificali ritu litavit, et Nos e Solio Nostro adfuimus praesentes.


Omnibus itaque, quae inspicienda erant, bene perpensis, certa scientia ac de Nostrae apostolicae potestatis plenitudine, quae supra memoravimus confirmamus, roboramus, atque iterum statuimus, decernimus atque universae Christi Ecclesiae denuntiamus, mandantes ut harum Litterarum exemplis vel excerptis, etiam typis impressis, manu tamen alicuius apostolici tabelliohis subscriptis et sigillo munitis, eadem pror-

sus tribuatur fides, quae iisdem hisce Nostris Litteris haberetur, si ostenderetur.

Nemini autem iis quae per has Litteras Nostras statuimus, obniti liceat. Quod si quis temere ausus fuerit, indignationem omnipotentis Dei et Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit esse moturum.

Datum Romae, apud S. Petrum, die tricesimo mensis Maii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo quarto, Pontificatus Nostri sexto decimo.

Ego PIUS, Catholicae Ecclesiae Episcopus



j$f Ego EUGENIUS Episcopus Ostiensis ac Portuensis et S. Rufinae Cardinalis TISSERANT, Sacri Collegii Decanus.

£g Ego CLEMENS Episcopus Yeliternus Cardinalis MICARA.

£g Ego IOSEPH Episcopus Albanensis Cardinalis PIZZARDO.

£8 Ego BENEDICTUS Episcopus Praenestinus Cardinalis ALOISI MASELLA.

S$ Ego Fr. ADEODATUS IOANNES Episcopus Sabinensis et Mandelensis Cardinalis PIAZZA.

£& Ego FRIDERICUS Episcopus Tuseulanus Cardinalis TEDESCHINL, Datarius Sanctitatis Suae.

Ego ALEXANDER titulo S. Mariae in Cosmedin Presbyter Cardinalis VERDE.

Ego PETRUS titulo S. Crucis in Hierusalem Presbyter Cardinalis FUMASONI BIONDI.

Ego CELSUS titulo Ss. Nerei et Achillei Presbyter Cardinalis COSTANTINI, S. R. E. Cancellarius.

Ego CAIETANUS titulo S. Caeciliae Presbyter Cardinalis CICOGNANI.

Ego VALERIUS titulo S. Silvestri in Capite Presbyter Cardinalis VALERI.

Ego PETRUS titulo S. Praxedis Presbyter Cardinalis CIRIACI.

Ego NICOLAUS S. Nicolai in Carcere Tulliano Protodiaconus Cardinalis CANALI, Paenitentiarius Maior.

Ego IOANNES S. Georgii in Velo aureo Diaconus Cardinalis MERCATI.

Ego ALAPHRIDUS S. Mariae in Domnica Diaconus Cardinalis OTTAVIANI.

OELSUS Card. COSTANTINI
Si. R. E. Cancellarius

CAIETANUS Card. CICOGNANI
S. Rituum Congregationis Praefectus

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

f Alfonsus Carinci, Archiep. tit. Seleuc, *Decanus Prot. Apost.*
Franciscus Hannibal Ferretti, *Prot. Apost.*

***hoco* gß Plumbi**

Expedita die XXIX Oct. anno Pontif. XVI.

In Cane. Ap. Tab.. vol. LXXXVIII, n. 68.

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

BELRENSIS
(QUELIMANENSIS)

DETRACTA A BEIRENSI DIOECESI QUADAM REGIONE, NOVA DIOECESIS CONSTITUITUR, ((QUELIMANENSIS)) APPELLANDA.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quandoquidem Christus e caelorum immensitate venit in terram ut egenis hominibus aeternae veritatis lumen ostenderet in iisque caritatis ignem accenderet, Nos, qui eius voluntate et iussu christianorum gregi praesidemus, hoc unum volvimus in animo : ut, videlicet, quam aptissime potest, haec miserentis Dei dona cum omnibus gentibus communicemus. Cum igitur venerabilis Frater Fernandus Cento, Archiepiscopus titulo Seleuciensis Pierius idemque Apostolicus Nuntius in Republica Lusitana, iuxta sollemnes Conventiones inter Apostolicam Sedem et Lusitaniam anno millesimo nongentesimo quadragesimo, die septimo mensis Maii initas et die primo mensis Iunii eiusdem anni ratas habitas, ab hac Apostolica Sede postulaverit ut partito territorio Beirensis Ecclesiae nova dioecesis erigeretur, Nos id arbitrantes in bonum eorum

esse cessurum, qui regionem incolunt, adhibitas preces admittendas esse censemus. Post ergo auditos dilectum Filium Nostrum Theodosium Clementem S. R. E. Cardinalem de Gouveia, Archiepiscopum civitatis « Lourenço Marques » ; itemque venerabilem Fratrem Sebastianum Soares de Resende, Episcopum Beirensem ; post rem magna, qua opus erat, diligentia consideratam, eorum consensum supplentes qui aliquid iuris in hoc negotio habeant vel se putent habere, de apostolica Nostra potestate, haec quae sequuntur, decernimus ac iubemus. A dioecesi Beirensi id territorii separamus quod per vulgus « Zambesia » cognominatur ; quod in novae dioecesis formam redigimus, *Quelimanensis* nuncupandae, iisdemque finibus terminandae ac civilis regio « Zambesia ». Huius Ecclesiae Sedem in urbe, quae populari lingua « Quelimane » appellatur, constituimus, cathedram vero episcopalis potestatis collocabit sacrorum Antistes in templo a Nativitate Beatae Mariae Virginis, cui propterea dignitatem cathedralis templi conferimus, datis scilicet honoribus, iuribus, privilegiis, quae huiusmodi aedium sunt propria, et oneribus iniunctis quae templis cedere solent, pari honore condecoratis. Quae iura et obligationes ad huius quoque dioecesis Praesules pertinere volumus. Quam condidimus Ecclesiam ea metropolitanae archidioecesi de Lourenço Marques erit subiecta seu suffraganea; itidem Quelimanenses Episcopi erunt ad normam iuris Archiepiscopo huius Sedis obnoxii. Mensam episcopalem, quam dicunt, sive pecunia constituet a civili potestate assignata ; sive christiani populi oblatae res, sive emolumenta Curiae ; sive denique bonorum pars, quae e divisis possessionibus dioecesis Beirensis huic Ecclesiae contingit, iuxta canonem 1500 Codicis Iuris Canonici. Quo autem maiore caeremoniarum splendore Deo optimo maximo cultus tribuatur atque Episcopus electorum sacerdotum coetu in gravioribus negotiis iuvari possit, volumus ut in Quelimanensi dioecesi Canonicorum Collegium condatur ad normam aliarum sub plumbo Litterarum edendarum. Quousque tamen res perficiatur, indulgemus ut Canonicorum loco Consultores dioecesani deligantur. Regimen et administratio novae dioecesis, item electio Vicarii Capitularis seu Administratoris, Sede vacante, iura denique et onera cleri et populi, aliaque huiusmodi, Codice Iuris Canonici omnino regantur. Clerici tamen, erecta Quelimanensi dioecesi, illi Ecclesiae censeantur ascripti in cuius territorio legitime degant. Magna sollicitudine curet Episcopus, cui recens Ecclesia regenda creditur, ut seminarium saltem elementarium in ipsa aedificetur, excipiendis bonae spei pueris, iisque ad sacerdotium educandis, iuxta normas iuris communis et regulas a

S. Congregatione de Seminariis et Studiorum Universitatibus editas. Quod vero attinet ad acta et documenta quae novam dioecesim quoquo modo respiciant, ubi primum liceat, ad Quelimanensem Curiam mittantur, in cuius tabulario religiose asserventur. Quae his Litteris mandavimus, exsequenda curabit venerabilis Frater Fernandus Cento, quem memoravimus; eique omnes potestates agendae rei tribuimus, quas poterit etiam subdelegare cuilibet viro ecclesiastica insignito dignitate. Idem venerabilis Frater onus habebit exacti negotii documenta exarare eaque, sinceris exemplis, ad S. Congregationem Consistorialem transmittere. Quodsi eo tempore quo hae Litterae ad effectum erunt deducendae, alius Nuntiaturae Lusitanae praeerit, hic mandata persequetur per se ipse vel per alium .

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderetur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa* non fecerint.

Datum ex Arce Gandulfi, prope Romam, die sexto mensis Octobris, anno Domini millesimo nongentesimo quiquagesimo quarto, Pontificatus Nostri sexto decimo.

OELSUS Card. COSTANTINI
S. R. E. Cancellarius

S Fr. ADEODATUS I. Card. PIAZZA
S. Congr. Consistorialis a Secretis

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Éegens

f Alfonsus Carinci, Archiep. tit. Seleuc, *Decanus Proton. Apost.*
Franciscus Hannibal Ferretti, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

Meg. in Cane. Apost, tao., vol. LXXXIX, n. fß.

II
OVETENSIS

DIOECESIS OVETENSIS, IN HISPANIA, AD GRADUM ARCHIDIOECESIS EVEHITUR; BAQUE, NONNULLIS DIOECESIBUS ADIUNCTIS, IN NOVAE PROVINCIAE ECCLESIASTICAE FORMAM REDIGITUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Cum et Nobis, quemadmodum et beato Petro Apostolo, immensa Dei bonitate mandatum sit ut universi gregis christianorum curam habeamus, ideo quicquid christiani populi progressui conducere videatur, id Nobis admodum cordi est. Quandoquidem ergo venerabilis Frater Hildebrandus Antoniutti, Archiepiscopus titulo Synnadensis, in Phrygia, idemque in Hispania Apostolicus Nuntius, ab hac Romana Sede postulaverit ut episcopalis Ecclesia Ovetensis ad metropolitanae Sedis gradum eveheretur, novaque fieret in regione vulgo *Asturie* provincia ecclesiastica : id enim magna eius terrae genti commoda et utilitates esse laturam ; Nos post rem attentissimo animi studio consideratam, admotae petitioni concedendum esse arbitramur. Unde, audito dilecto Filio Nostro Fernando S. R. E. Cardinale Quiroga et Palacios, Archiepiscopo Compostellano auditisque venerabilibus Fratribus : Luciano Pérez Platero, Archiepiscopo Burgensi ; Iosepho Garcia et Goldáraz, Archiepiscopo Vallisoletano ; Iesu Herida Pérez, Episcopo Asturicensi ; Aloisio Almarcha Hernández, Episcopo Legionensi; et Iosepho Eguino Trecu, Episcopo Santanderiensi ; eorum insuper consensum supplentes qui aliquod ius vel habeant vel sese habere hoc in negotio putent ; de Nostra summa et apostolica potestate, haec quae sequuntur statuimus et iubemus, iuxta sollemnes conventiones inter hanc Apostolicam Sedem et Hispaniam die vicesimo septimo mensis Augusti, anno millesimo nongentesimo quinquagesimo tertio. Ovetensem Sedem per has Litteras ab archidioecesis Compostellanae iure subtrahimus, eamque ad dignitatem archiepiscopalis metropolitanae Ecclesiae evehimus ; cui iura, honores, potestates tribuimus quae paris decoris Ecclesiis concedi solent, ad normam iuris communis. Ovetensem sacrorum Antistitem Archiepiscopi Metropolitae honore insignimus, datis item per has Litteras iuribus et privilegiis quibus ornantur ceteri per terrarum

orbem Praesules Metropolitae. Volumus tamen ut ipse iisdem quoque obligationibus oneretur quibus tam eximia dignitas iure obstringi solet. Dioeceses praeterea Legionensem et Santanderiensem earumque Episcopos a Metropolitae Burgensis, dioecesim vero Asturicensem eiusque Episcopos a Metropolitae Vallisoletani iure eximimus. Quos omnes, sive Sedes scilicet sive Episcopos, metropolitanae Sedi Ovetensi eiusque Archiepiscopo subicimus. Ita nova provincia ecclesiastica Ovetensis his constabit Ecclesiis : archidioecesi eiusdem nominis, et suffraganeis dioecesibus : Asturicensi, Legionen si et Santanderiensi. Huic novae provinciae ecclesiasticae regendae et gubernandae venerabilem Fratrem Franciscum Xaverium Lauzurica et Torralba praeponimus, adhuc ipsius Ovetensis Ecclesiae Episcopum, quem perillustris ac valde honorabilis Vir Franciscus Franco et Bahamonde, supremus Nationis Hispanicae Moderator, iuxta pacta et conventa die septimo mensis Iunii anno millesimo nongentesimo quadragesimo primo inita inter S. Sedem et Hispaniam, Nobis rite praesentavit, quemque Nos de apostolica Nostra potestate ad archiepiscopalem et metropolitanam dignitatem evehimus. Ei vero, tanto honore aucto, debita iura et privilegia concedimus, inter quae ius Crucem ante se ferendi et pallio utendi, in territorio suae dicionis, postquam tamen illud in publico consistorio expostulaverit et obtinuerit. Quae his Litteris mandavimus exsequenda curabit venerabilis Frater Hildebrandus Antoniutti, quem memoravimus, cui omnes potestates agendae rei facimus, subdelegandas, si opus fuerit, cuilibet viro in ecclesiastica dignitate constituto. Cum vero negotium confectum fuerit, idem venerabilis Frater documenta exaranda curabit eorumque sincera exempla ad S. Congregationem Consistorialem quam primum mittenda. Quod si, cum res ad exitum deduci debet, alius Nuntii munere fungetur, ipsi quae iussimus oneri erunt.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem

omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum ex Arce Gandulfi, propre Romam, die vicesimo septimo mensis Octobris, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo quarto, Pontificatus Nostri sexto decimo.

CELSUS Card. COSTANTINI
S. R. E. Cancellarius

® Fr. ADEODATUS I. Card. PIAZZA
S. Congr. Consistorialis a Secretis

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

Franciscus Hannibal Ferretti, *Proton. Apost.*
Albertus Serafini, *Proton. Apost.*

Loco Si Plumbi

In Cane. Op. tab., vol. LXXXIX, n. 6S.

III

S. ANNAE POCATIERENSIS

IN CATHEDRALI TEMPLO ECCLESIAE S. ANNAE POCATIERENSIS CANONICORUM COLLEGIUM CONSTITUITUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Cum S. Annae Pocatierensis sollers Episcopus ab hac poposcerit Apostolica Sede ut in sua dioecesi Canonicorum Collegium constitueretur, Nobis idcirco, qui universam hominum familiam superno numine regendam suscepimus, haec postulatio gratissima atque accepta fuit : compertum enim habemus per istiusmodi virorum coetus et priscam sacrorum rituum venustissimamque augeri dignitatem et ipsorum Praesulum graves ingentesque minui labores. Audita igitur sententia venerabilis Fratris Ioannis Panico, Archiepiscopi titulo Iustinianensis et in Canadia Apostolici Delegati, de consilio S. Congregationis Consistorialis, quae hanc rem valde dioecesis condicioni opportunam iudicavit, paterno animo datis assentimur precibus. Quam ob causam, eorum consensu suppleto

qui in hoc negotio aliquod habeant ius vel se habere praesumant, re attente considerata ac certa denique scientia eorum quae acturi sumus, de apostolica Nostra potestate haec quae sequuntur decernimus atque iubemus. In dioecesis S. Annae Pocatierensis cathedrali templo Canonicorum Collegium erigimus, quod ex una constabit Dignitate, ex Decano scilicet vel ex Archidiacono, atque ex novem Canonicis, quorum alteri munus Theologi, alteri vero, si fieri potest, munus Praefecti admissis paenitentium expiandis assignetur. Quae Dignitas quique Canonicatus, etiamsi primum tribuantur, ad iuris communis normam concedendi sunt. Quoadusque vero sive Dignitas sive Canonicatus congruo beneficio donari non poterunt, libenter concedimus ut iis etiam sacerdotibus tribuantur, qui alio iam fruantur beneficio, etiam cum animorum curatione coniuncto. Iidem Canonici his diebus divina facient officia, dummado cum dominico die non concurrant : sollemnibus videlicet S. Ioseph, Sponsi B. Mariae Virginis, S. Marci Evangelistae, SS. Apostolorum Petri et Pauli, S. Annae B. M. V. Matris, cui cathedrales aedes sunt sacrae, B. Mariae Virginis caelo receptae, S. Matthaei Apostoli et Evangelistae. Quandoquidem autem haud parum decet eos viros, qui in Episcopi consilium amplumque quasi senatum asciscuntur, propriis condecoran insignibus, quibus super ceteros emineant, volumus ut Ecclesiae S. Annae Pocatierensis Canonici, intra fines tantum suae dioecesis et in sacris sui Collegii ritibus, nigram induant vestem talarem cum fimbriis violacei coloris, lineum amiculum manicatum, quod rochetum vocant, mozetam violacei coloris atque biretum violaceo flocculo ornatum. Iisdem praeterea Canonicis anulum gestandi libentes facultatem facimus. Volumus vero ut capitulares, quas vocant, leges sive ad iuris communis normam, sive ad Nostra iussa, hisce Litteris descripta, quam primum condantur ; quas item Episcopus sanciet et Canonici religiose accipient. Quod autem ad cetera attinet ofiicia et onera, iura ac privilegia, quae ad eiusdem dignitatis Canonicorum Collegia spectant, iuris communis fideliter serventur normae. Decernimus denique ut simul atque erectum Canonicorum fuerit Collegium, dioecesani Consultores, ut aequum est, a suo munere cessent. Quae omnia hisce Litteris Nostris mandavimus, ea exsequenda curabit venerabilis Frater Ioannes Panico, quem supra diximus, vel ille qui eo tempore quo haec decreta ad rem adducentur, Apostolicae in Canadia praeerit Delegationi ; cui omnes potestates rei perficiendae facimus, quae alii etiam viro poterunt subdelegari, dummodo in ecclesiastica constituto dignitate, atque onus iniungimus confectum negotium in acta referendi eorumque fide

digna exempla ad S. Congregationem Consistorialem quam primum mittendi. ' n

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per bas Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderetur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum ex Arce Gandulfi, prope Romam, die duodecimo mensis Novembris, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo quarto, Pontificatus Nostri sexto decimo.

CELSUS Card. COSTANTINI
S. R. E. Cancellarius

£ß Fr. ADEODATUS I. Card. PIAZZA
8. Congr. Consistorialis a Secretis

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

Franciscus Hannibal Ferretti, *Proton. Apost.*
Albertus Serafini, *Proton. Apost.*

Loco 83 Plumbi

In Cane. Ap. tab., vol. LA"T V/A", *n KG.*

IV

CARTHAGINENSIS IN COLUMBIA - S. GEORGII (MONTERIENSIS)

AB ARCHIDIOECESI CARTHAGINENSI IN COLUMBIA ET AB APOSTOLICO VICARIATU S. GEORGII QUAEDAM REGIO SEPARATUR, QUAE IN NOVAE DIOECESIS FORMAM REDIGITUR, « MONTERIENSIS » APPELLANDAM

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quoniam Christus Iesus e serenis caeli plagis hasce descendit in terras ut homines, « in tenebris et in umbra mortis » sedentes, vocaret in admirabile lumen suum, Nos qui eius vices licet immeriti gerimus, insomni labore contendimus ut fulgentem supernae gratiae splendorem cum omnibus populis ac gentibus communicemus. Cum igitur venerabilis Frater Paulus Bertoli, Archiepiscopus titulo Nicomediensis et in Columbia Apostolicus Nuntius, ab hac postulaverit Romana Sede ut, disiunctis sive e perampla Carthaginensi in Columbia archidioecesi sive ex Apostolico S. Georgii Vicariatu partibus quibusdam, nova erigeretur dioecesis, laetissimo animo huiusmodi precibus concedendum censemus, bona scilicet spe fore ut christianum nomen latis hisce in oris aptius uberiusque proficiat in dies. Explorato propterea quid de hac re sentiat dilectus Filius Noster Petrus S. R. E. Cardinalis Fumasoni Biondi, S. Congregationis Fidei Propagandae Praefectus ; audita pariter sententia venerabilium Fratrum Nostrorum Ignatii López Umana, Archiepiscopi Carthaginensis in Columbia, atque Francisci Santos Domingo, Episcopi titulo Thebani in Phtiotide et Apostolici Vicarii S. Georgii ; consensu eorum suppleto, qui in hoc negotio aliquod habeant ius vel se putent habere; post rem pariter attentissime consideratam ; certa ideo scientia eorum quae acturi sumus, de apostolica Nostra potestate haec quae sequuntur decernimus. Ab archidioecesi Carthaginensi in Columbia atque a Vicariatu Apostolico S. Georgii ea separamus territoria, quae ad civilem pertinent circumscriptionem vulgo « Departamento de Córdoba », excepta tamen eiusdem circumscriptionis parte, in qua fluvius scatet cui nomen apud populum « San Jorge » ; e quibus excerptis territoriis novam erigimus dioecesim, *Monteriensem* ab urbe « Montería » appellandam. Quae nova dioecesis iisdem terminabitur finibus atque eadem circumscriptio « Departamento-

de Córdoba », praeter quam ad orientem ubi, ab oppido « Caño Prieto », limes recta procedit usque ad locum vulgo « Cerro Murucujú », et inde per iuga montium, qui cursus dividunt fluminum vulgo « Sinu » et « San Jorge », communem limitem ad meridiem attingit civilium circumscriptionum, quas populus appellat (í Córdoba » et « Antioquia ». Monteriensis dioecesis metropolitanae Sedi Carthaginensi in Columbia erit suffraganea, cuius Metropolitis Archiepiscopis Praesules Monterienses subicientur. Qui Episcopi sedem ac domicilium in urbe habebunt vulgo « Montería », quam his Litteris Nostris in civitatis episcopalis gradum perducimus ; cathedram vero in curiali aede collocabunt S. Hieronymo, Confessori Ecclesiaeque Doctori, atque S. Nazarethanae Familiae, ex S. Rituum Congregationis nuper edito Decreto, sacra, cui igitur, ad cathedralis templi dignitatem provectae, omnia tribuimus iura ac privilegia quae ceterarum cathedralium aedium sunt propria. Eadem pariter dioecesis eiusque Praesules iisdem iuribus honoribusque fruentur, quibus omnes ornantur per terrarum orbem dioeceses earumque Praesules; at iisdem oneribus tenebuntur. Episcopalis mensa constabit sive dote, quam publica dabit potestas, sive Curiae emolumentis, sive oblatis a fidelibus pecuniis, sive denique bonis quae e partitione bonorum mensae Carthaginensis in Columbia, pro rata parte, novae huic ob venient dioecesi, servatis in hac divisione praescriptis canonis 1500 Codicis Iuris Canonici. Quod pariter attinet ad novae Ecclesiae regimen et administrationem, ad Vicarii Capitularis, sede vacante, electionem, ad fidelium et sacerdotum iura et onera aliaque huiusmodi, ea praecipimus quae Iure Canonico statuuntur. Quod vero ad clerum novae Sedi assignandum attinet, decernimus ut simul ac dioecesis erectio ad effectum deducta fuerit, clerici illi Ecclesiae censeantur ascripti in cuius finibus legitime degunt. Volumus quoque ut, ad sacrorum rituum augendum decorem, Canonicorum Collegium quam primum in Monteriensi templo condatur, cui erigendo cavebimus per Apostolicas sub plumbo Litteras a Nobis dandas ; quoadusque tamen dioecesis Canonicorum senatu carebit, indulgemus ut eorum loco dioecesani Consultores ad iuris normam eligantur. Cum autem maxime Nobis sit cordi eorum institutio puerorum, quos summus animorum Pastor ad sacerdotium incenderit capessendum, volumus ut Monteriensis Episcopus, cum primum poterit, Seminarium saltem elementarium condat, ad iuris normam et iuxta leges a S. Consilio Seminariis studiorumque Universitatibus praeposito traditas. Eidem pariter Episcopo summae erit curae ut e Seminario optimi iuvenes eligantur atque Romam mittantur, in Pontificio Ephebeo Piano Latino Americano philosophicis ac theolo-

gicis disciplinis erudiendi ; ceteri vero iuvenes ad seminarium archidioecesis Carthaginensis in Columbia mitti poterunt. Omnia denique documenta et acta, quae ad' novam Ecclesiam spectant, a Curiis Carthaginensi in Columbia et S. Georgii quam cito mittantur ad Monteriensis Curiae tabularium, ut in eo diligenter serventur. Ut autem ea quae Nostris his Litteris iubemus fiant, eundem venerabilem Fratrem Paulum Bertoli deligimus, vel eum qui eo tempore quo haec decreta ad rem adducentur, Apostolicae in Columbia Nuntiaturae praeerit; cui vero contigerit hoc exsequendum opus, illi necessarias ad id potestates facimus cuilibet subdelegandas, si opus fuerit, viro in ecclesiastica dignitate constituto, onusque iniungimus effectum negotium in acta referendi eorumque fide digna exempla ad S. Consistoria^ Consilium quam primum mittendi.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum ex Arce Gandulfi, prope Romam, die vicesimo mensis Novembris, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo quarto, Pontificatus Nostri sexto decimo.

OELSUS Card. COSTANTINI
S. *R. E. Cancellarius*

© Fr. ADEODATüS I. Card. PIAZZA
S. Congr. Consistorialis a Secretis

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

Franciscus Hannibal Ferretti, *Proton. Apost.*
Albertus Serafini, *Proton Apost.*

Loco © Plumbi

In Cane. Ap. tab., vol. LXXXIX, n $',

V

S. HIERONYMI TERREBONAE

CANONICORUM COLLEGIUM IN CATHEDRALI TEMPLO DIOECESIS SANCTI HIERONYMI TERREBONAE ERIGITUR ET CONSTITUITUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quicquid ad divini cultus decorem promovendum spectat, pergratum sane Nobis est, qui Ecclesiam Dei superna voluntate accepimus regendam. Cum igitur Canonicorum Collegia, praeter quam quod in dioecesium regimine Episcopis consilio praesto sunt, sacrarum etiam caeremoniarum splendori in principe suae cuiusque dioecesis templo dent operam, eadem idcirco perlibenter condimus et constituimus. Quam ob rem, cum venerabilis Prater Aemilianus Frenette, Episcopus Sancti Hieronymi Terrebonae, Apostolicae Sedi adhibuerit preces ut cathedrale suum templum, ad iuris normam, Canonicorum institueretur Collegio, Sacra Congregatio Consistorialis, vi peculiarium facultatum a Nobis tributarum, audito dilecto Filio Nostro Paulo Aemilio S. R. E. Cardinale Léger, Archiepiscopo Marianopolitano, et sententia probata venerabilis Fratris Ioannis Panico, Archiepiscopi titulo Iustinianensis et in Ditione Canadensi Apostolici Delegati, eius postulatis concedendum esse censuit. Nos igitur huic assentimur sententiae ; illorumque consensu suppleto, quorum quavis ratione negotium intersit, re attente considerata ac certa scientia eorum quae acturi sumus, suprema usi apostolica Nostra potestate, haec quae sequuntur statuimus ac decernimus. In Sancti Hieronymi Terrebonae dioecesis cathedrali templo Canonicorum Collegium erigimus, quod ex una constabit Dignitate, e Decano nempe, atque ex undecim Canonicis, quorum alteri munus Theologi, alteri vero munus Canonici admissis paenitentium expiandis assignetur. Qui Canonicatus et Dignitas, tametsi primum concedantur, ad iuris communis normam conferenda sunt. Quoad vero Dignitas et Canonicatus congruo beneficio donari non poterunt, facultatem facimus ut iis etiam sacerdotibus tribuantur, qui alio iam fruan-

tur beneficio, etiam cum christifidelium curatione coniuncto. Indulgemus pariter ut iidem Canonici divini officii obligationem in choro persolvant, Vesperarum et Completorii psalmodia, feria tertia uniuscuiusque tertiae hebdomadis mensium Martii, Maii, Septembris ac Decembris peracta; donec aliter provideatur. Cum autem haud parum deceat eos viros, qui in Episcopi consilium et tamquam senatum asciscantur, propriis condecorari insignibus, quibus super ceteros emineant, Sancti Hieronymi Terrebonae dioecesis Dignitati et Canonicis concedimus ut, in caeremoniis capitularibus, vestem talarem nigram cum fimbriis violacei coloris induant, lineum amiculum manicatum, quod nominatur rochetum, mozetam violacei coloris atque biretum flocculo violacei coloris exornatum ; extra chorum vero sed intra fines dumtaxat suae dioecesis vestem talarem nigram cum fimbriis violacei coloris, zonam et caligas eiusdem coloris induere atque anulum gestare poterunt. Volumus insuper ut capitulares, quas vocant, leges sive ad iuris communis normam, sive ad Nostra iussa, hisce Litteris descripta, quam primum condantur; quas item Episcopus sanciet et Canonici religiose accipient. Quod vero ad cetera attinet officia et munera, iura et privilegia, quae ad eiusdem dignitatis Canonicorum Collegia spectant, iuris communis fideliter serventur normae. Decernimus etiam ut simul ac Canonicorum Collegium erectum fuerit, dioecesani Consultores a suo munere cessent. Haec omnia quae a Nobis statuta sunt venerabilis Prater Ioannes Panico, quem supra diximus, exsequenda curabit, cui propterea omnes necessarias et opportunas ad id facimus potestates, alii etiam cuilibet viro, dummodo in ecclesiastica constituto dignitate, si opus fuerit, subdelegandas ; vel ille curabit qui eo tempore quo haec decreta ad rem adducentur in Ditione Canadensi Apostolicae Delegationi praeerit ; cui venerabili Fratri onus iniungimus hoc confectum negotium in tabulas referendi, earumque fide digna exempla ad Sacram Congregationem Consistorialem quam primum transmittendi.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate con-

stituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderetur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum ex Arce Gandulfi, prope Romam, die vicesimo mensis Novembris, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo quarto, Pontificatus Nostri sexto decimo.

CELSTJS Card. COSTANTINI
8. R. E. Cancellarius

© Fr. ADEODATUS I. Card. PIAZZA
8. Congr. Consistorialis a Secretis

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

f Alfonsus Carinci, Archiep. tit. Seleuc. in Is., *Decanus Prot. Apost.*
Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

In Conc. Ap. tab., vol. LXXXIX, n. 71.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

CONSTITUTIONES CONGREGATIONIS MISSIONIS APPROBANTUR

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Evangelium ad pauperes perferre, praesertim ad eos, qui rus incolunt, sacrorum administros rite informare ad pietatem ac doctrinam, caritatis officia omne genus exercere, egregium est et salutare munus, quod Sanctus Vincentius a Paulo, divinae cuidem impulsioni obsecutus, suae Presbyterorum sodalitati, seu Congregationi Missionis, quam dicunt, praestituit. Quae quidem, anno MDCXXXii ab Urbano PP. VIII, Decessore Nostro, approbata, cum legiferi Patris servaret instituta, laetis est aucta incrementis multumque contulit ad Ecclesiae decus atque salutem animorum. Ut autem, quasi in composita civitate, leges cum muneribus plane congruerent, Clemens PP. X, item Decessor Noster, anno MDCLXX, Constitutiones selectas,

quae vocantur, ratas habuit et probavit, ad quas temporis successu plura sunt adiecta generalium eiusdem sodalitatis conventuum consulta. Anno denique MDCCCCXXXXVII, sacrum huiusmodi praesidum concilium omnes leges ad praescripta Codicis Iuris Canonici accommodavit aliasque, utpote usu comprobatas, adiunxit. Quae omnia Sacrum Consilium Religiosis Sodalibus praepositum diligenter recognovit, quibusdam rebus additis vel immutatis, quo Vineentiana haec Presbyterorum sodalitas magis vigeret amplioremque meieret copiam fructuum et promeritorum. Has vero leges ut Nostra auctoritate probaremus, submissae Nobis adhibitae sunt preces, quibus pro Nostra voluntate in Vincentianos eosdem sodales, apostolica exsequentes munera, statuimus libenti animo obsecundare. Quapropter, e Sacrae Congregationis negotiis Religiosorum Sodalium praepositae consulto, omnibus attente perpensis, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Constitutiones Congregationis Missionis, a memorato Sacro Consilio recognitas, approbamus et confirmamus iisque Apostolicae sanctionis robur adicimus, dummodo conveniant cum exemplo, quod in Tabulario Sacrae eiusdem Congregationis Religiosis praepositae asservatur, et cuius prima verba sunt « Congregatio Missionis, a Sancto Vincentio a Paulo anno MDCXXV instituta », extrema autem « et res ad Sacram Congregationem de Religiosis deferatur », namque sint tenoris qui sequitur : *(hic exscribuntur Constitutiones).* Hisce simul Litteris et auctoritate Nostra abrogamus et abrogata esse declaramus ea omnia, quae iisdem Constitutionibus, per Nos approbatis, non continentur. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque ad quos spectant, seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XIX mensis Iulii, anno MDCCCCLIII, Pontificatus Nostri quinto decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO BRTJGNOLA
a Brevibus Apostolicis

II

AD DIGNITATEM ET HONOREM BASILICAE MINORIS EVEHITUR CATHEDRALE TEMPLUM S. CATHARINAE V. ET M. DICATUM, IN URBE ET ARCHIDIOECESI CARTHAGINIENSI IN COLUMBIA EXSTANS.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Columbiana in dicione urbs exstat, quae ab Hispanis anno MDXXXIH condita, tanta pietatis ac religionis operum specimina dedit, ut a Clemente PP. VII, fel. rec, Decessore Nostro, Episcopali Cathedra augeri insequente anno meruerit : Carthaginem dicimus, in qua Templum Maximum, Sanctae Catharinae Alexandrinae, Virgini et Martyri, dicatum, anno MDXXXVIII erectum fuit. Nec minore praefulserunt pietate Carthaginenses in Columbia cives, quippe qui, prout Nobis allatum est, idem Templum, Episcopis presbyterisque faventibus, potissimumque Petri Adán Brioschi Archiepiscopi opera, pluries temporis successu refecerint atque in meliorem amplioremque redegerint formam. Novissime quidem, tertio revoluto saeculo ab obitu Sancti Petri Claver, e Societate Iesu, in eodem Templo sacerdotio forsitan initiati, novis iisque pulchris auctum est operibus. Ecclesia ipsa Cathedrali, a Iosepho Diaz de Lamadrid, Episcopo, die XVIII mensis Novembris anno MDCCXCII consecrata, tribus constat alis, quae ei venustam conferunt speciem, atque sacris iisque pretiosis Reliquiis, quas inter particula Sanctae Crucis et Sancti Iustini Martyris Corpus, est ditata. Nec deest etiam nunc, ex Anglorum Gallorumque vastationibus incolumis, antiqua magnique pretii sacra supellex, adeo ut sollemnia, ibidem ab Episcopis Cleroque fieri solita, maximo peragantur splendore. Quae cum ita sint, Venerabilis Frater Iosephus Ignatius López Umana, Carthaginensis in Columbia Archiepiscopus, nomine proprio, utriusque Cleri ac fidelium, enixis Nos adiit precibus ut praefatam Ecclesiam Cathedralem ad honorem Basilicae Minoris benigne evehere dignaremur. Nos autem, laudatae Ecclesiae antiquitatem ac venustatem nec non Cleri populique fidem scite considerantes, huiusmodi vota excipere perlibenter statuimus. Quapropter, ex consulto Sacrae Rituum Congregationis, certa scientia ac matura deliberatione Nostra, deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum vi perpetuumque in modum, memoratam Carthaginensem in Co-

lumbia Ecclesiam Cathedralem, Deo in honorem Sanctae Catharinae Virginis et Martyris dicatam, titulo ac dignitate *Basilicae Minoris,* cum omnibus iuribus ac privilegiis rite competentibus, afficimus atque decoramus. Contrariis quibuslibet minime obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum, plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari.

Datum ex Arce Gandulfi, sub anulo Piscatoris, die xx mensis Octobris, anno MCMLIII, Pontificatus Nostri quinto decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO BRTJGNOLA
a Brevibus Apostolicis

III

BEATA MARIA VIRGO IMMACULATA UNIVERSAE DIOECESIS PEREIRANAE IN COLUMBIA PATRONA CAELESTIS PRAECIPUA CONSTITUITUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Quod novissima a Nobis proximo elapso anno in Columbia erecta Pereirana dioecesis sibi Deiparam Virginem cuiusvis labis ab origine nesciam in Patronam elegit, maximum Nobis attulit solacium. Certiores enim facti sumus a Venerabili Fratre Baltassar Alvarez Bestrepo, Pereirano Episcopo, Mariali **pietate** sacerdotes et Christifideles adeo flagrasse et etiamnunc flagrare, ut, vixdum Episcopalis Cathedra canonice fuerat constituta, Immaculatam Virginem Caelestem totius dioeceseos Patronam sibi adoptarent. Ne tamen huiusmodi electio Apostolica sanctione careat, Praesul ipse a Nobis enixe postulavit ut idem Mariale Patrocinium benigne confirmare dignaremur. Nos autem, ut Cleri fideliumque Pereiranae dioecesis pietatem congruo afiiceremus praemio, huiusmodi votis, faustam quoque proximi Anni Marialis, in honorem eiusdem Virginis Immaculatae per

Nosmet Ipsos nuperrime indicti, nacti occasionem, annuere perlibenter statuimus. Quapropter, ex consulto Sacrae Rituum Congregationis, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore perpetuumque in modum Beatam Virginem Mariam ab origine Immaculatam Caelestem universae Pereiranae dioecesis praecipuam *Patronam,* omnibus adiectis honoribus et privilegiis liturgicis principalibus locorum Patronis de iure competentibus, confirmamus, eligimus ac renuntiamus. Contrariis quibuslibet minime obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum, plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari.

Datum ex Arce Gandulfi, sub anulo Piscatoris, die xxiv mensis Octobris, anno MCMLIII, Pontificatus Nostri quinto decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO BRUGNOLA
a Brevibus Apostolicis

IV

BEATA MARIA VIRGO IMMACULATA PRAECIPUA PATRONA CAELESTIS BUCARAMANGUENSIS DIOECESIS DECLARATUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Centesimo fere anno exacto ex quo auctoritate falli nescia pronuntiatum fuit Almam Deiparam fuisse omnis labis ab origine expertem, sacrorum administri et Christifideles dioecesis Bucaramanguensis per Venerabilem Fratrem Hannibalem Muñoz Duque, eiusdem Sedis Antistitem, preces Nobis adhibuerunt ut Beatam Mariam Virginem Immaculatam, in quam peculiari ferrentur religione, praecipuam sibi constitueremus Caelestem apud Deum Patronam. Nos vero, qui omni studio annitimur ut Marianum cultum quo-

quoversus propagemus et homines ad Almam perducendo Deiparam ad rectam fidem, ad probos mores, ad pacem denique et consensionem revocemus, votis huiusmodi statuimus libenter obsecundare. Quapropter, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Beatam Mariam Virginem sine originali labe Conceptam praecipuam dioecesis Bucaramanguensis Caelestem apud Deum *Patronam* eligimus, facimus, declaramus, omnibus adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis, quae principalibus dioecesium Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant, seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum ex Arce Gandulfi, sub anulo Piscatoris, die vii mensis Novembris, anno MDCCCCLIII, Pontificatus Nostri quinto decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO BRUGNOLA
a Brembus Apostolicis

V

PAROECIALE TEMPLUM ABBATIAE S. MARIAE IN CAELUM ASSUMPTAE «DE PRATALEA)) PATAVINAE DIOECESIS, BASILICAE MINORIS TITULO HONORIBUSQUE AUGETUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Amplissimum religionis domicilium esse perhibetur Templum Beatae Mariae Virginis in Caelum Assumptae cum continente Monasterio, Prataleae, intra fines dioecesis Patavinae, constitutum, quo Ordini Sancti Benedicti, cui creditum est, decus additur, atque in populo fideli res Catholica augetur. Quae sacra Aedes, saeculo xv et xvi exstructa, venustate et artificiosis operibus tam est

insignis ut invisentium animi stupore perfundatur. Admireris praesertim columnas ad Ionici generis rationem excisas, fornices sublimes, tholum aedificio impositum. Sed non solum fabricatorum ingenio haec moles commendatur, sed etiam pictorum, imprimis Ioannis Baptistae Zelotti, Veronensis, qui eleganti manu Servatorem caelos ascendentem, praeclaros Ecclesiae Viros, aliasque res coloribus expressit. Sacram quoque supellectilem, pretiosis vestitam metallis, est ibi cernere, quae divinis ritibus inservit, quos Benedictini Sodales frequentes ibi solent exsequi. Ad hanc etiam domum Dei, cui paroecia est adiuncta, Christifideles impigri accedunt, ut sacris intersint atque munerum supernorum percipiant largitatem. Quibus permotus dilectus filius Gerardus Fornaroli, eiusdem Coenobii Abbas, submissas Nobis adhibuit preces ut Templum, Deiparae Caelo receptae sacrum, quod diximus, Mariano hoc volvente anno, Basilicae Minoris nomine ac iure donaremus. Quae vota, Venerabilis Fratris Hieronymi Bortignon, Episcopi Patavini, atque Venerabilis Fratris Placidi Mcolini, Assisiensis Antistitis, olim eius Monasterii Abbatis, ampla commendatione suffulta, libenti animo statuimus explere. Quapropter, e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum, paroeciale Templum « Abbatiae Sanctae Mariae in Caelum Assumptae de Pratalea », intra Patavinae dioecesis fines positum, ad honorem ac dignitatem *Basilicae Minoris* evehimus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis, quae Ecclesiis, hoc titulo condecoratis, rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque ad quos spectant, seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XIX mensis Februarii, anno MDCCCCLIV, Pontificatus Nostri quinto decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO BRUGNOLA
a Brevibus Apostolicis

EPISTULA

AD EMUM P. D. ADEODATUM IOANNEM, EPISCOPUM SABINEN. ET MANDELEN. S. R. E. CARDINALEM PIAZZA, S. CONGREGATIONIS CONSISTORIALIS A SECRETIS QUINA LUSTRA A SUSCEPTO EPISCOPATU IMPLENTBM.

PIUS PP. XII

Venerabilis Frater Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Expostulant sane praeclara tua in Ecclesiam promerita, expostulant pariter excelsa, qua exornaris, dignitas et peculiaris erga te Nostra benevolentia, ut, quinto exeunte lustro ex quo ad episcopalem honorem evectus es, laetabilis huius eventus sollemnia nosmet Ipsi ineundis votis Nostraque auctoritate prosequamur. Postquam enimvero, auspicato Dei famulatui addictus devotusque, in sacro Ordine Fratrum Carmelitarum Discalceatorum haud pauca et gravia officia persolveras, praesertim ingenuas litteras deinde philosophiam ac theologiam docendo, Prioris quoque munus gerendo, Procuratoris ipsius Generalis partes sustinendo; postquam, aestuante per orbem terrarum priore atrocissimo bello, animarum curam apud milites exercueras, ad sacerdotii culmen promotus, sagacitas tua aJacritasque pastoralis in ampliore quidem campo coruscavit. Ac primo in Beneventana Sede Metropolitana per quinquennium plura dedisti sollertiae documenta, inter quae exstitere piae sodalitates a te erectae ad catholicam doctrinam rite fidelibus tradendam atque ad Ecclesiae unitatem promovendam, Opus ecclesiasticarum vocationum studiose provectum, ac sollicitudo, qua, anno MCMXXX, civibus in ea urbe ac regione terrae motu percussis auxilia et solacia liberaliter praebuisti. Deinde ad Venetiarum patriarchatum translatus, paulo post ad Senatum quoque Ecclesiae adscriptus, per tredecim annos in pastorale ministerium totus incubuisti. In primisque novas condidisti paroecias, ubi ruricolae opificesque religione et pietatis officiis excolendi erant, Actionis Catholicae consociationes et opera impense fovisti, Congressum dioecesanum celebrasti ad catechesim promovendam et clericorum Seminarium, curiam sedemque patriarchalem opportune apteque refecisti. Quae quidem egregia curae tuae pastoralis documenta Nos ante oculos habentes, sex abhinc annos in hanc almam Urbem te arcessivimus, ut adiutricem operam in Ecclesia universa regenda Nobis Ipsis tribueres, tibique munus

a Secretis in Sacro Consilio Episcopis eligendis moderandisque concredimus, atque suburbicariae sedi Sabinensi et Mandelensi praefecimus. Qua quidem in dioecesi plures ecclesias aedesque paroeciales condidisti vel redintegrasti, Seminarii dioecesani et Episcopi sedes refecisti, eiusdemque Seminarii villam rusticandi gratia ac nonnulla instituta puerulis educandis e solo excitasti, domumque pro senibus aegrotisque sacerdotibus hospitio recipiendis atque ad exercitia spiritualia peragenda aedificare coepisti. Cognitam quoque habemus planeque perspectam peculiarem sollicitudinem tuam de Actione in Italia Catholica deque Italorum emigratione, per societatem missionariorum a S. Carolo tam sollerter adiuta. Itaque erigito, Venerabilis Frater Noster, animum in spem copiosam a Iesu Christo Pastorum principe remunerationis; cuius interea tamquam libamenta habeas ea, quae grex tuus tuique aestimatores in quintum ac vicesimum episcopatus tui natalem parant sollemnia. Eiusmodi autem communis amoris laetitiaeque testimonia volumus Nostram antecedere gratulationem atque omina Nostra; cupimus enim tibi, ex animo, ut quam diutissime incolumis integerque viribus serverig, quo ex tua actione grex tibi traditus maiora emolumenta, Apostolica haec Sedes ex industria tua, diuturno rerum usu comprobata, uberiores fructus in posterum percipiat. Quo autem sacra sollemnia populo Sa/binensi et Mandelensi utiliora evadant, tibi ultro potestatem tribuimus, ut, qua malueris die, post Sacrum pontificali ritu peractum, adstantibus fidelibus nomine Nostro Nostraque auctoritate benedicas, plenariam indulgentiam iisdem proponens, ad Ecclesiae praescripta lucrandam. Caelestium interea donorum auspicem, peculiarisque benevolentiae Nostrae testem, Apostolicam Benedictionem tibi, Venerabilis Frater Noster, tuis laborum sociis, cunctoque clero ac fidelibus curae tuae creditis peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die VIII mensis Februarii, anno MDCOCCLV, Pontificatus Nostri sexto decimo.

PIUS PP. XII

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

i

LAVANTINAE - LABACENSIS

DECRETUM

DE IMMUTATIONE FINIUM DIOECESIUM .

Sivus flumen;, dioecesium Lavantinae et Labacensi» fines iam pridem terminons, ob aquarum eluviones plures abhinc annos suum ita mutavit alveum ut **pagas** vulgo « Vrbinska vas », qui ad Labacensem dioecesim pertinet, in dextera ripa iam situs in sinistra deinde, ad fines Lavantinae dioecesis, exstare contigerit.

Itaque Excnius P. I). Massimilianus Drzecnik, Episcopus titularis Arbittenus et Administrator Apostolicus Lavantinus, ab Apostolica Sede postulavit ut, ad bono spirituali fidelium ibi commorantium utilius consulendum, praefatus pagus <(Vrbinska vas » a Labacensi dioecesi separaretur et Lavantinae dioecesi aggregaretur.

Ssmus Dominus Noster Pius, Divina Providentia Pp. XII, rei opportunitate perspecta habitoque favorabili voto Excmi P. D. Antonii Vovk, Episcopi titularis Cardicensis et Administratoris Apostolici Labacensis, oblatis Sibi precibus benigne annuendum censuit.

Quapropter Idem Ssmus Dominus Noster praesenti Consistoriali Decreto praefatum pagum <(Vrbinska vas » a Labacensi dioecesi seiungere et Lavantinae dioecesi perpetuo attribuire dignatus est, mutatis hac ratione nominatarum dioecesium finibus.

Ad haec autem exsecutioni mandanda Eadem Sanctitas Sua deputare dignata est eundem Excmum P. D. Massimilianum Drzecnik, eidem tribuens facultates necessarias et opportunas, ad effectum de quo agitur, etiam subdelegandi quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitu

tum, facto illi onere transmittendi quamprimum ad hanc S. Congregationem Consistorialem exemplar actus peractae exsecutionis.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. C. Consistorialis, die 4 mensis Iulii anno Mariali 1954.

ß Fr. A. I. Card. PIAZZA, Ep. Sabinen, et Mandelen., *a Secretis*

L. ® S-

Iosephus Ferretto, *Adsessor*

TL

LEOPOLDINENSIS - CAMPOSINAE

DECRETUM

DE MUTATIONE FINIUM DIOECESIUM

Concredita gregis commodo studentes, Excmi PP. DD. Delphinus Ribeiro Guedes, Episcopus Leopoldinensis, et Antonius de Castro Mayer, Episcopus Camposinus, ab Apostolica Sede expostulaverant ut pars paroeciae vulgo La Palma, quae pertinet ad dioecesim Leopoldinensem distraheretur et dioecesi Camposinae adnecteretur, ita quidem ut ecclesiastici dioecesium fines cum civilibus deinde convenirent.

Porro, S. C. Consistorialis, attento favorabili voto Excmi P. D. Caroli Chiarlo, Archiepiscopi titularis Amideni et in Brasiliana Republica Nuntii Apostolici, vigore facultatum sibi a Ssmo Domino Nostro Pio Divina Providentia Pp. XII tributarum, oblatis precibus benigne annuendum censuit.

Quapropter, suppleto, quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumentium, consensu, praesenti Consistoriali Decreto decernit, ut, bipartito memoratae paroeciae La Palma territorio, pars altera, quae in regione civili vulgo Rio de Janeiro iacet, Leopoldinensi dioecesi nexa permaneat, altera vero, quae ad regionem civilem vulgo Minas Gérais pertinet, dioecesi Camposinae in perpetuum adscribatur, mutatis deinceps hac ratione utriusque dioecesis finibus prout in sequentibus :

« ... Segue até alcançar a linha de cumiada da Serra da Pedra Bonita; prossegue por esta linha de cumiada, passando pelas Pedras Bonita e de Alexandria, até o ponto mais próximo à confluencia dos ribeiröes Born Jardim e Eva; dai, desee até a dita confluencia e desee pelo Eva até a sua confluencia no rio Pomba; desee por éste até a sua

inter seeçâo com o eixo longitudinal da ponte da Estrada de Ferro Leopoldina; déste ponto, cortando a margem esquerda do referido rio Pomba, atinge, em linha reta, o alto do Morro situado entre aquela margem e o leito da E. F. Leopoldina ; dai, atravessa novamente o leito desta ferrovia, ganha o divisor de aguas de afluentes diretos do rio Pomba, de um lado, e ribeiräo Santo Antonio do outro, atingindo, em prosseguimento, a linha das vertentes dos córregos da Bocaina, da Cachoeira e do Desengaño, de um lado, e dos córregos do Retiro e da Aldeia do outro, até atingir um ponto fronteiro e mais próximo da nascente do córrego da Tolda, na Fazenda de Sao Roque ; dai atinge a dita nascente e desee pelo córrego, da Tolda até a sua confluencia, com o córrego do Desengaño ; dai galga a linha de vertentes dos córregos da Cachoeira Bonita e da Serra, pela qual continua; corta a estrada do rodagem Mi r acema - Palma, em urna garganta ñas proximidades da fazenda da Fortaleza e continua pelo divisor das aguas dos córregos da Cachoeira Bonita e Inhamal do outro, até atingir o pontâo de Santo Antonio ; déste pontâo segue pela linha de cumiada da Serra da Divisa que separa as aguas do ribeiräo do Macuco das aguas do ribeiräo Säo Joaquim e dos córregos do Taquaraçu, Born Jardim e Santa Cruz, passando pelo pontâo do Felicissimo e continua pela mesma linha de cumiada da Serra da Divisa, até atingir um ponto em que, descendo, vai alançar o rio Muriaé no local denominado Poço-Fundo ; atravessa ai o rio Muriaé, ganha a linha de cumiada da serra do Brito... ».

Omnia acta et documenta praefatam paroeciae « La Palma » partem respicientia a Leopoldinensi ad Camposinam Curiam, cum primum fas erit, transmittantur.

Ad haec perficienda eadem Sacra Congregatio memoratum Excmum P. D. Carolum Chiarlo deputat, necessarias et opportunas tribuens facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad eandem Sacram Congregationem Consistorialem quam primum remittendi authenticum exemplar actus peractae exsecutionis.

Quibus super rebus praesens edit Con sistoriale Decretum perinde valiturum ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die vii Iulii, anno Mariali MCMLIV.

£g Fr. A. I. Card. PIAZZA, Ep. Sabinen. etMandelen., *a Secretis*

L. £8 S

* *

Iosephus Ferretto, *Adsessor*

III

CARTHAGINENSIS IN COLUMBIA ET VICARIATUS APOSTOLICI SANCTI GEORGII

DECRETUM

DE FINIUM MUTATIONE

Ad satius consulendum spirituali utilitati Christifidelium in territorio vulgo « Departamento de Córdoba » et ((Departamento de Bolívar » degentium Excmus P. D. Paulus Bertoli, Archiepiscopus titularis Nicomediensis et in Columbia Nuntius Apostolicus, ab Apostolica Sede postulavit ut fines archidioecesis Carthaginensis in Columbia et Vicariatus Apostolici Sancti Georgii immutarentur.

Ssmus Dominus Noster Pius Divina Providentia PP. XII, praehabitis favorabilibus votis Excmi P. D. Iosephi Ignatii López Umana, Archiepiscopi Carthaginensis in Columbia et Excmi P. D. Francisci Santos Santiago, Episcopi titularis Thebani in Phtiotide, et Vicarii Apostolici Sancti Georgii, ac de consilio Eminentissimi ac Reverendissimi P. D. Petri S. R. E. Cardinalis Fumasoni Biondi, S. Congregationis de Propaganda Fide Praefecti, ratus hoc animarum saluti profuturum, oblatis precibus benigne annuere dignatus est.

Quapropter, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel qui sua interesse praesumant consensu, de plenitudine Apostolicae potestatis, praesenti Consistoriali Decreto regionem ad laevam ripam fluminis cui nomen Magdalena usque ad locum vulgo Brazo de Loba patentem et municipia vulgo: Simití, San Martín de Loba, Olaya Herrera seu* Bodega Central, Barranco de Loba complectentem ac praeterea inunicipiorum partes quae nuncupantur : Santa Rosa Sudán, la Rufina, Los Caños de Colorado et Tiquicio Nuevo, excepta tamen insula vulgo Mompos, ab archidioecesi Carthaginensi in Columbia distrahit una cum omnibus ecclesiis, piis fundationibus bonisque temporalibus ad praefatae regionis paroecias pertinentibus, atque, mutatis utrimque finibus, Vicariatui Apostolico Sancti Georgii adnectit; quae regio in posterum Sacrae Congregationi de Propaganda Fide erit subiecta.

Mandat insuper Sanctitas Sua ut acta et documenta memoratas paroecias respicientia a Curia archiepiscopali Carthaginensi in Columbia ad Curiam Sancti Georgii, quam primum, transmittantur.

Ad haec perficienda Ssmus Dominus Noster memoratum Exc. P. D. Paulum Bertoli deputare dignatus est, necessarias et opportunas tribuens ei facultates, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad Sacram Congregationem Consistorialem, cum primum fas erit, authenticum exemplar transmittendi actus peractae exsecutionis.

Quibus super rebus praesens edi iussit Consistoriale Decretum perinde valiturum ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae fuissent.

Datum Romae, ex Aedibus S. Congregationis Consistorialis, die 3 Novembris anno Mariali 1954.

£ß Fr. A. I. Card. PIAZZA, Ep. Sabinen, et Mandelen., *a Secretis*

L. © S.

Iosephus Ferretto, *Assessor*

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

NYEREN.-MERITEN".

DECRETUM

DE DIOECESIUM LIMITIBUS

Ad aptius catholicam fidem in Kenyae territorio prolatandam, preces ad hanc Sacram Congregationem de Propaganda Fide porrectae sunt ut iurisdictionis limites territoriales Nyerensem inter et Meruensem dioecesim clarius definirentur, scilicet; ut finis utriusque dioecesis qui-originem ducit; a limite meridionali districtus civilis de Marsabit limitem teneat provinciae civilis de Rift Valley usque ad locum ubi flumen, quod vulgo dicitur Maranya, confluii in flumen, quod vulgo dicitur de Uaso-Nyiro.

Insuper in meridionali parte finem utriusque dioecesis ita definiendum visum est : limes dioecesium a cursu fluminis, quod vulgo Thika dicitur, determinationem accipiat, a puncto intersectionis gradus I° lat. mer. cum eodem flumine usque ad locum confluentiae in flumen quod Sagana dicitur ac deinde limes designetur a cursu huius fluminis Sa-

gana usque ad locum confluentiae fluminis Robin-gachi-Thiba in flumen Sagana.

Quas preces eadem Sacra Congregatio de Propaganda Fide excipiens, de mandato Sanctissimi Domini Nostri Pii Divina Providentia Papae XII, vigore scilicet facultatum ab Eodem Sanctissimo Domino Nostro sibi concessarum, praesenti Decreto statuit ut territoriorum fines Nyerensem inter et Meruensem dioeceses modo de quo supra definirentur.

Datum Romae, ex Aedibus eiusdem Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 14 mensis Iunii a. D. 195^.

P. Card. FUMASONI BIONDI, *Praefectus*

L. © S.

f P. Sigismondi, Archiep. tit. Neapolitan. in Pisidia, *a Secretis*

SACRA CONGREGATIO DE SEMINARIIS ET STUDIORUM UNIVERSITATIBUS

DECRETUM

INSTITUTUM IURIS CANONICI ERIGITUR IN FACULTATE THEOLOGICA PUBLICAE STUDIORUM UNIVERSITATIS MONACENSIS IN BAVARIA.

De legibus quibus humana societas regitur cum Catholica Ecclesia naviter sit sollicita, nihil Sacrae Congregationi de Seminariis et studiorum Universitatibus antiquius est quam Iuris Canonici studia fovere atque provehere. Cumque compertum sit Institutum Iuris Canonici, quod in Theologica Facultate publicae studiorum Universitatis Monacensis exstat, ab Apostolica Sede die xvin m. Maii a. D. MCMXLIX ad experimentum adprobatum, probe studioseque per elapsum feliciter quinquennium enituisse tum delectis eruditisque magistris tum scientificis investigationibus, cum praelectionibus et operibus egregie scriptis, Statutis quidem adamussim servatis quae die x m. Ianuarii a. D. MCML rata atque firma habita sunt, Sacra haec Congregatio ad maiorem Dei glo-

riam, ad Ecclesiae decus et incrementum ingenuaeque doctrinae profectum Institutum Iuris Canonici in Theologica Monacensi Facultate erigit ©rectamque declarat eidemque potestatem tribuit academicos gradus in Iure Canonico conferendi, omnibus agnitis iuribus, honoribus, muneribus, officiis et privilegiis quae huiusmodi Ecclesiasticis Facultatibus de more pertinent.

Ceteris servatis de iure servandis, contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sancti Callisti, d. xxx m. Aprilis a. D. **MCMLiv,** B. Mariae V. sacro.

ffi I. Card. PIZZARDO, Ep. Albanen., *Praefectus*

L. © S.

f C. Gonfalonieri, Archiep. Nicopolitan., *a Secretis*

II

DECRETA

Ssmus D. N. Pius divina Providentia Papa XII decretis Sacrae Congregationis de Seminariis et studiorum Universitatibus :

die 10 Maii 1954 — Neo-Eboracense (New York) Institutum Musicae Sacrae, a « S. Pio X » nuncupatum, romano Pontificio Instituto Musicae Sacrae *affiliatum constituit.*

die 3 Iunii 1951§. — Studium Theologicum Abbatiae O. S. B. Solesmensis (Solesmes) Theologicae Facultati Catholicae Universitatis Andegavensis (Angers), ad quinquennnium *affiliatum constituit.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 25 gennaio 1955, nel Palazzo Apostolico Vaticano si è adunata la S. Congregazione dei Riti *preparatoria*, nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali, i Rovini Prelati Officiali ed i Revmi Consultori teologi hanno discusso sul martirio dei Servi di Dio Giovanni Battista Turpin du Cormier e Compagni, martiri della Rivoluzione francese.

In Congregazione *ordinaria* gli Emi e Remi Signori Cardinali ed i Remi Prelati Officiali hanno esaminato le relazioni dei Revisori teologi sopra gli scritti dei Servi di Dio :

1. Beato Ermanno Giuseppe, dell'Ordine dei Premostratensi.

2. Adolfo Kolping, sacerdote secolare.

3. Pietro Giuseppe Savalberg, sacerdote, fondatore della Congregazione dei Fratelli e Sorelle di San Giuseppe.

1. Maria Cristina Brando dell'Immacolata Concezione, fondatrice delle Suore Vittime espiatrici del S. Cuore di Gesù.

Infine hanno trattato della approvazione e della concessione dell'Ufficio e Messa di San Pio X.

Martedì, 8 febbraio 1954, nel Palazzo Apostolico Vaticano si è adunata la S. Congregazione dei Riti *ordinaria*, nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali e i Revmi Prelati Officiali hanno discusso :

1. Sulla riassunzione di Causa del Beato Giuliano Maunoir, confessore, della Compagnia di Gesù.

2. Sulla introduzione di Causa del Servo di Dio Giuseppe Gerard, sacerdote professo della Congregazione degli Oblati di Maria Immacolata.

8. Sulla introduzione di Causa della Serva di Dio Maria degli Apostoli (Teresa von Wullen weber), fondatrice dell'Istituto delle Suore del Divin Salvatore.

Gli Emi Signori Cardinali hanno inoltre esaminato la relazione sugli scritti dei Servi di Dio :

a) Luigi Brisson, sacerdote, fondatore degli Oblati di S. Francesco di Sales.

b) Benedetto Menni Figini, sacerdote, dell'Ordine degli Ospitalieri di S. Giovanni di Dio, fondatore delle Suore Ospitaliere del S. Cuore di Gesù.

c) Guglielmo Janauschek, sacerdote, della Congregazione del SS. Redentore-

Venerdì, 18 febbraio 1955, nel Congresso *ordinario* della S. Congregazione dei Riti furono esaminate le Posizioni sul *Non Culto* dei Servi di Dio Pio IX ed Edoardo Giuseppe Rosaz, Vescovo di Su sa, fondatore della Congregazione delle Suore Terziarie di San Francesco di Susa.

Martedì, 22 febbraio 1955, nel Palazzo Apostolico Vaticano, alla augusta presenza del Santo Padre, si è adunata la S. Congregazione dei Riti *generale,* nella quale gii Emi e Revmi Signori Cardinali, i Revmi Prelati Officiali ed i Revmi Consultori teologi hanno dato il loro voto sul martirio dei Servi di Dio Leone Ignazio Mangin, Paolo Denn, sacerdoti professi della Compagnia di Gesù, ed altri 42 soci indigeni, uccisi in odio alla fede in Cina nel 1900; nonché sull'eroismo delle virtù delle Serve di Dio Maria della Provvidenza (Eugenia Smett), fondatrice delle Suore Ausiliatrici delle anime purganti, e Clelia Barbieri, fondatrice delle Suore Minime dell'Addolorata. Al termine della Congregazione il Santo Padre si è degnato disporre che si pubblichino i decreti relativi al martirio e alle virtù dei predetti Servi di Dio.

Nel Congresso *ordinario* della S. Congregazióne dei Riti del giorno 11 marzo 1955, è stato trattato: della validità dei x)roeessi ordinari ed apostolici della Serva di Dio

1. Maria Margherita Dufrost De Layemmerais, vedova D'Youville, fondatrice della Congregazione delle Suore di Carità di Montréal, Canada.

2. Antonia Maria della Misericordia, fondatrice delle Oblate del Ssnio Redentore.

E sul non culto della Serva di Dio Maria degli Apostoli (Teresa von Wuel-1 en weber), fondatrice delle Suore del Divin Salvatore.

Martedì, 15 marzo 1955, nel Palazzo Apostolico Vaticano si è adunata la Sacra Congregazione dei Riti *ordinaria,* nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali ed i Revmi Prelati Officiali hanno discusso sulla introduzione di Causa dei Servì di Dio :

1. Francesco Faà di Bruno, sacerdote, fondatore delle Suore del Suffragio e di Santa Zita.

2. Basilio Antonio Moreau, sacerdote, fondatore della Congregazione di Santa Croce.

Hanno inoltre preso in esame le relazioni dei revisori teologi degli scritti dei Servi di Dio :

1. Andrea Besserte, fratello professo della Congregazione di Santa Croce.

2. Simone Valadier, sacerdote professo dell'Ordine dei Prati Minori, fondatore delle Suore Francescane Missionarie;

3. Girolamo Jaegen, laico.

SEGRETERIA Di STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

16 giugno 1954. S. E- Revma Monsig. Levame Alberto, Arcivescovo tit. di Chersoneso di Zechia, *Nunzio Apostolico in Irlanda.*

23	luglio	1954.	L'Emo e Revmo Signor Cardinale Micara Clemente, *Protettore delle Terziarie Francescane Regolari di Nostra Signora del Rifugio, di San Pedro Tla, Jal. (Messico).*
26	»	»	L'Emo e Revmo Signor Cardinale Ciriaci Pietro, *Protettore delle Povere Suore delle Scuole di Nostra Signora di Horazdovice {Cecoslovacchia).*
24	settembre	»	S. E. Revma Monsig. Lombardi Armando, Arcivescovo tit. di Cesarea di Filippo, *Nunzio Apostolico in Brasile*
14	ottobre	»	L'Emo e Revmo Signor Cardinale Ruffini Ernesto, *Protettore delle Suore della Carità « Principe Palagonia » (Palermo).*
25	»	»	L'Emo e Revmo Signor Cardinale Valeri Valerio, *Protettore delle Suore di Notre Dame de Charité, di Oker UlyLame (Seme, Francia).*
27	»	»	L'Emo e Revmo Signor Cardinale Aloisi Masella Benedetto, *Prefetto della Sacra Congregazione della Disciplina dei Sacramenti.*
3	novembre	»	L'Emo e Revmo Signor Cardinale Cicognani Gaetano, Proiettore *delle Francescane Figlie dèlia Misericordia (Palma de Mallorca).*
»	»	»	L'Illiho **e** Revino Monsig. Bartoccetti Vittorio, *Prelato Votante del Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica.*
13	»	»	S. E. Reviria Monsig. Mozzoni Umberto, Arcivescovo tit. di Side, *Nunzio Apostolico in Bolivia.*
18	»	»	L'Emo e Revmo Signor Cardinale Cicognani Gaetano *Prefetto del Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica.*
29	»	»	S. E. Revma Monsig. Centoz Luigi, Arcivescovo tit. di Edessa di Osroene, *Nunzio Apostolico in Cuba.*
6	dicembre	»	S. E. Revma Monsig. Punzólo Luigi, Arcivescovo tit. di Sebastea, *Nunzio Apostolico nel Paraguay.*
12	»	»	S. E. Revma Monsig. Bruniera Alfredo, Arcivescovo tit. di Claudiopoli di Onoriade, *Delegato ApostoMeo nel Congo Belga e nel Ruanda Vrundi.*
18	»	»	L'Emo **e** Revmo Signor Cardinale Pizzardo Giuseppe, *Protettore delle Cappuccine Eucaristiche dell'Adorazione Perpetua (Messico).*
4	gennaio	1955.	L'Emo e Revmo Signor Cardinale Cicognani Gaetano, *Protettore delle Suore Francescane (Montpellier).*
11	»	»	L'Emo e Revmo Signor Cardinale Aloisi Masella Benedetto, *Protettore delle Orsoline dell'Unione Romana (Roma).*
»	»	»	L'Esmo e Revino Signor Cardinale Léger Paolo Emilio, *Protettore delle Adoratrici del Preziosissimo Sangue dell'Unione dì S. Giacinto P. Q. (Canada).*

25 gennaio 1955. L'Emo e Revmo Signor Cardinale Pizzardo Giuseppe, *Protettore delle Suore Agostiniane di 8. Giovanni Valdarno {Fiesole).*

26 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Pizzardo Giuseppe, *Protettore delle Suore Domenicane del Terz'Ordine di S. Domenico:, dell'Immacolata Concezione in Or eat Bend (Dodge City).*

31 » » L'Ululo e Revmo Monsig. Sabattani Aurelio, *Prelato Uditore aggiunto del Tribunale della Sacra Romana Bota.*

14 febbraio » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Aloisi Maselia Benedetto, *Protettore delle Figlie del Cuore di Gesù (RoMa).*

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di nominare :

16 febbraio 1955. I Revmi Padri Tocanel Pietro, dei Prati Minori Conventuali, Abellán Pietro M., della Compagnia di Gesù, Walter Giovanni, degli Scolopi, Van Biervliet Alberto, dei Redentoristi, Heston Edoardo, della Congregazione di Santa Croce, Escudero Gerardo, dei Claretiani e il Revmo Don Del Portillo Alvaro della Società Sacerdotale della Santa Croce (Opus Dei), *Consultori della Sacra Congregazione dei Religiosi.*

24 » » L'Illmo e Revmo Monsig. Flores Martin Giacomo, *Consultore della Sacra Congregazione dei Seminari e delle Università degli Studi.*

NECROLOGIO

25 ottobre 1954. Monsig. Pereira de Andrade Teófilo Giuseppe, Vescovo tit. di Urusi.

4 gennaio 1955. Monsig. Fernande« Vittore Rosario, Vescovo di Mangalore.

18 » » Monsig. Valakuzhyll Severios Giuseppe, Arcivescovo-Vescovo di Tiruvalla per i Siro-Malankaresi.

19 » Monsig. Scharnagl Antonio, Vescovo tit. di Zenopoli in Isauria

28 » Monsig. Berna Pietro, Vescovo tit. di Apollonide.

3 febbraio Monsig. Forget Anastasio, Vescovo di San Giovanni di Québec.

26 » » Monsig. Diaz Luigi Adriano, Vescovo tit. di Celenderi.

2 marzo Monsig. Béguin Virgilio Giuseppe, Arcivescovo di Auch.

3 » » Monsig. Halbert Giulio, Vescovo tit. di Archelaide.

An. et vol. XXXXV1I 20 Aprilis 1955 (Ser. II, v. XXII) - N. *

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XII

LITTERAE DECRETALES

I

s

BEATO PETRO ALOISIO CHANEL, MARTVRI, SANCTORUM HONORES DECERNUNTUR

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Martyrum sanguine tincta triumphalibusque redimita coronis, sancta Christi Ecclesia alterna vice per saeculorum decursum calamitatis et victoriae, vexationis et pacis, luctus et gaudii est experta fortunas ; et, quemadmodum divinus eius Conditor, postquam inferni principis ictibus sua sponte conciderat mortemque subierat cruentissimam, tres post dies contra omnium spem fulgens resurrexit, ita eadem cum Auctore suo cuncta fert silentio supplicia, ac post dolores assiduasque insectationes felicius in universum mundum pacifica celebrisque progreditur. Quam ob rem, ad quoslibet parata casus, in secundis provida vigilat, atque in adversis secura confidit ; quoniam divini Magistri numquam obliviscitur verba : ((Msi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet ; si autem mortuum fuerit multum fructum affert » (Io. 12, 24-25).

Quibus in alternis casibus, purpureo splendent lumine Martyres, quandoquidem, etsi tanta sint varietate distincti, unos Christi Iesu cruciatus gloriamque per omne redintegrant tempus, atque « ea adimplent

quae desunt passionum Christi in carne sua pro corpore eius quod est Ecclesia » (Col. 1, 24). Cumque praeterea ii semina sint pignoraque virtutis, simul fideles exemplo suo fortiores reddunt, simul ad eorum salutem conferunt. Atque e serenis caeli plagis, ubi perpetuum in aevum eorum in agminibus annumerantur qui « venerunt de tribulatione magna et laverunt stolas suas in sanguine Agni » (Ap. 7, 14), precibus suis Ecclesiam tuentur sanctam, quam cruore suo viventes fecundarunt.

Quos inter gloriosos viros sublimem cernimus caelestique radiantem luce Beatum Märtyrern Petrum Aloisium Chanel, Sodalem Societatis a Maria, quem hesterno die Sanctorum in album laetitia gestientes rettulimus. Summo igitur caelorum Patri dum gratias agimus, qui Nobis in tot tantisque curis constitutis, arcano numine ingentem hanc impertiit animi voluptatem, eiusdem Sancti laudes paucis celebrare exoptamus, ut eius egregie factorum recordatio omnibus huius temporis fidelibus exempli stimulos admoveat ac sincerioris sit incitamentum virtutis.

Tenellus infans, obscuro quodam in vico, cui vulgatum nomen Potière, intra fines Lugdunensis dioecesis, die duodecimo mensis Iulii anno millesimo octingentesimo tertio vitae limina attigit, quintus ex octo Claudii Francisci et Mariae Sibellas filiis. Cui parentes ad sacrum baptismi fontem Petrum dixere nomen ; sibi autem ipse postea, praeter illud, nomina Mariae et Aloisii indidit.

Puer exemplis piae familiae eductus optimaque indole praeditus, mitis suavisque adolevit, ad comitatem, oboedientiam pietatemque mire proclivis. Cuius tamen pueritiae non facilis fuit cursus : cum enim humili genere natus esset, parentum necessitatibus, maturius quam aetas aut incommoda pateretur valetudo, servire debuit, haud firmas conferens vires tum ad domestica officia tum ad pecorum custodiam. Ac praeterea, cum rudimentorum ludi longe ab eius pago abessent, ne prima quidem puerili institutione est satis eruditus.

Sed misericors Deus inspera tum sacerdotii iter ignaro puero par abat. Vertente enim anno millesimo octingentesimo duodecimo, dum in agris pecudes custodiret, se obvium dedit Curioni proximi viculi, cui nomen Cras, qui, cum eius animi candorem morumque suavitatem identidem perspexisset, eum duos post annos in litterarum ludum vocavit, quem in sua Curia ad bonae spei pueros excolendos aperuerat.

Puer igitur, qui iam duodecimum agens annum parum sane attigerat doctrinae, sollertis sacerdotis illius ductu sive in litterarum sive in virtutis disciplina ita profecit, ut non modo inter ceteros discipulos emi-

neret, sed admirationi agrestibus illis esset atque exemplo. Eo autem die quo puer annorum ferme quattuordecim Eucharistico exceptus est convivio, sanctioris vitae consilium firmiter iniit, atque a divino Magistro ad infideles illuminandos arcano quodam instinctu primum se vocatum sensit.

Sed, inferno hoste perturbante, eum paulatim studiorum eiusmodi cepit taedium, ut clam furtimque ludos ipsumque Curionem relinquere cogitaret, ad familiae rurisque pacem rediturus. At ope Virginis Mariae, ad cuius aram lumen consiliumque rogans confugerat, pristinum redintegravit animum generosusque sacerdotii viam ingressus est.

Octobri enim mense anno millesimo octingentesimo undevicesimo,, in Seminarium elementarium venit, quod in loco Meximieux exstabat,, ubi quattuor per annos cum moderatorum tum condiscipulorum adeptus est existimationem. Inibi, die vicesimo mensis Augusti anno millesimo octingentesimo tertio et vicesimo, sacro confirmationis oleo corrobora tus est. Postea vero, cum in Seminario novae Bellicensis dioecesis diligentem philosophiae studio dedisset operam, in maius acceptus fuit Seminarium, quod in oppido Brou exstabat, ubi toto pectore ad ecclesiasticas disciplinas incubuit atque in omnibus se praebuit <(exemplum bonorum operum » (Tit. 2, 7). Cum igitur per omnes sacrorum ordinum gradus ascendisset, die quinto decimo mensis Iulii anno millesimo octingentesimo septimo et vicesimo sacerdos creatus est. Qui ob eiusmodi caeleste donum divino exaestuans amore, severioris vitae institutum se alacriter capturum vovit.

Eius sacerdotii primordia habuit Ambérieu oppidulum, quo suo obsequens sacrorum Antistiti, properavit ut sacra in subsidium administraret. Sua ibi comitate et gratia unius anni spatio Curionis populique sibi amorem mire concilia vit, omnibus omnia factus, ut omnes faceret salvos (cf. I Cor. 9, 22) ; quamvis infidelium miseratus sortem, qui adhuc errorum caligine mergebantur, ardentius Bellicensem Episcopum rogaret ut sibi in longinquis oris Evangelium nuntiare liceret.

At aliorum dum serviebat utilitati, suam ipse eo usque neglegebat valetudinem, ut necesse fuerit eum in salubriora mittere loca. Ut Curio igitur missus est ad amoenissimum Crozet vicum, qui in silvestribus Allobrogum montibus exstabat. Attamen si locus iucundus, non ita sane incolarum mores : cum enim Calvinianae assectatores doctrinae in parvum hunc agrum olim mala sparsissent erroris semina, etiam tunc temporis tristia manebant antiqui vestigia mali; quandoquidem cives sacram doctrinam divinumque cultum fastidiebant et ad morum mollitiem

gradatim erant prolapsi. Quapropter Petrus, suae incommodae immemor valetudinis, impiger novum aggressus est opus, « auspice Dei Genetrice Maria », cui ut Patronae suam Curiam addixit. Itaque tres annos strenue ad animorum bonum allaboravit, quibus educendis aptissima quadam ac nova via et ratione usus est, sive sacra expeditiones enixe curando, ut montani illius vici incolae ad frugem reducerentur bonam, sive pagulum, urbem compitaque circumeundo, ut suos singillatim erudiret. Insigni etiam erga afflictos omnes enitens amore, aegrorum necessitates amantissimus levavit, egentibus cibos pecuniamque suppeditavit, vel suis vestibus quam saepissime datis. Interea piissimus sacerdos sua omnia studia omnesque cogitationes in uno Deo Agere, supernam opem assiduis petere precibus, frugaliter vivere ac corpus poenis sponte susceptis durius affligere. At dum totus in suae Curiae incumbit moderationem, infidelium tamen non obliviscitur, quorum causa saepe acerbissime secum queritur, quod nondum omnibus spretis sibi ad eos liceat properare.

At denique providentissimus Deus, qui « disponit omnia suaviter » (Sap. 8, 1), vehementibus hisce annuit optatis.

Bellicensis enim Episcopus, iterum atque iterum rogatus, ei tandem aliquando permisit ut a sua Curia abiret et sacrae illi militiae nomen daret, quae, Societas a Maria nuncupata, aliquot ante annos condita fuerat. Laetitia eapropter gestiit Petrus, qui sua omnia in pauperes partitus, die quodam dominico, vesperascente caelo, clam suos reliquit fideles, de quorum salute tantopere meritus erat.

Ab ipso igitur Societatis auctore maxima benevolentia in Sodalium numerum susceptus, in Bellicensi eiusdem Societatis Seminario gravissima obiit munia. Primum etiam adulescentes literris optimisque imbuit institutis, deinde vero, cum ob aegram valetudinem magister pietatis renuntiatus esset, duos per annos sacrorum alumnos per arduam sanctitatis semitam recto itinere duxit, mitis ac patiens eorum admissa expiando, ornata f acilique oratione eosdem ad virtutem adhortando ac sacrarum decorem caeremoniarum enixe fovendo.

Quo tempore, quis dicat quot virtutum specimina ostenderit? Qui cuiusdam alumni genibus quondam se advolvit, eum lacrimis obtestans ne pervicaci voluntate caelesti obsisteret gratiae. Quondam praeterea noctu rapidus surgens, ad finitimum pagum flammis conflagrantem cucurrit ibique tam acriter pro miserorum salute nisus est, ut dignus plane haberetur cuius laus in diurnis actis celebraretur. Ad digniora dein voca-

tus officia, ipsum Bellicense Seminarium moderandum suscepit. Quo in munere omnibus se « Pastorem bonum » praebuit ; praesertim cum, saevo per domum ingravescente morbo, sua posthabita incolumitate, aegrorum puerorum affuit necessitatibus.

Sed omnipotens Deus, qui eius animum in ethnicorum salutem incenderai, eius denique optata expleturus erat.

Cum enim die undetricesimo mensis Aprilis anno millesimo octingentesimo sexto et tricesimo, fel. rec. Gregorius XVI, Decessor Noster, Societatem a Maria rite probavisset eidemque Apostolicum Vicariatum de Occidentali Oceania commisisset regendum, Petrus summa animi laetitia eorum in numerum allectus fuit, qui evangelicae doctrinae semen in longinquas ignotasque maris spargerent oras, atque ad Pro-Vicarii Apostolici munus fuit vocatus. Quam ob rem summo Deo gratias persolvit, ac religiosis nuncupatis votis se eidem Societati addicens, ad arduum eiusmodi inceptum se alacri sedulitate paravit, in anglicae linguae studio multas consumens horas, atque preces ingeminans voluntariamque vitae asperitatem.

Tandem, pridie ferias Natales Servatoris Nostri Iesu Christi eodem anno millesimo octingentesimo sexto et tricesimo, cum septem sodalibus a portu, quem vulgo Le Havre appellant, solvit, Deiparae Virginis laudes concinens, cui longum addixit iter tamuqam benignissimae Matri micantique sediri maris. Quae tamen navigatio asperrima fuit, tum imbribus fluctibus procellisque saevientibus, tum flammeo caniculae aestu furente, tum diris ingravescentibus morbis, quibus absumptus unus e sacerdotibus periit. Clementissima attamen Virgo strenuos piosque tutata est filios, qui, ipsa auxiliante, multum in nautarum salutem tot inter mala desudaverunt, si eos a pravis moribus ad melioris vitae rationem traducere possent.

Novembri denique mense anno millesimo octingentesimo tricesimo septimo ex alto ad primas Occidentalis Oceaniae insulas appulerunt; sed cum inde ab indigenis, haeretica labe inquinatis, fuissent reiecti, fortes adversa sustinentes, se iterum periculoso commiserunt itineri, atque alias insulas petierunt. Petrus vero, Apostolico Vicario iubente, in Futunam insulam exiit, cuius incolae cruentissimis caedibus male apud omnes audiebant. Eius litus osculatus, ignotam illam Oceani oram in Beatae Mariae Virginis tutela esse voluit. Ibi cum fidelissimo laboris consorte, qui ei adiutricem operam, uti laicus auxiliaris, erat navaturus, ab ipso insulae principe, reluctantibus frustra ducibus quibusdam, in regiam domum fuit dignissime exceptus.

Futunianus ille populus, qui arcano Dei consilio ei obtigerat regendus, antiquissima religione plures venerabatur deos, quos putabat in ducum suorum animis vivere. Duces propterea suos, inanem hanc foventes superstitionem, insulam caeco quodam timidoque colebant obsequio. Qui incolae, quamquam usque ad superiorem aetatem horribili facinore humana carne vesci consueverant, prodentes tamen « opus legis scriptum in cordibus suis » (Rom. 2, 15) ac divinae veritatis quasi scintillulis illuminati, futurae cuiusdam vitae aeternam metuebant sortem, atque mores honestis, hospitalitatis cultum sinceramque fidem retinebant.

Petrus igitur, iucundis ac suavissimis, quibus praeditus erat, ingenii dotibus primum incolarum animos, praesertim puerorum, adulescentium atque aegrorum, sibi conciliandos curavit ; sed cum indigenae sermonis prorsus esset imperitus, immenso paene labore in asperis illis sonis tres per annos versatus est, ut christianas preces ad verbum in linguam illam transferret ac divinarum notitias rerum accommodate insulanis traderet, novis etiam ad hoc fictis vocabulis. Qui frugi indigenarum vivendi condicionem haud aegre amplexus, tenuissimo ac saepe foedo victu famem propulsabat, et in angustissimo habitabat tugurio, quod ipse sibi exstruxerat quodque haud semel fuit tempestatum vi misere disiectum. Hanc ob indigentiam atque ob torridam caeli gravitatem licet febrili aestu saepe divexaretur, nunc fragosas tamen per silvas saxosasque per valles longa emetiebatur pedibus itinera, nunc fragili vectus navigio vel remotiores vicos, naufragii etiam periculis quandoque susceptis, Evangelii praedicandi causa petiit atque invisit. Quocumque autem perveniebat, indefesso studio ac nimio sudore in christiana indígenas erudiebat doctrina, eos praecipue ad sacrarum nitorem caeremoniarum assidue alliciens. Neque id frustra; nam plurium pagorum incolae concordes rogaverunt ut ab erroribus ritibusque sacrilegis ad christiana agmina adiungerentur. Eos vero qui Christo nomen dedissent, omni excolebat sollicitudine, ut susceptae fidei congruenter viverent. Inter cetera, curae habebat ne aegri manerent veri Dei notitia expertes neve moribundi infantes aquis baptismi privarentur. Quae omnia cum ob incolarum neglegentiam non facile adipisceretur, id suae ipsius ille attribuebat indiligentiae, seque ipsum summo vitae Auctori quasi victimam offerebat, ut christiana res nullo impedimento in Futuna insula proficeret.

Sed Petrus terrestri etiam insulanorum bono consulendum esse putabat. Propterea post intestinum bellum impiger sauciis medicinam fecit,

mortuos sepeliendis curavit, discordiam inter adversos composuit virorumque sedavit iram ; dignus idcirco qui « vir praestantis animi » ab omnibus appellaretur.

Attamen insulae rex, cum recentem victoriam suis attribueret diis, Evangelii praeconis, qui deorum religiones violare eorumque simulacra comburere fuerat ausus, consuetudinem sensim fastidire coepit, eidemque nisi raro cibos suppeditare. Hoc igitur Petro initium maiorum atque vexationum fuit.

Quam ob rem ipse, haud ignarus futuri, ne fame prorsus periret, maximos quosque corporis labores laetus subiit, minime tamen de animorum curatione remittens. Plures interea iuvenes, vehementer conimoti quod optimum sacerdotem magis in dies vexatum, ac vel miserrimi agelli fructibus exspoliatum vidèrent, patriis reiectis superstitionibus, se ultro, uti christianae religionis candidatos, ipsi addixerunt, ausi propterea optimatum iram obire atque clam noctuque, priscorum more christianorum, divino adesse sacrificio. Quorum in numero fortis fuit ipse regis filius. Quapropter rex ira ac dolore commotus, non solummodo natum percutí permisit, sed minitari etiam coepit se poenas ab impio advena, externae praecone doctrinae, esse repetiturum.

At Petrus, qui haec omnia noverat, affirmabat, si infideles indigenae ipsum morte afiicerent, christianam nihilominus religionem esse denique victuram, quippe quae summum Deum, non hominem, haberet auctorem. Ille propterea simultates patientissime passus malevolis illis superna lumina cotidie apprecabatur ; qui eidem infestiores magis magisque facti, incolarum animos in ipsum acriter concitabant.

Diuturnum tandem impiorum odium adversus christianam religionem eiusque nuntium exarsit, quorum mentes occaecavit. Nam optimates primum divini nominis candidatos iuvenes minis ac terrore insequi coeperunt, deinde vero in nocturno conventu statuerunt ut Petrum ipsum interficerent christianamque rem ex insula omnino penitusque delerent. Postero die, duodetricesimo scilicet mensis Aprilis anno millesimo octingentesimo quadragesimo, multo mane catechumenorum domo incendio deleta, omnes, quos ibi inveniunt, vexant violantque atque, vel ipsius regis filio vulnerato, casam Petri furtim petunt, qui aliquot ante dies laicum adiutorem in longinquam insulae oram miserat. Heic dum unus ex illis homicidis ficto simulatoque vultu ignarum adit virum medicinam poscens, indigenarum turma supellectili sacrisque ornamentis miser am compilât domum ipsique Petro minax circumfunditur. Tum in ipsum, cur id faciant quaerentem, quidam impetum faciens, eius bra-

chium clava perfringit ; alii lancéis eum fustibusque mulcant, qui cruore respersus humi procumbit, atque se in arboreo trunco reclinai, quo pro cervicali utebatur ; in quo rerum tumultu ferocissimus quidam, hórrida saevaque clamitans, Petrum adhuc spirantem aggreditur eiusdemque mediam frontem securi disicit.

Defuncti corpus, caede nefaria cruentatum, a piis quibusdam mulieribus humo conditum fuit.

Interea terra illa, invicti martyris sanguine irrorata, fructus coepit proferre salutis. Postquam enim rex turpissima morte consumptus periit, indigenae suam visi sunt exuere ferociam. Quam ob rem incredibili quodam instinctu ita dociles sincerique novos Evangelii praecones susceperunt, ut duos post annos, quam fortis Dei miles plagis confossus occubuerat, insulani illi, quos inter ipsi homicidae, ad gloriosam christianorum militiam sint feliciter adiuncti.

Interea, fama opinioque de strenui Martyris sanctitate non modo per Futunianum populum sed late per alias etiam gentes ita percrebruit, ut de Beatorum Caelitum honoribus eidem decernendis Causa agitari coepta fuerit.

Itaque die tertio mensis Augusti anno millesimo octingentesimo quadragesimo quinto Apostolicus Vicarius Centralis Oceaniae iam de Petri Aloisii Chanel martyrio, de causa martyrii deque signis quae, ipso deprecante, a Deo ferrentur patrata, rituali investigatione perfecta, de hac re acta aliaque documenta Romam transmisit. Quae acta in S. Rituum Congregationis conventu, cui praeerat cl. m. Constantinus Cardinalis Patrizi, eiusdem S. Congregationis Praefectus atque Causae Relator, die vicesimo septimo mensis Aprilis anno millesimo octingentesimo quinquagesimo septimo recognita fuerunt. In quo conventu statutum fuit ut eadem acta loco *processus,* quem *informativum* vocant, haberentur. De qua re decretum die septimo decimo mensis Septembris eiusdem anni factum est.

Die autem vicesimo quarto eiusdem mensis et anni imm. rec. Pius IX, Decessor Noster, Causam introduci iussit.

De conficiendo itaque apostolico processu super sanctitatis fama, martyrio, causa martyrii et signis eiusdem Servi Dei agi coeptum est ; atque propterea *remissoriales,* quas vocant, Litterae die secundo et vicesimo mensis Aprilis anno millesimo octingentesimo quinquagesimo octavo ad hunc agendum processum apostolica auctoritate datae sunt. Quo rite peracto, de eius iuridica vi deque *non cultu* S. Rituum Congregatio die

vicesimo septimo mensis Maii anno millesimo octingentesimo septuagesimo sexto decretum edidit", quod die primo sequentis mensis Iunii idem Summus Pontifex ratum habuit. Die vero nono mensis Maii postero anno, S. Rituum Congregatio, iis potestatibus usa quas sibi idem Pontifex fecerat, decrevit ut Causa venerabilis Servi Dei ageretur, licet quinquaginta annorum **spatium** ab eius morte nondum esset elapsum, utque dubium de martyrio et de causa martyrii coram eadem S. Congregatione proponi posset.

Die autem duodecimo mensis Maii eodem anno, S. Rituum Congregatio scripta venerabilis Servi Dei probavit, idque Pius IX, Decessor Noster, confirmavit.

Hisce gestis, Causae Postulator emagitavit ut dubium de martyrio ac de causa martyrii simul cum dubio de signis seu miraculis proponeretur. Quod cum a Summo Pontifice concessum esset, de iisdem dubiis iuxta normas disceptatum est in tribus comitiis, *antepraeparatoria* videlicet, *praeparatorio* ac demum *generali,* quod postremum die uno et vicesimo mensis Augusti anno millesimo octingentesimo octogesimo octavo coram Leone XIII, Decessore Nostro, habitum est. Idem praeterea Pontifex, die vicesimo quinto mensis Novembris eodem anno constare de miraculis et de martyrio ac de causa martyrii declaravit ; atque die tricesimo mensis Maii postero anno ad Beatificationem venerabilis Servi Dei *tuto* procedi posse sollemniter edixit.

Quibus omnibus rite peractis, idem Summus Pontifex per Litteras Apostolicas in forma Brevi, die sexto decimo mensis Novembris anno millesimo octingentesimo octogesimo nono datas, eundem Dei Servum inter Beatos Caelites ascripsit, ac postero die statas celebresque Beatificationis caeremonias in superiore Petrianae Basilicae pronao magno cum splendore egit.

Cum vero post decretos Beato Petro Aloisio Chanel huiusmodi honores cultus percrebruisset et, ipso intercedente, nova dicerentur a Deo effecta miracula, supplices Apostolicae Sedi preces admotae sunt, ut Causa ad eundem Beatum sanctitatis infula decorandum resumeretur. Quibus precibus idem Decessor Noster Leo XIII, per decretum die decimo mensis Iunii anno millesimo octingentesimo nonagésimo primo editum, libenter annuit. *Remissoriales* igitur litterae missae sunt Episcopo Nicensi et Episcopo Bellicensi, in quorum dioecesibus quaedam mirae sanationes, Beato Petro Aloisio deprecante, dicebantur patrata, ut de ipsis sanationibus ad normam iuris agerent inquisitiones. Quod cum

iidem Episcopi rite fecissent, cumque S. Rituum Congregatio eorum litteras probasset, de ipsis sanationibus disceptari coeptum est.

Quarum prima sic breviter narratur. Franciscus Vion-Dury, ex oppido Lalleyriat, caecitate laborabat ob plenam evulsionem amborum visificorum retiolorum. Qui morbus a duobus saltem oculariis medicis insanabilis aestimatus fuerat. Cum propterea infirmus in hospitium, quod Confort vocant, exceptus esset, exeunte mense Iulio anno millesimo octingentesimo nonagésimo, noven diales preces pro eius sanatione adhiberi coeptae sunt ; die autem secundo mensis Augusti, iterum atque iterum Beato Petro Aloisio invocato, repente infirmus visum recepit atque exinde bona usus est oculorum vi.

Duo periti ad opportunitatem electi atque medicum S. Rituum Congregationis Collegium cum medentibus a cura et a consultatione uno consensu edixerunt et prognosim fuisse infaustam et sanationem vires excessisse naturae.

Nec minus perspicuum fuit alterum miraculum, quo Maria Rosalia Monnier fruita est, in oppido, quod vulgo Cuet appellant, nata, unde Beatus Petrus ortum habuit, tuberculari diathesi, sicut et alii e sua domo laborans. Cum sextum decimum circiter annum ageret, tubercularis morbi symptomata experiri coepit in pulmonibus; cui dein accessit gravis quoque ulcerosa gastrites atque ulcerosa cachexia toxihaemica. Infausta omnino a medicis edita fuit prognosis, sive quoad sanationem sive quoad vitam ipsam infirmae ; ac re vera decem et octo per annos morbus ne minime quidem remisit, ita ut infirmae vires magis magisque extenuarentur. Porro morbus eo processit ut statutum fuerit eidem extrema Ecclesiae sacramenta dare. Sed, Beato Petro Aloisio pluries invocato, Maria Rosalia die octavo mensis Septembris anno millesimo nongentesimo quarto, sacrosanto Christi Corpore refecta, subito ac perfecte sanata est neque iterum in eundem incidit morbum.

De qua re periti medici et S. Rituum Congregationis medicorum Collegium disceptaverunt, atque, omnibus perpensis adiunctis, huiusmodi sanationem naturae vires excessisse pronuntiabunt.

Sive de priori sive de altera sanatione tum in *praeparatorio* S. Rituum Congregationis conventu, die nono mensis Iunii .superiore anno coacto, tum in *generali* coram Nobis die septimo decimo mensis Novembris eodem anno disceptatum est. Quo in generali comitio dilectus Filius Noster Alexander S. R. E. Cardinalis Verde, Causae Relator, proposuit discutiendum : *An et de quibus miraculis, post indultam eidem Beato*

ab Apostolica Sede venerationem, constet in casu et ad effectum de quo agitur. Atque tum Patres Cardinales, qui aderant, tum Officiales Praelati et Consultores propositas sanationes miraculo tribuendas esse affirmarunt. Nos vero ad Nostrum proferendum iudicium cunctandum esse censuimus, ut Nostris aliorumque precibus plenius lumen a Deo impetraremus.

Die autem septimo decimo mensis Ianuarii huius anni, ad Nos convocatis dilecti Filiis nostris Cardinalibus Verde, Causae Ponente, et Cicognani, S. Rituum Congregationis Praefecto, atque venerabili Fratre Alfonso Carinci, Archiepiscopo titulo Seleuciensi in Isauria et eiusdem S. Congregationis a Secretis, ac dilecto Filio Salvatore Natucci, Generali Fidei Promotore, sacris operati, sollemniter decrevimus : *Constare de instantánea perfectaque sanatione, Beato Petro Aloisio Chanel intercedente, cum Francisci Vion-Dury a caecitate ob totalem evulsionem amborum visificorum retiolorum, tum Mariae Bosaliae Mounier a tuberculosi pulmonari nec non a gastrite ulcerosa gravi et a cachexia toxihaemica.*

Quibus expletis, Nos S. R. E. Cardinalium, S. Rituum Congregationis Officialium Praelatorum et Consultorum vota scripto relata confirmantes, die secundo mensis Aprilis decretum ediximus : *Tuto procedi posse ad sollemnem Beati Petri Aloisii Chanel Canonizationem.* Considerantes vero de re gravissima agi, Consistorium indiximus in diem vicesimum mensis Maii, hoc anno, ut in eo Patrum Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum et Abbatum « nullius », Consistorii die in Urbe futurorum, sententiam exquireremus de Canonizatione Pii X, Pontificis et Confessoris ; Petri Aloisii Chanel, Martyris, Sodalis Societatis a Maria ; Gasparis Del Bufalo, Confessoris, Auctoris Congregationis Missionariorum a Pretiosissimo Sanguine; Iosephi Pignatelli, Confessoris, e Societate Iesu; Dominici Savio, Confessoris; et Beatae Mariae Crucifixae Di Rosa, Virginis, Legiferae Matris Instituti Ancillarum a Caritate. Ante statutum autem diem, iussimus ut ad eos, qui Consistorio essent interfuturi, commentaria mitterentur de vita, virtutibus, miraculis et de Causis singulorum Beatorum, quorum mentionem fecimus, ut re plena animadversione cognita, suam possent ferre sententiam.

Quod Consistorium die, quem diximus, vicesimo mensis Maii in certa Vaticani Palatii aula celebratum est; in quo postquam Nos, brevi oratione astantes allocuti sumus, dilectus Filius Noster S. R. E. Cardinalis

Cicognani ostendit aeqnum esse ut Beatorum illorum et Beatae illius, quos diximus, memoria summis consecraretur honoribus, atque a Nobis postulavit ut ad optatissimum Canonizationis ritum quam primum deveniremus.

Quibus peractis, Nos astantes Cardinales et sacrorum Antistites rogavimus ut quid de propositis Causis sentirent singuli Nobis significarent. Omnium ergo suffragiis exceptis, laeto animo didicimus ab iis concordi sententia Beatos illos ac Beatam illam plane dignos aestimari qui fulgido Sanctorum diademate decorarentur. Nos propterea singulorum Beatorum Canonizationi diem statuimus : Beati scilicet Pii X diem undetricesimo mensis Maii; Beati vero Petri Aloisii Chanel aliorumque quattuor Beatorum, quos memoravimus, diem duodecimum mensis Iunii.

Interea astantes Purpuratos Patres ac sacrorum Antistites rogavimus ut suas Nostris precibus adiungere vellent, ut fausta ac salutaria catholicae rei obvenirent.

De hisce omnibus ut iuridice conficerent acta Protonotariis Apostolicis, qui aderant, mandavimus.

Cum autem praestituta dies illuxit Beato Aloisio Chanel aliisque, quos diximus, Sanctorum corona decorandis, cuncti saecularis et regularis cleri ordines, plurimi Romanae Curiae Praelati et Officiales, non pauci Abbates, plures sacrorum Antistites, atque amplissimum Patrum Cardinalium Collegium in Vaticanum Palatium convenerunt. Quibus omnibus supplicantium ritu procedentibus ac precationes Caelestium Curiae admoventibus hymnumque « Ave, Maris Stella » praecinentibus, Nos, e Sacello Sixtino exeuntes, hora sexta post meridiem in Petrianae Basilicae forum, magno fidelium ex universum paene terrarum orbe numero frequens, descendimus et ad Solium Nostrum, ante maiorem eiusdem Basilicae portam collocatum, perreximus.

Tunc, praestita. Nobis ab astantibus Cardinalibus oboedientia, dilectus Filius Noster Caietanus Cardinalis Cicognani, perorante dilecto filio Camillo Corsanego, Consistorialis Aulae Advocato, *instanter, instantius, instantissime* postulavit ut Nos Beatum Petrum Aloisium Chanel aliosque quattuor Beatos, quos memoravimus, summis Sanctorum honoribus decoraremus. Cui Consistoriali Advocato per dilectum Filium Antonium Bacci, ab Epistulis ad Principes, respondimus iam in eo esse ut Nos huiusmodi postulationi concederemus.

Hymnum itaque « Veni, Creator Spiritus » cum conf ertissima fide-

lium turba canentes, a divino Paraclito imploravimus ut superni luminis copia magis magisque menti Nostrae coruscaret. Dein in divi Petri cathedra sedentes, uti supremus universae Christi Ecclesiae Magister, sollemniter pronuntiavimus : « *Ad honorem Sanctae et Individuae Trinitatis ad exaltationem Fidei Catholicae et Christianae Religionis augmentum, auctoritate Domini Nostri Iesu Christi, Beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, matura deliberatione praehabita ei divina ope saepius implorata, ac de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum et Episcoporum in Urbe exsistentium consilio, Beatos Petrum Aloisium Chanel, Märtyrern, Gasparem Del Bufalo, Iosephum Pignatelli, Dominicum Savio, Confessores, et Mariam Crucifixam Di Rosa, Virginem, Sanctos et Sanctam esse decernimus et definimus, ac Sanctorum catalogo ascribimus: statuentes illorum memoriam quolibet anno die eorum natali, nempe Petri Aloisii die vigesima octava Aprilis inter Sanctos Martyres, Gasparis die vigesima octava Decembris, Iosephi die decima quinta Novembris, Dominici die nona Martii inter Sanctos Confessores non Pontifices, et Mariae Crucifixae die decima quinta Decembris inter Sanctas Virgines non Martyres pia devotione recoli debere. In nomine PaÇfëtris et FiÇfelii et SpirituëÇfeSancti. Amen* ».

Qua formula prolata, precibus annuentes eiusdem Cardinalis Cicognani, per eundem Advocatum Consistorialem Nobis oblatis, hasce Decretales sub plumbo Litteras confici et expediri iussimus, praesentibus vero Protonotariis Apostolicis ut de hac Canonizatione publicum conficeret instrumentum mandavimus. Deinde postquam sermonem de novensilem Sanctorum virtutibus habuimus, ut gratias omnipotenti Deo ageremus, hymnum « Te Deum laudamus » cum astantibus cecinimus, atque Sanctorum illorum ac Sanctae illius patrocinium primi invocavimus.

Mane vero huius diei venerabilis Frater Noster Eugenius, Episcopus Suburbicarius Ostiensis ac Portuensis et S. Rufinae, S. R. E. Cardinalis Tisserant, S. Collegi Decanus, in Petriana Basilica, magnifice exornata, divinum sacrificium ad aram maximam pontificali ritu litavit, cui Nos e Solio Nostro affuimus praesentes.


Omnibus itaque, quae inspicienda erant, bene perpensis, certa scientia ac de Nostrae apostolicae auctoritatis plenitudine, quae supra memoravimus, confirmamus atque universae Christi Ecclesiae denuntiamus, mandantes ut harum Litterarum exemplis vel excerptis, etiam typis impressis, manu tamen alicuius apostolici tabellionis subscriptis et

sigillo munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae iisdem hisce Nostris Litteris haberetur, si ostenderentur.

Nemini autem iis quae per has Litteras Nostras statuimus, obniti liceat. Quod si quis temere ausus fuerit, indignationem omnipotentis Dei et Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit moturum.

Datum Eomae apud S. Petrum, die tertio decimo mensis Iunii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo quarto, Pontificatus Nostri sexto decimo.

Ego PIUS, Catholicae Ecclesiae Episcopus.



£g Ego EUGENIUS Episcopus Ostiensis ac Portuensis et S. Rufinae Cardinalis TISSERANT, Sacri Collegii Decanus.

$B Ego CLEMENS Episcopus Veliternus Cardinalis MICARA.

£g Ego IOSEPH Episcopus Albanensis Cardinalis PIZZARDO.

£B Ego BENEDICTUS Episcopus Praenestinus Cardinalis ALOISI MASELLA.

£B Ego Fr. ADEODATUS IOANNES Episcopus Sabinensis et Mandelensis Cardinalis PIAZZA.

£B Ego FRIDERICUS Episcopus Tusculanus Cardinalis TEDESCHINI, Datarius Sanctitatis Suae.

Ego ALEXANDER titulo S. Mariae in Cosmedin Presbyter Cardinalis VERDE.

Ego PETRUS titulo S. Crucis in Hierusalem Presbyter Cardinalis Fumasoni Biondi.

Ego CELSUS titulo Ss. Nerei et Achillei Presbyter Cardinalis COSTANTINI^ S. R. E., Cancellarius

Ego CAIETANUS titulo S. Caeciliae Presbyter Cardinalis CICOGNANI.

Ego VALERIUS titulo S. Silvestri in Capite Presbyter Cardinalis VALERI.

Ego PETRUS titulo S. Praxedis Presbyter Cardinalis CIRIACI.

Ego NICOLAUS S. Nicolai in Carcere Tulliano Protodiaconus Cardinalis C ANALI. Paenitentiarius Maior.

Ego IOANNES S. Georgii in Velo aureo Diaconus Cardinalis MERCATI.

Ego ALAPHRIDUS S. Mariae in Domnica Diaconus Cardinalis OTTAVIANI.

CELSTJS Card. COSTANTINI
8. R. E. Cancellarius

CAIETANUS Card. CICOGNANI
8. Rituum Congregationis Praefectus

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

Albertus Serafini, *Proton. Apost.*
Silvius Sericano, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

Expedita die XVII Dec. anno Pontif. XVI.

Tn Cane. Ap. tab., Vol. LXXXVIII, n. 75.

II

REATO GASPARI DEL BUFALO, AUCTORI CONGREGATIONIS MISSIONARIORUM A PRETIOSISSIMO SANGUINE, CONFESSORI, HONORES SANCTORUM DECERNUNTUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Sanguinis pretiosissimi laudes et efficacitatem, quo tepenti Dei Filius durum Crucis stipitem aridamque terram perfudit, nemo suaviore celebravit pietate quam Apostolus Paulus. Qui antiqua Hebraeorum stata sacrificia commemorans, non modo ait nullam fieri posse sine sanguinis effusione remissionem peccatorum, sed etiam Christi sanguinem expíandis sceleribus sanguini hircorum et vitulorum virtute ad immensum praestare, cum Ipse excelsa Unigenae Dei polleat dignitate aeternoque sacerdotio potiatur.

Petrus vero, primus Ecclesiae sanctae Rector et Princeps, christianorum agmina monet non magno ipsos vel auri vel argenti pretio fuisse

redemptor, sed purpureo Christi cruore, Agni castissimi et sanctissimi Dei.

Nec defuerunt per saecula piissimi viri, qui, divini Redemptoris amore capti, venerandam Sanguinis eius religionem apud populum vulgarent.

Hac vero aetate, inter eos qui vigili cura ac sollicito studio effusi Sanguinis beneficia, instaurata in eum pietate et cultu, pleno ore praedicaverunt, unus omnium nitet beatissimus Gaspar Del Bufalo, quem heri Sanctorum corona decoravimus.

Natus est puer Romae, die sexto mensis Ianuarii, anno millesimo septingentésimo octogesimo sexto, ab Antonio Del Bufalo et Annuntiata Quartieroni, optimis coniugibus. Postero die fuit infans sacro christianorum lavacro ablutus, eique sunt imposita nomina : Gaspar, Melchior et Balthassar. Quem insuper pii parentes, non amplius quam undeviginti menses natum, veriti ne capta valetudine interiret, sacro chrismate confirmandum curaverunt.

Dei autem gratia parentumque optima institutio in pueri animum egregiae pietatis semina iecerunt. Qui licet indocili saepe esset ingenio, omnium tamen virtutum ceteris fuit exemplar, ut « alter S. Aloisius » iure appelari mereretur. Etenim et alacer semper erat ad preces fundendas et ad corpus voluntaria castigatione refrenandum.

Cum autem undecim esset annorum, Eucharistici epuli primum particeps factus est, unde nova sanctimoniae incitamenta sumpsit. Nihil igitur mirum si ex eius animo, ita ad supernas res proclivi, studium adipiscendi sacerdotii natum sit.

Tum Gaspar, talari veste indutus, Collegii Romani, quod dicebatur, scholas frequentare coepit, ut humanarum divinarumque rerum sapientiae studerei; ubi simul spectatae religionis atque singularis exempla diligentiae edebat. Quoties enim ad ludos accedebat, Christum in Eucharistiae Sacramento latentem numquam invisere omittebat, hanc reddens causam : « eamus, aiebat, ab aeterna sapientia lumen petere ». lu alios iam tum amore flagrans, in eos praesertim qui aegrotarent, per feriarum tempus visitare ac multiplici ratione iuvare solebat in valetudinario a Consolatione degentes ; quos postquam de re religiosa docu erat, vehementer hortabatur ut, admissis suis rite accusatis, de eis sincere dolerent. Interea Gaspar, inter sodales conscriptus quibus, accepto a S. Maria de fletu cognomine, propositum erat christianae religionis institutiones et praecepta populum docere, plaustrarios apud Campum Vaccinum, qui dicitur, adibat atque carcerem emendandis puerorum vitiis saepissime petebat, si posset eos ad meliorem reducere frugem.

Huc accedit quod sanctissimum Eucharistiae Sacramentum noctu quoque in aede S. Sabinae per quadraginta horas sollemni cultu honorandum curavit; quod in templo S. Crucis Hierosolymitanae consociationem condidit, Christum Iesum in augustissimo altaris Sacramento adorandi causa; quod denique aliam societatem sodalium constituit, quorum officium munusque esset ceteris christianam veritatem tradere.

Quae tamen omnia eum nullo modo a praecipuis distinebant cogitationibus, quas in id collocabat ut animum suum virtutibus magis magisque coleret atque digne ad sacerdotium suscipiendum componeret, cui die uno et tricesimo mensis Iulii, anno millesimo octingentesimo octavo rite initiatus est.

Ex quo cum novum sumere visus esset pietatis religiosaeque sedulitatis ignem, et hospitium a S. Galla nominatum amplificavit, et in templo S. Mariae in Vincis, quod instauraverat, sacrarium nocturnum condidit; et alia opportuno consilio instituit utriusque sexus aegrotis iuvandis et sanandis.

Sed haec inter Romanae civitatis fortunae mere et concidere. Cum enim Urbs, Napoleonis Imperatoris iussu, Gallorum copiis pervasa esset, tunc eheu! tempia profanata sunt atque direpta, coenobia expoliata, sacerdotes contumeliis affecti, Pontifex denique Maximus in exsilium misere pulsus. Quo tempore Gaspar, cum iusiurandum ab Imperatore sacerdotibus praescriptum dare noluisset, statim est in exsilium actus : primum Placentiam, ubi cumulo fractus miseriarum fere ad mortem aegrotavit; inde Bononiam, in qua civitate rerum inter discrimina mille, potuit impiger, serie immensa laborum, aliorum fidem confirmare. Immo, suadente piissimo viro qui e clero Romano erat quique et ipse exsilio multatus erat eiusque animo moderabatur, de duobus condendis sodalitatibus a Pretiosissimo Christi Sanguine primum cogitavit : una videlicet virorum, altera sacrarum virginum.

Interim exsilium fit acerbius et durius : etenim Gaspar in horridum carcerem detrusus, a ceterisque segregatus, ab ipso sacro faciendo, magno animi moerore, abstinere cogitur. Sed tandem, post varios casus, una cum aliis die vicesimo sexto mensis Ianuarii, anno millesimo octingentesimo quarto decimo, in libertatem restitutus, Romam redire potuit.

Ubi christiana vita ob perturbationes civiles languescente, a Pontifice Pio VII, Decessore Nostro, iussus est de divinis rebus ad populum habere contiones, sacrisque praeesse expeditionibus, quae in vulgus « Missiones » dicebantur.

Qua ex re ut uberiores diuturmoresque perciperet fructus, operis socios sibi asciscere cogitavit, multis posthabitis ac victis difficultatibus, quae obstabant et impediebant.

Tandem die décimo quinto mensis Augusti, anno millesimo octingentesimo decimo quinto, primam potuit a se conditae sodalitatis Domum Iani constituere, quod est oppidum in Umbria situm, ibique in coenobio a S. Felice, tunc temporis habitatoribus vacuo, domicilium collocare. Cui sodalitati id Gaspar proposuerat, ut sacerdotes congregaret qui, stabili consuetudine viventes, in pietate et caritate, in doctrinarum cultu, in studio quaerendae aliorum salutis ita exercerentur ut revocando populo ad Christi praecepta quam aptissima fierent. Quod Sodales consequi praesertim contendebant sacris orationibus per certum tempus ad populum cotidie habitis, propositaque pretiosissimi Sanguinis Christi Iesu religione. Sed ex huiusmodi laboribus multae proficiscebantur in Sodales incommoda : risus, contumeliae, calumniae, rerum inopia. Erant ipsis longa itinera obeunda casusque incerti superanda et, brevissima vel nulla capta quiete, pluries in dies ad populum dicendum, et audiendi patienter admissa sua confitentes.

Quod autem attinet ad sacras expeditiones, quibus Gaspar ipse moderabatur, earum constat eventum fuisse maxime frugiferum. Ad suavissimos enim sermones blandaque verba accedebant sanctissimae vitae spectata exempla, quibus animi vehementer ad bonitatem movebantur.

Scelerum ergo cumulati viri et mulieres ad eius pedes procumbere, Dei clementia sincere implorata ; turpes libri et obscène scripta publicis locis acervatim dari flammis; familiae, effera discordia laceratae, in pristinam pacem amicamque concordiam reduci.

Fiebat interdum ut oppidani, quo maior esset ipsis facultas percipiendi eius contiones, in tecta ascenderent, utque alias quinquaginta sacerdotes populi admissis rite audiendis impares essent.

Nec Gasparis labor pagis et vicis tantum continebatur : nam latrones ac praedones adibat, qui id temporis per Maritimam Campaniamque regiones et civibus mala et Magistratibus molestias haud parvas gignebant.

Quos cum frustra civilis auctoritas legibus subicere conata esset, Pius VII, Decessor Noster, Gasparem rogavit ut id negotii, benignitate adhibita, conficeret. Ee namque vera latrones eius amore, studio, lenitate capti, qui die ac nocte sive in agris sive in saltibus ac nemoribus, sive in speluncis, ad Christi dilectionem infiammare non desisterei eo-

rumque causas apud civiles auctoritates paterne susciperet, impossibile est dictu quam modeste Dei bominumque imperium acciperent.

Sed haec inter, coepit atra tempestas in eum sine more furere.

Dum enim ipse omnimodis contenderet et Christo et Ecclesiae parere quos civitas amissos iam ac perditos duceret, alii indigna lucri cupidine vel invidiae veneno permoti, hoc unum studebant ut, videlicet, egregia Gasparis coepta apud Pontificem detrectarent, eundemque apud latrones ipsos de proditione accusarent. Eius praeterea sodales quasi vani homines exhibebantur, rudes, indoctiores, nulla modestia erga Episcopos, quorum potestatem impatienter ferrent. Huc accedit quod ex iis alii, qui cum eo operam sociaverant, eum dereliquerunt ; alii ad ipsa hostium castra foede transfugerunt. Quae omnia Gaspar, misericordis Dei gratia, aequo animo ferebat in ea verba : « Est mihi constanter pro positum : pati, orare, tacere ».

Quin immo tantum aberat ut huiusmodi aerumnae eum ab opere déterrèrent, ut potius sacras expeditiones magis magisque obiret, suamque sodalitatem latius in dies propagarci, conditis ubique sacerdotum coetibus ac domiciliis : Nepete, in Etruria, Maceratae Feltriae, Caesenae atque in Peretrana dioecesi. Quae igitur iis adiungenda sunt quae superiore decennio Albani, in pago per vulgus Sonnino cognominato, Beneventi, Ariminii, aliisque locis constituerat.

Circa id temporis Gaspar, qui beatae Mariae De Mattias animum sapientissimis consiliis per plures annos ad hoc opus paraverat, datis normis eidem astitit in condenda sacrarum virginum sodalitate, quae, a Christi Sanguine sumpto nomine, puellarum curam multiplici ratione susciperent.

Sed inexhausti ac duri, quibus perfungebatur, labores gravesque toleratae aerumnae haud robustum ac valentem hominem tandem fregerunt, eiusque valetudinem, tantis obrutam curis, continenter in deterius verterunt. Attamen nec infirmitati Gaspar cedebat neque pristinae industriae remittebat habenas. Ergo et tradendae divinarum rerum disciplinae et sodalium suorum invisendis Domibus et sacris expeditionibus huc illuc habendis instabat.

Die vicesimo secundo mensis Aprilis anno millesimo octingentesimo tricesimo septimo, etsi magnus effundebatur imber, Bassianum contendere voluit. Sed horridae tempestatis causa vehiculum eversum est, ita ut piissimus vir ceterorum viatorum pondere obrutus, fere perierit. Postquam tres dies ob incommodissimam valetudinem in urbe, quam Sermoneta populus appellat, moratus est, viam ad Bassianum, torrentes

nimbos neglegens, persecutus est, ubi frustra conatus est ad populum dicere, utpote quem vires omnino defecissent.

Cum autem, aliquot post menses, cholera morbus, exitiale contagium, Urbem pervasit, Gaspar, Albano relicto, quo ut vires repararet confugerat, Romam petiit aegrotos curaturus. Qua occasione mirum in modum se erga afflictos misericordem praestitit, quippe qui omnibus qui morbo conficerentur praesto esset.

Persentiebat tamen Gaspar mortem iam sibi appetere. Albanum reversus, ob ingravescentem morbum vix deambulare poterat, anhelis febribus urebatur, ac molestissima angebatur siti. Hoc ei iam unum erat in votis : Dei limina tangere atque ad aeterna pacis regna pervenire.

Mox ut eorum optatis concederet, qui sperabant fore ut salubritate caeli convalesceret, Romam rediit; ubi die duodetricesimo mensis Decembris, anno millesimo octingentesimo tricesimo septimo, Eucharistico Pane refectus ac confortatus, sereno ore condidam animam Deo optimo maximo reddidit.

Eius autem corpus, postquam Romae iusta funebria soluta sunt, magna populi multitudine, sodalibusque suis, Episcopis, Patribus Cardinalibus comitantibus, fuit Albanum translatum, ibique in templo Sancti Pauli religiosissime conditum. Ex hac vero urbe, anno millesimo octingentesimo sexagesimo secundo, iterum Romam vectum est, atque in aedibus S. Mariae in Trivio inhumatum.

Cum vero post obitum venerabilis Servi Dei eius fama in dies percrebuisset, sive ob praeclarissimam vivendi rationem, sive ob prodigia, quae eo deprecante a Deo ferebantur patrata, impensis precibus ab hac Sede Apostolica expostulatum est ut inclito illi viro Beatorum Caelitum honores decernerentur.

Itaque auctoritate ordinaria Albani, et per rogatoriales litteras Anconae et Romae, de sanctimoniae fama, de scriptis atque de liturgico cultu eidem non praestito investigationes sunt peractae. Quibus absolutis iisque a S. Rituum Congregatione legitime probatis omnibusque servatis de iure servandis, Pius IX, Decessor Noster, die decimo mensis Ianuarii anno millesimo octingentesimo quinquagesimo secundo decrevit ut causa de Servo Dei Gaspare del Bufalo in Beatorum album ascribendo institueretur.

Inita est igitur disceptatio de ipsius Dei famuli virtutibus, quas théologales, cardinales iisque adnexas vocant, quasque post accuratas investigationes probationesque, Leo XIII, item Decessor Noster, die de-

cimo nono mensis Martii, anno millesimo octingentesimo nonagésimo primo, sollemniter edixit heroicum attigisse gradum.

Postquam vero comitiis sive praeparatorio sive generali habitis acta fuit quaestio de miraculis, quae venerabili Gaspare Del Bufalo deprecante a Deo facta esse dicebantur, Pius X, Pontifex Maximus, anno millesimo nongentesimo quarto, die undetricesimo mensis Maii, decrevit : *Constare de duobus propositis miraculis, videlicet : de instantánea perfectaque sanatione tum Octavii Lo Stocco a pleuritiche, accedentibus aestu febrique, disenteria, aliisque morbis; tum Clementinac Masini ab abdominis membranae infiammatone chronica, essudativa, quae dicitur, aliis comitantibus morbis.*

Quaerendum porro erat an virtutibus et duobus miraculis probatis venerabilis Dei Servus ad Beatorum Caelitum honores tuto provehi posset. De qua re disputatum est in generalibus Sacrae Rituum Congregationis comitiis. Idem autem summus Pontifex Pius X, certior factus omnia ad iuris normam peracta fuisse, atque sententia audita Patrum Cardinalium, Officialium Praelatorum et Consultorum ipsius S. Congregationis, die vicesimo quarto mensis Iunii, anno millesimo nongentesimo quarto, edixit: *Tuto procedi posse ad sollemnem eiusdem venerabilis Servi Dei beatificationem.*

Quam ob rem die decimo octavo mensis Decembris eodem anno huiusmodi beatificationis sollemnia in Vaticana Basilica habita sunt.

Cum vero post decretos Gaspari Del Bufalo beatorum Caelitum honores eius cultus cepisset incrementa, atque eo deprecante nova dicerentur a Deo patrata miracula, huic Apostolicae Sedi magnae supplicesque preces exhibitae sunt, ut, causa iterum instituta, disquireretur de Sanctorum Caelitum honoribus huic beato Dei famulo decernendis.

Quibus Nos libenter annuentes, die vicesimo secundo mensis Iulii anno millesimo nongentesimo quadragesimo nono, in hanc rem decretum fecimus.

Duo interea miracula Sacrae Rituum Congregationi proposita sunt. Quorum prius contigit Ursulae Bono viduae Pontecorvi, Setiae; quae, tumore abdominali eoque gravissimo affecta, eo periculi pervenit ut proxima morti videretur eique iusta funebria pararentur.

Cum autem assiduae crebraeque preces Deo fusae essent ut beato Gaspare deprecante sanitatem aegrotanti restitueret, die vicesimo tertio vel quarto Maii, anno millesimo nongentesimo tricesimo quarto, postquam noctu Beatus apparuisset ac languidae mulieri sanationem promisisset, ut ipsa asserit, mox infirma con valuit. Medici vero non modo

dixerunt morbum penitus fuisse expulsum, sed id divina ope factum esse affirmarunt. Valetudinem autem mulieris ad annum millesimum nongentesimum quinquagesimum tertium perseverasse iidem medici testati sunt.

Secundo prodigio beatus Gaspar Del Bufalo est iuveni cuidam, Francisco Campagna, ex oppidulo « Campoli Appennino », quod dicitur vulgo, mira ope auxiliatur.

Et hic aegrotabat ad mortem, broncopulmonitide subscapulari affectus, aliis morbis gravissima. Cum autem die undevicesimo mensis Maii, anno millesimo nongentesimo vicesimo nono, simulacrum beati Gasparis per vicos oppidi ferretur, aegrotusque materque de sanitate accipienda per intercessionem beati Dei Servi pectore ab imo preces funderent, subito Franciscus e lectulo surgere, fenestram petere ad aspiciendum simulacrum, mox lectulum nullo iuvante repetere, placido demum somno usque ad mane sanatus quiescere.

Quem optime valuisse praeter naturae vires, eumque post viginti quinque annos in sanitate perseverare ipsi medici testati sunt.

De his miris sanationibus die tricesimo mensis Martii, anno millesimo nongentesimo quinquagesimo quarto in praeparatorio S. Rituum Congregationis conventu Consultores coram Cardinalibus sua suffragia tulerunt. Dein generalis eiusdem Congregationis conventus die quarto mensis Maii hoc anno habitus est, in quo dilectus Filius Noster Alexander S. R. E. Cardinalis Verde, Causae Relator, dubium proposuit : *An et de quibus miraculis, post indultam beato Gaspari Del Bufalo ab Apostolica Sede venerationem, constet in casu et ad effectum de quo agitur.*

Omnes autem qui aderant Patres Cardinales, Officiales Praelati, Patresque Consultores datis suffragiis duas sanationes miraculo tribuendas esse se opinari ostenderunt. Nos vero ad Nostrum proferendum iudicium cunctandum esse censuimus. Tandem sententiam protulimus : *Constare de instantánea perfectaque sanatione, beato Gaspare Del Bufalo interveniente, cum Ursulae Bono viduae P ont ecorvi, a tumore mali modi abdominali, tum Francisci Campagna a bronchiopneumonitide acuta dextera toxihaemica cum reactione meningea coniuncta.*

Quod decretum publici iuris fieri et in acta S. Rituum Congregationis referri mandavimus.

Quibus expletis, Nos S. R. E. Cardinalium, S. Rituum Congregationis Officialium Praelatorum et Consultorum vota scripto relata confirmantes, die octavo mensis Maii decreto ediximus: *Tuto procedi posse* • *ad sollemnem B. Gasparis Del Bufalo Canonizationem.*

Considerantes vero de re gravissima agi, Consistorium indixiinus in diem vicesimum eiusdem mensis Maii, hoc anno, ut in eo Patrum Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum et Abbatum ((nullius », Consistorii die in Urbe futurorum, sententiam exquireremus de Canonizatione Pii X, Pontificis et Confessoris ; Petri Aloisii Chanel, Martyris, Sodalis Societatis a Maria; Gasparis I)el Bufalo, Confessoris, Auctoris Congregationis Missionariorum a Pretiosissimo Sanguine ; Iosephi Pignatelli, Confessoris, e Societate Iesu ; Dominici Savio, Confessoris; et beatae Mariae Crucifixae Di Rosa, Virginis, Legiferae Matris Instituti Ancillarum a Caritate. Ante statutum autem diem, iussimus ut ad eos qui Consistorio essent interfuturi commentaria mitterentur de vita, virtutibus, miraculis et de causis singulorum Beatorum, quorum mentionem fecimus, ut, re plane cognita, sententia ferri posset.

Quod Consistorium die, quem diximus, vicesimo mensis Maii in certa Vaticani Palatii aula celebratum est ; in quo, postquam Nos brevi oratione astantes allocuti sumus, dilectus Filius Noster Caietanus S. R. E. Cardinalis Cicognani, S. Rituum Congregationis Praefectus, ostendit aequum esse ut Beatorum illorum et Beatae illius, quos diximus, memoria summis consecraretur honoribus ; atque a Nobis postulavit ut ad optatissimum Canonizationis ritum quam primum deveniremus.

Quibus peractis, Nos astantes Cardinales et sacrorum Antistites rogavimus ut quid de propositis causis sentirent singuli Nobis significarent.

Omnium ergo suffragiis exceptis, laeto animo didicimus ab iis concordi sententia Beatos illos ac Beatam illam plane dignos aestimari qui fulgido Sanctorum diademate decorarentur. Nos propterea singulorum Beatorum canonizationi diem statuimus : beati scilicet Pii X, diem undetricesimum mensis Maii ; beati vero Gasparis Del Bufalo aliorumque quattuor Beatorum, quos memoravimus, diem duodecimum mensis Iunii. Interea astantes Purpuratos Patres et sacrorum Antistites atque universos Christifideles rogavimus ut suas Nostris precibus adiungere vellent, ut fausta ac salutaria, quae iam praestolabamur, catholicae rei obvenirent. De hisce omnibus ut iuridice conficerent acta Protonotariis Apostolicis qui aderant mandavimus. Cum autem praestituta dies illuxit beato Gaspari Del Bufalo aliisque, quo diximus, Sanctorum corona decorandis, cuncti saecularis et regularis cleri ordines, plurimi Romanae Curiae Praelati et Officiales, non pauci Abbates, plures sacrorum Antistites, atque amplissimum Patrum Cardinalium Collegium in Vaticanum Palatium convenerunt. Quibus omnibus supplicantium

ritu procedentibus ac precationes Caelestium Curiae admoventibus, hymnumque « Ave, Maris Stella » praecinentibus, Nos ipsi, e Sacello Sixtino exeuntes, hora sexta post meridiem in Petrianae Basilicae forum, magno fidelium ex universo paene terrarum orbe numero frequens, descendimus et ad Solium Nostrum, ante maiorem eiusdem Basilicae portam iam collocatum, perreximus.

Tunc praestita Nobis ab astantibus Cardinalibus oboedientia, dilectus Filius Noster Caietanus S. R. E. Cardinalis Cicognani, perorante dilecto Filio Camillo Corsanego, Consistorialis Aulae Advocato, *instanter, instantius, instantissime* postulavit ut Nos beatum Gasparem Dei Bufalo aliosque quattuor Beatos, quos memoravimus, summis Sanctorum honoribus decoraremus. Cui Consistoriali Advocato per dilectum Filium Antonium Bacci, ab Epistulis ad Principes, respondimus iam in eo esse ut Nos huiusmodi postulationi concederemus.

Hymnum itaque « Veni, Creator Spiritus » cum cònfertissima fidelium turba canentes, a divino Paraclito imploravimus ut superni luminis copia magis magisque menti Nostrae coruscaret. Dein in divi Petri cathedra sedentes, uti supremus universae Christi Ecclesiae Magister, sollemniter pronuntiavimus : « *Ad honorem Sanctae et Individuae Trinitatis, ad exaltationem Fidei catholicae et christianae Religionis augmentum, auctoritate Domini Nostri Iesu Christi, beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implorata, ac de venerabilium Fratum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum, et Episcoporum in Urbe exsistentium consilio, Beatos Petrum Aloisium Chanel, Märtyrern, Gasparem Del Bufalo, Iosephum Pignatelli, Dominicum Savio, Confessores, et Mariam Crucifixam Di Rosa, Virginem, Sanctos et Sanctam esse decernimus et definimus, ac Sanctorum catalogo ascribimus' statuentes illorum memoriam quolibet anno die eorum natali, nempe Petiti Aloisii die vigesima octava Aprilis inter Sanctos Martyres, Gasparis die vigesima octava Decembris, Iosephi die decima quinta Novembris, Dominici die nona Martii inter Sanctos Confessores non Pontifices, et Mariae Crucifixae die decima quinta Decembris inter Sanctas Virgines non Martyres pia devotione recoli debere. In nomine Paffctris et FiÇfclii et SpiritusffcSancti. Amen* ».

Qua formula prolata, precibus annuentes eiusdem Cardinalis Cicognani, per eundem Advocatum Consistorialem Nobis oblatis, hasce Decretales sub plumbo Litteras confici et expediri iussimus. Praesentibus vero Protonotariis Apostolicis ut de hac Canonizatione publicum con-

ficerent instrumentum mandavimus. Deinde postquam sermonem de novensilem Sanctorum virtutibus habuimus, ut gratias omnipotenti Deo ageremus, hymnum « Te Deum laudamus » cum astantibus cecinimus, atque Sanctorum illorum ac Sanctae illius patrocinium primi invocavimus.


Mane vero huius diei venerabilis Frater Noster Eugenius, Episcopus Suburbicariis Ostiensis ac Portuensis et S. Rufinae, S. R. E. Cardinalis Tisserant, S. Collegii Decanus, in Petriana Basilica, magnifice exornata, divinum sacrificium ad aram maximam pontificali ritu litavit, cui Nos e Solio Nostro affuimus praesentes.

Omnibus itaque, quae inspicienda erant, bene perpensis, certa scientia ac de Nostrae apostolicae auctoritatis plenitudine, quae supra memoravimus, confirmamus atque universae Christi Ecclesiae denuntiamus, mandantes ut harum Litterarum exemplis vel excerptis, etiam typis impressis, manu tamen alicuius apostolici tabellionis subscriptis et sigillo munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae iisdem hisce Nostris Litteris haberetur, si ostenderentur.

Nemini autem iis quas per has Litteras Nostras statuimus obniti liceat. Quod si quis temere ausus fuerit, indignationem omnipotentis Dei et Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit moturum.

Datum Romae, apud S. Petrum, die tertio decimo mensis Iunii anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo quarto, Pontificatus Nostri sexto decimo.

Ego PIUS, Catholicae Ecclesiae Episcopus.



✠ Ego EUGENIUS Episcopus Ostiensis ac Portuensis et S. Rufinae Cardinalis TISSERANT, Sacri Collegii Decanus.

✠ Ego CLEMENS Episcopus Veliternus Cardinalis MICARA.

£B Ego IOSEPH Episcopus Albanensis Cardinalis PIZZAEDO.

£9 Ego BENEDICTUS Episcopus Praenestinus Cardinalis ALOISI MASELLA.

£g Ego Fr. ADEODATUS IOANNES Episcopus Sabinensis et Mandelensis Cardinalis PIAZZA.

3$i Ego FRIDERICUS Episcopus Tusculanus Cardinalis TEDESCHINI, Datarius Sanctitatis suae.

Ego ALEXANDER titulo S. Mariae in Cosmedin Presbyter Cardinalis VERDE.

Ego PETRUS titulo S. Crucis in Hierusalem Presbyter Cardinalis FUMASONI BIONDI.

Ego CELSUS titulo Ss. Nerei et Achillei Presbyter Cardinalis COSTANTINI, S. E. E., Cancellarius.

Ego CAIETANUS titulo S. Caeciliae Presbyter Cardinalis CICOGNANI.

Ego VALERIUS titulo S. Silvestri in Capite Presbyter Cardinalis VALERI.

Ego PETRUS titulo S. Praxedis Presbyter Cardinalis CIRI AGI.

Ego NICOLAUS S. Nicolai in Carcere Tulliano Protodiaconus Cardinalis CANALI, Paenitentiarius Maior.

Ego IOANNES S. Georgii in Velo Aureo Diaconus Cardinalis MERCATI.

Ego ALAPHRIDUS S. Mariae in Domnica Diaconus Cardinalis OTTAVIANI.

•OELSUS Card, COSTANTINI
S. R. E. Cancellarius

CAIETANUS Card. CICOGNANI
S. Rituum Congregationis Praefectus

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

f A. Carinci, Archiep. tit. Seleuc. in Is., *Decanus Proton. Apost.*
Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*

Xoco ¡$¡ Plumbi

Expedita die XXII Dec. anno Pontif. XVI.

In Canc. Ap. tab., Vol. LXXXVIII, n. 7fi.

III

BEATO IOSEPHO PIGNATELLU E SOCIETATE IESU, CONFESSORI, SANCTORUM HONORES DECERNUNTUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Humilium robur columenque Sanctorum, Christus Iesus, qui bisce in terris « signum cui contradiceret^ » (cfr. Lc. 2, 34) voluit appellari, verbo et exemplo docuit dolorem adversasque fortunas uberrimos gignere fructus atque hominum salutem per incommoda calamitatesque maxime parari posse.

Iis propterea viris, qui ad perfectae sanctitudinis viam currendam vocentur, praecipit Christus ut sua omnia seque ipsos abdicent, atque crucem post se gerant : « Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me » (Mt. 16, 24). Qui ergo vehementiore quodam sese devovendi studio hisce arduis paruerint monitis, ii similem cum divino Redemptore vitae rationem et consuetudinem amplectantur oportet, cum eoque societatem habeant dolorum. Postquam vero strenue fideliterque cum adversis in vita luctati sunt, a corporis vinculis soluti, perpetui triumphi sertis a summo caelorum Patre redimiuntur, qui eos cum fulgenti Sanctorum Caelitum multitudine in aevum coniungit.

Inter quos beatae aeternitatis incolas, qui ob magnanimam constantiam universae adhuc laboranti Ecclesiae exemplo sunt, piissimum virum conspicimus Iosephum Pignatelli, e Societate Iesu, cui Nos, supremi Dei numine afflati, caelestes publicosque honores singulari animi Nostri laetitia hesterno die decrevimus. Cuius vitae aliquid hic quasi summatim exponere Nobis videtur opportunum, ut eius virtutum exempla catholicos homines in purioris pietatis studium vehementer suscitent atque accendant.

Iosephus Caesaraugustae, in praeclara Hispaniae urbe, die septimo et vicesimo mensis Decembris anno millesimo septingentésimo tricesimo septimo ad lumina vitae surrexit, septimus ex octo filiis principis viri Antonii a Monteleone atque Franciscae e marchionibus Moncayo.

Optima ingenuaque animi indole praeditus, a parentibus egregiae pietatis christianarumque virtutum veluti hereditatem adeptus est.

Vix alterum ingressus suae vitae lustrum, utroque fuit orbatus parente. Quam ob rem, postquam Neapoli, in piae sororis domo, ad breve tempus se tenuit, annum agens tertium decimum Caesaraugustam rediit, ubi in nobile ephebeum, cui Ignatiani Sodales moderabantur, admissus est. Hic autem cum a Deo ad religiosae vitae institutum capessendum se vocatum sentiret, ut inter alumnos Societatis Iesu reciperetur petiit. Atque preces libenter admissae sunt, non tantum quod Iosephus suae gentis vinculis cum beatis Aloisio Gonzaga atque Francisco Borgia coniungeretur, sed quod pluris existimaretur ob ingenii docilitatem et iucundam animi benignitatem, qua « pacis angelus » a condiscipulis appellabatur.

Puer igitur annorum ferme sedecim, splendidae vitae commodis generoso animo posthabitis, in Tarraconensem tironum domum fuit exceptus, ubi duos per annos, Christi patientis vestigiis insistens, se cotidianis laboribus sacrisque commentationibus exercuit, ut quam celeriter animum et mentem absoluta conformaret perfectione : quam proiiciendi voluntatem praestitit sive studium ad pietatem conferens, sive aegros, in carcere inclusos, peregrinantes amanti cura fovens, sive pueros denique christianae disciplinae imbuens elementis.

Tirocinio itaque feliciter exacto atque religiosis votis primum nuncupatis, in Societatis scholis, humanioribus litteris, philosophiae ac theologiae operam dedit. At dum totus in studia incumbit, animorum salutem ardentissime cogitat, atque a moderatoribus postulat ut, Evangelii praedicandi causa, se sinant ad Americae indígenas proficisci.

Sed ob incommodam graviterque extenuatam valetudinem id consequi non potuit. Annos igitur cum haberet viginti quinque, sacerdos consecratus, antistitum iussu in Caesaraugustano ephebeo pueros in primis grammaticae elementis erudiendos suscepit. Quo dum humili fungebatur munere, populi interea bono utilitatique servire non omittebat : primum homines per urbis compita christianam docendo veritatem, deinde aures admissa accusantibus patienter praebendo, tum post perditissimos quosque in custodiam coniectos capitisque condemnatos ad frugem reducendo bonam ad supernamque pacem erigendo ; dignus propterea qui unanimo ore « pater laqueo dependentium » nuncuparetur.

Cum autem tunc temporis Societati Iesu tristes, sinente Deo, instarent fortunae, quae per totas Europae regiones falsis petebatur crimi-

nibus aspéreque vexabatur, obscurus hic sodalis in prima quasi acie certavit ut dispersis fratribus vexatisque esset adiumento.

Anno enim millesimo septingentésimo sexagesimo septimo, cum Hispaniarum rex Ignatianos Sodales domo patriaque expelli iussisset, in repentina huiusmodi acerbaque rerum perturbatione, omnibus ob futuri ambiguitatem trepidantibus, Iosephus tam mira animi tranquillitate tamque egregia dexteritate enituit, ut ipsius magistri moderandae religiosorum provinciae consiliarius fuerit renuntiatus.

Neque antistitum fiduciam opinionemque Iosephus fefellit.

Nam incommodae valetudinis immemor, mitis providusque sociorum angustias sollicita levavit cura, non modo cum iidem ad portum quam maximis ducebantur itineribus, verum etiam cum in onerarias impositi naves, aestuque, febri, egestate, asperrime divexati, ignotas petebant terras. Qui cum a pluribus Civitatibus escensione prohiberentur, atque idcirco diu maria circum erravissent, tandem ad S. Bonifacium urbem, in Corsica insula, appulerunt.

Praestantissimus igitur vir, in tanta rerum omnium penuria, sollerti industria aegris sodalibus affuit, rem frumentariam providit, atque insomnem contulit operam ut religiosae vitae instituta rationesque, pro rerum adiunctis, continuo instaurarentur.

Quae tamen túrbida tempestatis vis iam non remittebat. Religiosi enim viri, cum unius tantum anni spatio in Corsica insula mansissent, ex eadem subito pelluntur. In Genuensem igitur portum egressi, per Appennina iuga ad territoria pedibus contendunt Romani Pontificis principatui obnoxia, ac denique Ferrariae consistunt. Quos Iosephus indefesso studio solabatur ubique et iuvabat.

Nec ab eo divexando abstinebant necessarii atque propinqui, qui precibus, iussis, minis id sunt identidem moliti, ut exsulem cognatum a religiosorum virorum coetu abstraherent. Sed Iosephus nihil neque blandimentis neque metu perterritus, firmus in Dei voluntate consistens, rerum, bonorum, librorum, ipsiusque Sodalitatis, quam tantopere diligebat, iacturam patientissime toleravit.

Nam, postquam Societas Iesu pontificia lege fuit dissoluta, post diem scilicet unum et vicesimum mensis Iulii anno millesimo septingentésimo septuagesimo tertio, strenuus Dei vir, nihil de pristino religiosae vitae instituto remittens, primum Ferrariae, dein Bononiae obscurus quinque paene per lustra vixit, sive rerum divinarum contemplationi se tradens sive assiduo doctrinae bonarumque artium studio,

vel magni momenti codicibus undique haud tenui sumptu comparatis.

Quae tamen ab ostendenda afflictis hominibus benignitate eum nequaquam avocabant. Omnes enim, quotquot túrbida illorum temporum eversio ac dissolutio molestiis affecerat atque in duram adduxerat egestatem, lenibus solabatur verbis providisque levabat adiumentis. Quin immo imm. mem. Pium VI, Decessorem Nostrum, qui in exsilium electus fuerat, omni coluit officio eiusdemque animi moestitiam lenivit.

Cum vero Societas Iesu coepit apud aliquas gentes in pristini vigoris spem sensim revirescere, Iosephus, etsi iam aetate provectus, impavidus quasi in aciem processit.

Quamquam enim exoptabat in sodalium numerum ascribi, qui in Sarmaticis oris securi deversabantur, tamen ad Parmensem regionem, quo Ignatiani Sodales instituendae iuventutis animorumque iuvandorum gratia vocati fuerant, summa alacritate festinavit ; ibique in populi utilitatem in tironumque institutionem, quorum magister ac moderator fuerat renuntiatus, impiger adlaboravit. Interea autem eius virtutis fama existimatioque ita succreverat, ut complures praeclarissimi viri. undique ad ipsum venirent, lumen solamenque peti turi, animique sui abdita aperituri.

Hanc ob virtutis opinionem, anno millesimo octingentesimo tertio, annum agens quintum et sexagesimum, Italicae religiosorum virorum provinciae moderandae magister fuit electus ; quam inter adversa et prospera ad extremum usque vitae spiritum prudentissime gubernavit.

Primum igitur Neapoli, tres annos, sacrae praefectus familiae, eam ad pristinam Ignatianae vitae rationem constanter rexit, nec regia auctoritate nec aliis difficultatibus a consilio deterritus. Cum enim ad Neapolitanam Domum, laeto reflorescentem auspicio, complures Sodales e mundi vortice undique ex Italia revolassent, eos Iosephus summa prudentia et aequitate religiosae servitutis ac paupertatis legibus quam aptissime devinxit; eorum tristitias benigna ingenii suavitate niulsit; omnium necessitatibus providus serviit; dicere solitus se filios suos a quibusvis Societatis praeceptis servandis liberare posse, minime autem a caritatis imperio; quod vel unum si exsequerentur, omnia enimvero ipsis feliciter esse eventura.

Quamvis vero suorum praecipue Sodalium regimini prospiceret, aliorum tamen hominum saluti non deerat, inopes, aegros, ab omnibus destituios, in vincula conditos amantissime invisens atque iuvans, stipe in frequentissima urbe ostiatim quandoque emendicata.

Sed novus ecce miserarum turbo rerum in eum subito incidit. Ignatiani Sodales a Gallorum ducibus, mense Iulio anno millesimo octingentesimo sexto, ex urbe Neapoli atque a totius regionis finibus repente pulsi, iterum per incerta fortunae volvuntur.

Tunc Iosephus, licet sibi manendi facultas daretur, dubiae sociorum sortis particeps esse voluit; quin immo in eiusmodi fluctibus Societatis naviculae firmissime temperavit salvamque in portum pervexit. Cum enim imm. rec. Pius VII, Decessor Noster, exsules in suae regiae dicionis territorium paterno recepisset consilio, Sodales Iosephus Romam perduxit, iisdemque tam sollerter studioseque consuluit ut omnes non solum in sacrae militiae suae officia, sed in animorum etiam curationem generosi incumbere possent.

Sed, quem ad modum iam alibi consueverat, Romae etiam Iosephi caritas e suae Domus parietibus efferebatur. Omnes ergo, quotquot in alma hac Urbe adversos paterentur casus, eum conveniebant : non solum e minuta plebe, sed amplissimi etiam ac praeclarissimi viri, quos inter multi purpurati Patres atque Episcopi ; ut eo hortatore ac monitore ardentius superni Numinis obsequerentur voluntati.

Attamen ut Iosephus, qui iam longam asperamque aerumnarum seriem subierat, cruci afiäxi Servatoris formam imaginemque magis assimularet, eum multis iisque atrocibus corporis doloribus Deus erat temptaturus. Anno enim millesimo octingentesimo decimo, eius aegra valetudo, qua vel a puero afficiebatur, ita ingravescere coepit ut saepe sanguinem vomeret, capite molestissime laboraret, oculos quasi amitteret. Quam ob rem, solus tacitusque domi cubans, in unis caelestibus rebus intentissimum Agebat obtutum ac dies noctesque continuas vel in precando ponebat vel in homines ad superna hortando.

Octobri autem mense proximo anno, in peius mutata valetudine, in mortis angustias redigi visus est. At cum ob sollemnes sollicitasque Sodalium atque amicorum preces e morbo mirum in modum recreatus esset, sive notos sive miseros invisere voluit, ut illis vel postremum amoris sui panderet magnitudinem. Voluit etiam summa pietate, usque ad piorum manium ferias, divinam cotidie immolare victimam.

Sed ad caelorum pacem tranquillitatemque, quam vehementius in dies excupiebat, misericors Deus iam eum vocabat. Nam cum aegritudine Iosephus sensim opprimeretur, Sodalibus ad perfectam religiosae vitae rationem exstimulatis, atque Angelorum recreatus Pane, die quinto de-

cimo mensis Novembris eiusdem anni e vitae huius aestibus ad sempiternam lucem excessit.

Piissimi autem viri corpus exiguo funere, quod profecto eius absconditam silentio vitam temporumque tristitiam decebat, in Romano templo Benesuadae Mariae Virgini sacro conditum fuit, e quo postea ad aedem SS. Iesu Nomini dicatam honorificentius fuit illatum.

Nomen vero suum fidelis Dei famulus sempiterno commendavit aevo sive praeclarissima vivendi ratione, cum aetatem ageret, sive post mortem variis prodigiis quae, eodem deprecante, a Deo ferebantur patrata. Quam ob rem de Beatorum Caelitum honoribus eidem decernendis Causa coepta est agitari.

Itaque, cum in Romanae civitatis Vicariatu atque in pluribus episcopalibus Curiis de eius vitae sanctimonia inquisitiones, ordinaria auctoritate institutae, rite absolutae fuissent, cumque S. Rituum Congregatio easdem probavisset, Gregorius XVI, Decessor Noster, adhibitis sibi precibus concedens, die tricesimo mensis Septembris anno millesimo octingentesimo quadragesimo secundo ut Causa induceretur indulsit.

Ceteris ad iuris normam religiose exactis, apostolicae inquisitiones habitae sunt de venerabilis Servi Dei virtutibus sive theologalibus sive cardinalibus, quas heroicum gradum attigisse Benedictus XV, Decessor Noster, omnibus rite perpensis, die quinto et vicesimo mensis Martii anno millesimo nongentesimo decimo septimo sollemni sanxit decreto.

Tum quaestio de miraculis, quae eodem deprecante Dei viro patrata dicebantur, antea in « antepraeparatorio » et ((praeparatorio » comitiis agitata fuit, ac deinde in « generali » coram Pio XI, Decessore Nostro, habito. Quibus rite peractis, idem Pontifex die undevicesimo mensis Februarii anno millesimo nongentesimo tricesimo tertio, ad altare sacris operatus, sollemniter decrevit : *Constare de duobus miraculis, Venerabili Iosepho Pignatelli intercedente, a Deo patratis, videlicet de instantánea perfectaque sanatione tum Mariae Berthae Guiu Martinez a tuberculosi pulmonari abdominali coniuncta; necnon Sororis Mariae ab Assumptione a lithiasi renali.*

Unum porro erat discutiendum dubium : an stante approbatione virtutum et duorum miraculorum, venerabilis Dei Servus Iosephus Pignatelli ad Beatorum Caelitum honores tuto provehi posset. De quo dubio actum est die quinto et vicesimo mensis Februarii, eodem anno, coram eodem Summo Pontifice Pio XI, qui, secunda omnium sententia audita, die duodecimo insequentis mensis Martii proprio decreto sanxit : *tuto procedi posse ad sollemnem venerabilis Servi Dei Beatificationem.*

Huius autem Beatificationis sollemnia statis celebribusque caeremoniis in Petriana Basilica die uno et vicesimo mensis Maii eodem anno millesimo nongentesimo tricesimo tertio magno cum splendore ingentique fidelium frequentia habita sunt.

Cum vero post decretos eidem Beato supernorum Caelitum honores eiusdem cultus percrebuisset, et ipso deprecante nova dicerentur a Deo effecta miracula, supplices Apostolicae Sedi preces admotae sunt ut Causa eiusdem Beati, sanctitatis infula decorandi, resumeretur. Quibus Decessor Noster Pius XI die undevicesimo mensis Iunii anno millesimo nongentesimo tricesimo quinto libenter annuit.

Duo propterea miracula S. Rituum Congregationi proposita sunt, quae hic breviter narrantur.

Prius miraculum contigit Mariae a Rosario Gómez Alcalde, quae ob durius revirescentem tubercularem osteitiden in sacro osse, qua a pueritia laborabat iam erat moritura. Sed cum sanationis petendae gratia novendiales supplicationes honori B. Iosephi Pignatelli die nono mensis Decembris anno millesimo nongentesimo tricesimo septimo coeptae essent, in ipsa nocte aegrota omnino ex morbo convaluit. Quam sanationem periti medici, atque medicum S. Rituum Congregationis Collegium, post multas inspectiones, naturae vires excessisse pronuntiarunt.

Alterum miraculum quendam spectat agricolam nomine Iosephum Vincentium Bohigues Cloquell, e Valentina archidioecesi; qui cum annum ageret undevicesimum, mense Ianuario anno millesimo nongentesimo quinquagesimo secundo exitiali fuit attactus morbo, qui a medico S. Rituum Congregationis Collegio definitus fuit rheumatismus septicus cum infausta prognosi quoad vitam. Die autem octavo mensis Februarii, cum aegrotus ob morbi gravitatem adhuc lecto immobilis haereret, in eius pectus imposita fuit B. Iosephi imaguncula cum quibusdam eiusdem corporis reliquiis, atque ardentes ingeminatae sunt preces ob aegroti sanationem ; qui ferme post sex horas e morbo confirmatus est, ac medentes usum sive anathomicum sive functionalem, quem dicunt, perfecte restitutum in venerunt.

utrumque hoc signum a S. Rituum Congregatione diligenti examine expensum est, sive in « praeparatorio » conventu die vicesimo tertio mensis Martii hoc anno, sive in « generali » coram Nobis die quarto superioris mensis Maii. Quo in generali comitio venerabilis Frater Noster Benedictus S. R. E. Cardinalis Aloisi Masella, Episcopus Praenestinus, Causae ponens seu Relator, proposuit discutiendum : « *An et de*

quibus miraculis, post indultam ab Apostolica Sede venerationem, constet in casu et ad effectum, de quo agitur. Atque tum Patres Cardinales, qui aderant, tum Officiales Praelati et Consultores propositas sanationes miraculo tribuendas esse affirmarunt. Nos igitur, eiusmodi omnium sententia audita, sollemniter exinde decrevimus : *Constare de duobus miraculis intercessore beato Iosepho Pignatelli patratis, scilicet, de repentina perfectaque sanatione Mariae a Rosario Gomez Alcalde a tuberculari osteitide, et de instantánea perfectaque sanatione Iosephi Vincentii Bohigues Cloquell a rheumatismo séptico, viribus illico restitutis.* Quod decretum publici iuris fieri et in acta S. Rituum Congregationis referri mandavimus.

Quibus expletis, Nos S. R. E. Cardinalium, S. Rituum Congregationis Officialium Praelatorum et Consultorum vota scripto relata confirmantes, die octavo mensis Maii decreto ediximus : *Tuto procedi posse ad sollemnem B. Iosephi Pignatelli Canonizationem.*

Considerantes vero de re gravissima agi, Consistorium idcirco indiximus in diem vicesimum eiusdem mensis Maii, hoc anno, ut in eo Patrum Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum et Abbatum « nullius » Consistorii die in Urbe futurorum, sententiam exquireremus de Canonizatione Pii X, Pontificis et Confessoris ; Petri Aloisii Chanel, Martyris, Sodalis Societatis a Maria ; Gasparis Del Bufalo, Confessoris, Auctoris Congregationis Missionariorum a Pretiosissimo Sanguine ; Iosephi Pignatelli, Confessoris, e Societate Iesu ; Dominici Savio, Confessoris ; et Beatae Mariae Crucifixae Di Rosa, Virginis, Legiferae Matris Instituti Ancillarum a Caritate. Ante statutum autem diem, iussimus ut ad eos qui Consistorio essent interfuturi, commentaria mitterentur de vita, virtutibus, miraculis et de Causis singulorum Beatorum, quorum mentionem fecimus, ut, re plane cognita, sententia ferri posset.

Quod Consistorium die, quem diximus, vicesimo mensis Maii in certa Vaticani Palatii aula celebratum est; in quo postquam Nos brevi oratione astantes allocuti sumus, dilectus Filius Noster Caietanus S. R. E. Cardinalis Cicognani, S. Rituum Congregationis Praefectus, ostendit aequum esse ut Beatorum illorum et Beatae illius, quos diximus, memoria summis consecrantur honoribus ; atque a Nobis postulavit ut ad optatissimum Canonizationis ritum quam primum deveniremus.

Quibus peractis, Nos astantes Cardinales et sacrorum Antistites rogavimus ut quid de propositis Causis sentirent singuli Nobis significarent.

Omnium ergo suffragiis exceptis, laeto animo didicimus ab iis concordi sententia Beatos illos ac Beatam illam plane dignos aestimari qui fulgido Sanctorum diademate decorarentur. Nos propterea singulorum Beatorum Canonizationi diem statuimus : Beati scilicet Pii X diem undetricesimum mensis Maii ; Beati Iosephi Pignatelli aliorumque quattuor Beatorum, quos memoravimus, diem duodecimum mensis Iunii, hoc anno.

Interea astantes Purpuratos Patres et sacrorum Antistites atque universos Christifideles rogavimus ut suas Nostris precibus adiungere vellent, ut fausta ac salutaria, quae iam praestolabamur, catholicae rei ob venirent.

De hisce omnibus ut iuridice conficerent acta, Protonotariis Apostolicis, qui aderant, mandavimus.

Cum autem praestituta dies illuxit Beato Pignatelli aliisque, quos diximus, Sanctorum corona decorandis, cuncti saecularis et regularis cleri ordines, plurimi Romanae Curiae Praelati et Oficiales, non pauci Abbates, plures sacrorum Antistites, atque amplissimum Patrum Cardinalium Collegium in Vaticanum Palatium convenerunt. Quibus omnibus sollemni supplicantium ritu procedentibus ac precationes Caelestium Curiae admoventibus, hymnumque « Ave, Maris Stella » praecinentibus Nos ipsi, e Sacello Sixtino exeuntes, hora sexta post meridiem in Petrianae Basilicae forum, magno fidelium ex universo paene terrarum orbe numero frequens, descendimus et ad Solium Nostrum, ante maiorem eiusdem Basilicae portam iam collocatum, perreximus.

Tunc, praestita Nobis ab astantibus Cardinalibus oboedientia, dilectus Filius Noster Caietanus Cardinalis Cicognani, perorante dilecto Filio Camillo Corsanego, Consistorialis Aulae Advocato, *instanter, instantius, instantissime* postulavit ut Nos Beatum Iosephum Pignatelli aliosque quattuor Beatos, quos memoravimus, summis Sanctorum honoribus decoraremus. Cui Consistoriali Advocato per dilectum Filium Antonium Bacci, ab Epistulis ad Principes, respondimus iam in eo esse ut Nos huiusmodi postulationi concederemus.

Hymnum itaque « Veni, Creator Spiritus » cum confertissima fidelium turba canentes, a divino Paraclito imploravimus ut superni luminis copia magis magisque menti Nostrae coruscaret.

Dein in Divi Petri cathedra sedentes, uti supremus universae Christi Ecclesiae Magister, sollemniter pronuntiavimus : « *Ad honorem Sanctae et Individuae Trinitatis, ad exaltationem Fidei Catholicae et Christia-*

noe Religionis augmentum, auctoritate Domini Nostri Iesu Christi, Beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, matura deliberatione praehabita et divina- ope saepius implorata, ac de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum et Episcoporum in Urbe exsistentium consilio, Beatos Petrum Aloisium Chanel, Märtyrern, Gasparem Del Bufalo, Iosephum Pignatelli, Dominicum Savio, Confessores, et Mariam Crucifixam Di Rosa, Virginem, Sanctos et Sanctam esse decernimus et definimus, ac Sanctorum catalogo adscribimus: statuentes illorum memoriam quolibet anno die eorum natali, nempe Petri Aloisii die vigesima octava Aprilis inter Sanctos Martyres, Oasparis die vigesima octava Decembris, Iosephi die decima quinta Novembris, Dominici die nona Martii inter Sanctos Confessores non Pontifices, et Mariae Crucifixae die decima quinta Decembris inter Sanctas Virgines non Martyres pia devotione recoli debere. In nomine PaÇfâtris et FiSQlii et SpirituspfeSancti. Amen ».

Qua formula prolata, precibus annuentes eiusdem Cardinalis Cicognani, per eundem Advocatum Consistorialem Nobis oblatis, hasce Decretales sub plumbo Litteras confici et expediri iussimus, praesentibus vero Protonotariis Apostolicis ut de hac Canonizatione publicum conficeret instrumentum mandavimus. Deinde postquam sermonem de novensilium Sanctorum virtutibus habuimus, ut gratias omnipotenti Deo ageremus, hymnum « Te Deum laudamus » cum astantibus cecinimus, atque Sanctorum illorum ac Sanctae illius patrocinium primi iny oca vim us.

Mane vero huius diei, venerabilis Frater Noster Eugenius, Episcopus Suburbicarius Ostiensis ac Portuensis et S. Rufinae, S. R. E. Cardinalis Tisserant, Sacri Collegii Decanus, in Petriana Basilica, magnifice exornata, divinum sacrificium ad aram maximam pontificali ritu litavit, cui Nos e Solio Nostro annuimus praesentes.


Omnibus itaque, quae inspicienda erant, bene perpensis, certa scientia ac de Nostrae apostolicae auctoritatis plenitudine, quae supra memoravimus confirmamus atque universae Christi Ecclesiae denuntiamus, mandantes ut harum Litterarum exemplis vel excerptis, etiam typis impressis, manu tamen alicuius apostolici tabellionis subscriptis et sigillo munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae iisdem hisce Nostris Litteris haberetur, si ostenderetur.

Nemini autem iis, quae per has Litteras Nostras statuimus, obniti

liceat. Quod si quis temere ausus fuerit, indignationem omnipotentis Dei et Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit moturum.

Datum Romae apud S. Petrum, die tertio decimo mensis Iunii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo quarto, Pontificatus Nostri sexto decimo.

Ego PIUS, Catholicae Ecclesiae Episcopus.



£B Ego EUGENIUS Episcopus Ostiensis ac Portuensis et S. Rufinae Cardinalis TISSERANT, Sacri Collegii Decanus.

£g Ego CLEMENS Episcopus Veliternus Cardinalis MICARA.

© Ego IOSEPH Episcopus Albanensis Cardinalis PIZZARDO.

Ego BENEDICTUS Episcopus Praenestinus Cardinalis ALOISI MASELLA.

£B Ego Fr. ADEODATUS IOANNES Episcopus Sabinensis et Mandelensis Cardinalis PIAZZA.

Ego FRIDERICUS Episcopus Tusculanae Cardinalis TEDESCHINI, Datarius Sanctitatis suae.

Ego ALEXANDER titulo S. Mariae in Cosmedin Presbyter Cardinalis VERDE.

Ego PETRUS titulo S. Crucis in Hierusalem Presbyter Cardinalis FUMASONI BIONDI.

Ego CELSUS titulo Ss. Nerei et Achillei Presbyter Cardinalis COSTANTINI, S. R. E. Cancellarius.

Ego CAIETANUS titulo S. Caeciliae Presbyter Cardinalis CICOGNANI.

Ego VALERIUS titulo S. Silvestri in Capite Presbyter Cardinalis VALERI.

Ego PETRUS titulo S. Praxedis Presbyter Cardinalis CIRIACI.

Ego NICOLAUS S. Nicolai in Carcere Tulliano Protodiaconus Cardinalis CANALI, Paenitentiarius Maior.

Ego IOANNES S. Georgii in Velo Aureo Diaconus Cardinalis MERCATI.

Ego ALAPHRIDUS S. Mariae in Domnica Diaconus Cardinalis OTTAVIANI.

CELSUS Card. COSTANTINI
S. R. E. Cancellarius

CAIETANUS Card. CICOGNANI
S. Rituum Congregationis Praefectus

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

Albertus Serafini, *Proton. Apost.*
Silvius Sericano, *Proton. Apost.*

Loco Qji Plumbi

Expedita die XVII Dec. anno Pontif. XVI.

In Canc. Ap. tab., vol. LXXXVIII, n. 17.

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

PERTHENSIS (BUMBURIENSIS)

EX DISTRACTO A PERTHENSI ARCHIDIOECESI AUSTRALI TERRITORIO, NOVA ERIGITUR DIOECESIS, ((BUMBURIENSIS)) APPELLANDA.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Benigna illa vox, qua Christus Iesus beato Petro Apostolo oves agnosque paseendos sollicita commendavit cura, Nos etiam impellit, quibus ipse Christus universam Ecclesiam tradidit regendam, quo filiis Nostris aptiora in dies comparemus praesidia, ad fidem suam tuendam atque prolatandam. Quod omnimodis sane facere nitimur, praesertim cum Nobis ob rerum adiuncta fas est novas condere dioeceses, e quibus utilitates et commoda christianae oriantur rei. Quam ob causam, cum venerabilis Frater Raymundus Prendi ville, Archiepiscopus Perthersi«. ab hac poposcerit Apostolica Sede ut a suae archidioecesis territorio tota se-

pararetur australis pars, quae in novam dioecesim redigeretur ; cumque venerabiles Fratres Nostri S. R. E. Cardinales S. Congregationi Fidei Propagandae praepositi hanc rem et archidioecesis condicioni opportunissimam esse et animorum bono plurimum conferre iudicaverint, Nos eorum sententiam libentissimo probamus animo. Re igitur attento studio considerata atque idcirco certa scientia eorum, quae facturi sumus, consensu praeterea suppleto eorum omnium, qui in hac re aliquid habeant iuris vel se putent habere, de Nostrae potestatis plenitudine sequentia statuimus. A Perthensi archidioecesi totum territorium separamus, quod sub parallela linea 32°45'6″ australis latitudinis protenditur, idque in novae formam redigimus dioecesis, quae a Bunbury urbe nomen mutuans suum *Bumburiensis* appellabitur. Cuius dioecesis termini erunt propterea Perthensis archidioecesis meridianus finis, quem eadem parallela linea posthac discernet, atque maritimae orae, quas Indianus alluit oceanus. Quae nova Bumburiensis dioecesis metropolitanae Perthensi Ecclesiae erit suffraganea, eiusque Episcopi, ut patet, Perthensi Archiepiscopo recte et iure subicientur. Cuius praeterea sedes Ecclesiae ipsa erit urbs, quam Bunbury vocant, atque Episcopi cathedra in curialibus aedibus S. Patricio sacris collocabitur, quas ad cathedralis templi honorem perducimus ac dignitatem. Ad Bumburiensem igitur Ecclesiam iura et onera spectabunt, quae ad ceteras pertinent dioeceses; eius **pan** riter pro tempore Praesules sive iuribus, potestatibus atque honoribus decorabuntur sive oneribus officiisque tenebuntur, quae ex iure communi eiusmodi Episcoporum dignitatem assectantur. Quo vero diligentius in dies pueri illi excolantur, quorum animos superna Dei bonitas ad sacerdotium incenderit capessendum, volumus ut, ubi primum poterit, Bumburiensis Episcopus seminarium condat saltem elementarium. Episcopalis autem mensa, quae dicitur, iis constabit bonis, si qua sint, quae territorio a Perthensi archidioecesi distracto, pro rata parte, accedebant, vel emolumentis Bumburiensi Curiae obventuris, vel pecunia sive a S. Consilio Fidei Propagandae sive a fidelibus offerenda. Quod autem attinet ad Vicarii Capitularis, sed vacante, electionem, ad fidelium et sacerdotum iura et onera aliaque huiusmodi, eadem servari praecipimus quae Iure Canonico iubentur. Quod denique ad clerum nominatim spectat, decernimus ut simul ac hae Litterae Nostrae ad exsecutionem deductae fuerint, eo ipso clerici Ecclesiae illi habeantur ascripti, in cuius finibus legitime degunt. Ut autem ea quae Nostris hisce Litteris praecipimus fiant, venerabilem Fratrem Romulum Carboni, Archiepiscopum titulo Sidoniensem et in Australasia Apostolicum Delegatum, deli-

gimus, vel eum qui eo tempore, quo haec decreta ad rem adducantur, eidem praeerit Delegationi; cui vero obtigerit hoc exsequendum negotium, illi propterea omnes necessarias ad id facimus potestates, cuilibet subdelegandas, si opus fuerit, viro ecclesiastica dignitate pollenti. Iubemus pariter ut idem venerabilis Frater hoc confectum negotium in tabulas referat, quarum fide digna exempla ad S. Consilium de Fde Propaganda quam primum transmittet.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat ; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis* impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderetur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum ex Arce Gandulfi, prope Romam, die duodecimo mensis Novembris, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo quarto, Pontificatus Nostri sexto decimo.

CELSUS Card. COSTANTINI
S. R. E. Cancellarius

PETRUS Card. FUMASONI BIONDI
S. Congr. de Propaganda Fide Praefectus

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

f Alfonsus Carinci, Archiep, tit. Seleuc, *Decanus Proton. Apost.*
Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*

lxK'0 iii Plumbi

In Conc. Ap. tab., vol. LXXXIX, n. 72.

II

S. MICHAELIS
(S. IACOBI DE MARIA)

E DIOECESI S. MICHAELIS QUAEDAM TERRITORIA DETRAHUNTUR, QUIBUS NOVA DIOECESIS FORMATUR, ((S. IACOBI DE MARIA)) APPELLANDA.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Eius vestigia prementes qui mirantibus discipulis ait : « Ego sum via, veritas et vita » (Io. XIV, 6), in id summopere nitimur non modo ut iis populis Christi veritas effulgeat, qui nondum verborum eius semina susceperunt, sed etiam ut iis qui sunt de grege sanctorum christiana fides fìat et lux, qua vita illuminetur, et robur, qua certamina ineant incertosque casus vincant. Quod utrumque intendentes, cum venerabilis Frater Ianuarius Verolino, Archiepiscopus titulo Corinthiensis idemque in Rebuspublicis Salvatoriana et Guatimalensi Apostolicus Nuntius, ab hac Romana Sede expostulaverit ut populi necessitatibus subveniendi causa, diviso territorio dioecesis S. Michaelis, nova Sedes episcopalis erigeretur ; Nos, post auditos venerabiles Fratres Aloisium **Cha** vez et Gonzales, Archiepiscopum S. Salvatoris in America, et Michaëlangelum Machado et Escobar, Episcopum S. Michaelis, consiliumque expetitum a venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus Negotiis Consistorialibus praepositis, quae Nobis admotae sunt precibus benigne concedendum putamus. Qua de re, eorum consensum supplentes quos hoc negotium quoquo modo contingat, de Nostra apostolica potestate haec quae sequuntur decernimus et iubemus. Detractis per has Litteras a dioecesi S. Michaelis territoriis, quae vulgo « Departamento de Usulután et Distrito de Sesori » cognominantur ; itemque municipiis, quibus sunt nomina « Ciudad Barrios, Chapeltique et Lolotique », novam ex iis dioecesim constituimus *8. Iacobi de Maria* appellandam, eamque iisdem limitibus definiendam qui sunt civilibus regionibus e quibus constat, quosque Nos exposuimus. Quam Ecclesiam censemus metropolitanae Sedi S. Salvatoris in America esse suffraganeam et obnoxiam ; cuius itidem Archiepiscopo volumus ut Episcopus S. Iacobi de Maria iuxta normas iuris communis sit sub-

iectus. Sedem episcopalem novae dioecesis in urbe, quam populariter vocant « Santiago de Maria », statuimus ; cathedram autem suae iurisdictionis collocabit sacrorum Antistes in templo S. Iacobi, ibidem exstante. Hoc vero, ut par est, dignitatis gratia quam est adeptum, omnibus honoribus iuribusque cumulamus, quae iure cathedralibus templis cedere solent ; eius vero Episcopum iisdem pariter iuribus et obligationibus ditatum et oneratum volumus, quibus omnes per orbem Praesules eiusdem dignitatis et decoris. Ut autem Dei cultus et sacrae caerimoniae plus solemnitatis habeant, simulque habeat Episcopus delectos prudentia viros qui eum possint et consilio et opera iuvare, decernimus ut in hac nova dioecesi Canonicorum Collegium condatur, vel si hoc fieri non possit ad praesens, saltem Consultores dioecesani, qui dicuntur, eligantur, quorum tamen officium statim cessabit ac huiusmodi coetus Canonicorum fuerit erectus. Mensam episcopalem, ut dicitur, bona constituent, quae vel e partitione bonorum quae ad dioecesim S. Michaelis pertinebant, iuxta praescriptum canonis 1500 Iuris Canonici ; vel e fidelium christianorum largitate ; vel denique e data Curiae pecunia provenient. Quandoquidem vero pueri quos Dei benignitas ad sacerdotii munera vocaverit, sunt spes omnis Ecclesiae, magna cura efficiet Episcopus, cui credetur modo condita Sedes, ut in ea seminarium saltem elementarium erigatur, iuvenibus excipiendis iisque educandis. Cum tamen progressu aetatis tales pueri sint philosophia atque theologia imbuendi, tunc lectissimos quosque Romam mittet, ut in Pontificio Collegio Piano Latino Americano recte doceantur. Regimen, administratio, cura novae dioecesis S. Iacobi de Maria ; electio praeterea Vicarii Capitularis, Sede vacante, iura et onera cleri et populi, haec omnia aliaque huiusmodi iussis Iuris Canonici omnino regantur. Simul ac erectio huiusmodi Ecclesiae facta fuerit, clerici qui in eius territorio legitimum habeant domicilium, eidem censeantur ascripti, tamquam proprius novae Sedis clerus. Praecipimus insuper ut omnia acta et documenta ad dioecesim S. Iacobi de Maria respicientia, quam cito fieri potest ad eiusdem tabularium mittantur, religiose custodienda. Quae denique his Litteris Nostris mandavimus exsequenda curabit venerabilis Frater Ianuarius Verolino, cuius mentionem fecimus, eique omnes potestates agendae rei facimus, quas poterit, si casus ferat, cuilibet viro delegare in ecclesiastica dignitate constituto. Qui venerabilis Frater onus quoque habebit documenta exarandi eaque sinceris exemplis ad S. Congregationem Consistorialem quam primum mittendi. Quodsi fiat ut quo tempore haec decreta effici debeant alius Apostolicae Nuntiaturae in Rebuspublicis Salvatoriana et Guatimalensi praesit,

eidem quae Nuntio praecipimus, iubemus. Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat ; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum, iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die secundo mensis Decembris, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo quarto, Pontificatus Nostri sexto decimo.

CELSUS Card. COSTANTINI
S. R. E. Cancellarius

£g Fr. ADEODATUS I. Card. PIAZZA
8. Congr. Consistorialis a Secretis

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

f Alfonsus Carinci, Archiep. tit. Seleuc, *Decanus Prot. Apost.*
Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*

Loco 83 plumbi

In Ap. Cane, tab.., vol. LXXXX, n. 9.

III

DE KUWAIT.

APOSTOLICA PRAEFECTURA DE KUWAIT, IN ARABIA, AD DIGNITATEM VICARIATUS APOSTOLICI EVEHITUR, NOMINE NON MUTATO.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quandoquidem Christi benignitas e caelorum splendore in terram descendit ut hominum animos caritatis igne inflammaret eosque miseros sincero foedere cum Deo devineiret, Nos qui, divino quodam instinctu et iussu, eius sanctissimum opus hic in terris persequendum suscepimus, nulla maiore urgemur sollicitudine quam ut eius optata apud omnes gentes perficiantur. Cum autem S. Congregationi Fidei Propagandae visum sit Apostolicam Praefecturam de Kuwait ad Vicariatus Apostolici dignitatem esse evehendam ; hoc enim valde conferre rei christianae augendae, simulque et meritae laudi esse Discalceatis Sodalibus Carmelitis, ibi laborantibus, et iisdem animum addere ad nova pro fide christiana certamina, Nos id sincero animo probantes, Sacri Consilii decreta omnino confirmamus. Unde, post rem diu in animo reputatam, eorumque consensum suppletum qui in hoc negotio aliquid iuris habeant vel se putent habere, de apostolica Nostra potestate ea quae sequuntur statuimus et decernimus. Apostolicam Praefecturam de Kuwait, quae est in paeninsula Arabica, quaeque curis Sodalium Ordinis Carmelitarum Discalceatorum regitur, ad dignitatem Vicariatus Apostolici extollimus, qui *de Kuwait* appellabitur, quique ab iisdem Carmelitis Sodalibus Discalceatis regi perget, ad Nostrum tamen et sanctae Romanae Sedis nutum. Quos vehementer hortamur ut nihil Christi amore intentatum omittant nullique operi pareant, ut christiano agmini asseclas addant, sanctorumque familiae vigore gratiae membra multiplicent. Huic autem novo Vicariatui, ut par est, omnia iura et privilegia concedimus quae talium Ecclesiarum sunt propria ; iisdemque oneribus eum cumulamus quibus ceteri omnes Vicariatus Apostolici. Quae vero Nostris his Litteris iussimus exsequenda curabit venerabilis Frater Iacobus Robertus Knox, Archiepiscopus titulo Mèlitenaeus et in Africa Orientali et Occidentali Britannica Apostolicus Delegatus ; vel ille qui eo tempore quo haec decreta ad effec-

tum deducentur eidem Delegationi praeerit. Cui autem continget hoc negotium perficiendum ei omnes potestates facimus agendae rei easque alii quoque viro subdelegandi, si opus fuerit, dummodo in ecclesiastica dignitate constituto. Acti vero negotii documenta exaranda idem venerabilis Frater curabit eademque sinceris exemplis ad S. Congregationem Fidei Propagandae mittenda.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitate nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderetur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die secundo mensis Decembris, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo quarto, Pontificatus Nostri sexto decimo.

CELSUS Card. COSTANTINI
8. R. E. Cancellarius

PETRUS Card. FUMASONI BIONDI
8. Congr. de Propaganda Fide Praefectus

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam, Regens

f Alfonsus Carinci, Archiep, tit. Selene, *Decanus Proton. Apost,*
Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

In Conc. Ap. tab., vol. LXXXIX, n. 79.

IV

CAXIENSIS IN MARAGNANO
(S. ANTONII DE BALSAS)

EX DIOECESI CAXIENSI IN MARAGNANO QUAEDAM TERRITORIA DETRAHUNTUR, EX QUIBUS NOVA PRAELATURA « NULLIUS DIOECESIS)) CONSTITUITUR ((S. ANTONII DE BALSAS)) APPELLANDA.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quo modo sollemne est agricolae, cui magnopere cordi sit fertilis hortus, de patula ac fecunda arbore surculos excerpere eosque serere magnaque diligentia curare ; ita et Nobis, quibus amplos ac patentes agros omnium Ecclesiarum Dei bonitas commisit excolendos, ex iisdem, cum floruerint, aliquid demere territorii, novasque Ecclesias constituere, christianae fidei semina alendi atque dilatandi gratia. Cum igitur venerabilis Frater Aloisius Gonzaga da Cunha Marelim, Episcopus Caxiensis in Maragnano, poposcerit ab hac Apostolica et Romana Sede ut e sua dioecesi, partito territorio, pars detraheretur ex qua nova quaedam praelatura « nullius dioecesis » conderetur : hoc enim valde conferre catholicae rei fovendae apud populos illos, quippe quibus impensius consuli posset ; Nos, post auditum Administrum Nostrum apud Rempublicam Brasilianam, consiliumque expetitum a venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus S. Congregationi Consistoriali praepositis, re bene considerata, admotis precibus concedendum esse censemus. Quapropter, omnium consensum supplentes quos hoc negotium contingere potest, de Nostra apostolica potestate haec, quae sequuntur, decernimus et iubemus. A Caxiensi in Maragnano dioecesi eam partem separamus, quae municipia comprehendit quibus sunt populari lingua cognomina : Balsas, Alto Parnaíba, Riachâo, Loreto, Benedito Leite et S. Raimundo das Mangabeiras ; ex qua regione novam praelaturam « nullius dioecesis » erigimus *8. Antonii de Balsas* appellandam, iisdemque finibus ac municipia sex, ex quibus coalescit, terminandam. Huius praelaturae « nullius » sedes ac Praelati domicilium erit in urbe Balsas ; cathedram vero in curiali templo S. Antonii Patavini, in eadem civitate, collocan-

dam censemus, quod idcirco per has Litteras ad gradum sacrae praelaturae aedis evehimus. Cuius adeptae dignitatis causa, ea omnia iura et privilegia, quae huiusmodi Ecclesiis earumque Praesulibus tribui solent, eadem et praelaturae S. Antonii de Balsas concedimus eiusque sacrorum Antistiti. Huic tamen, sive primus est, sive quilibet e Praelatorum serie, eadem ipsa onera imponimus, quae ad ceteros eiusdem gradus Praesules iure pertinent. Volumus vero ut nova Ecclesia sit metropolitanae Sedi S. Ludovici in Maragnano suffraganea; item ut eius Praelatus Ordinarius Archiepiscopo eiusdem metrópolis sit obnoxius et subiectus. Cum autem sacerdotes sint in Christi Ecclesia populi christiani duces et magistri, nullam omnino curam omittat Ordinarius S. Antonii de Balsas **ut,** excipiendis pueris ad sacerdotalia munia vocatis, saltem elementarium seminarium in suae dicionis territorio construatur, iuxta leges iuris communis. E quorum numero delecti sive ingenio iuvenes sive pietate Romam mittantur ut heic philosophia ac theologia recte imbuantur, in Collegio Piano Brasiliano. Mensam praelaticiam, ut dicitur, efficient atque constituent ea bona quae vel e partitione bonorum ei obvenient dioecesis Caxiensis in Maragnano propriorum, ad normam canonis 1500 Codicis Iuris Canonici; vel quae fideles christiani ultro sublevandis necessitatibus **Offerent;** vel denique ea pecunia quae Curiae S. Antonii de Balsas proveniet. Si ad regimen et administrationem novae praelaturae respiciatur, ad cleri et populi iura et onera, aliaque huiusmodi, haec omnia Iuris Canonici legibus omnino regantur. Quod vero ad clerum attinet, praecipimus ut clerici omnes qui in novae Ecclesiae territorio legitimum domicilium habeant, hi, erecta praelatura, eidem censeantur ascripti. Omnia tandem acta et documenta, quae ad modo constitutam Sedem pertineant, quam primum fieri potest a Curia episcopali Caxiensi in Maragnano ad Curiam S. Antonii de Balsas mittantur, in tabulario rerum ecclesiasticarum religiose asservanda. Est Nobis postremo voluntas ut quae his Litteris iussimus perficienda curet venerabilis Frater Armandus Lombardi, Archiepiscopus titulo Caesariensis Philippi et in Republica Brasiliana Apostolicus Nuntius, cui omnes potestates agendae rei concedimus, cuilibet viro subdelegandas, si opus fuerit, dummodo in ecclesiastica dignitate constituto. Cui venerabili Fratri onus iniungimus legitima documenta exarandi, eaque sinceris exemplis ad S. Congregationem Consistorialem quam cito mittendi. Quod si eo tempore quo haec decreta ad effectum deducenda erunt, alius eidem Apostolicae Nuntiaturae praeerit, quae venerabili Fratri Armando Lombardi imposuimus huic demandamus.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus : ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die vicesimo mensis Decembris, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo quarto, Pontificatus Nostri sexto decimo.

CELSUS Card. COSTANTINI
S. R. E. Cancellarius

Fr. ADEODATTJS I. Card. PIAZZA
S. Congr. Consistorialis a Secretis

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

f Alfonsus Carinci, Archiep. tit. Seleuc, *Decanus Prot. Apost.*
Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*

Loco £8 plumbi

*In **Ap. Cane, tab., vol.** **7.AT** XX, n. S.*

LITTERAE APOSTOLICAE

i

BEATA MARIA VIRGO, SUR TITULO MATERNITATIS INVOCATA, TOTIUS VASHINGTONENSIS ARCHIDIOECESIS PRAECIPUA CAELESTIS PATRONA ELIGITUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Matrem Dei hominumque Christifideles Georgiopolitani seu Vashingtonenses, in Foederatis Americae Septentrionalis Civitatibus, a tempore quo colonia eo deducta fuit, eximio perhibentur venerari cultu atque religione. Iam vero primum Catholicorum Templum, eo in loco exaedifieatum, eidem Dei Genetrici sacrum fuit. Cum praeterea Vasintonia Civitatum Foederatarum, quas diximus, princeps sit urbs et caput expedire videtur eandem esse praecipuum quasi domicilium ac sedem religionis Marianae, qua omnes earum regionum cives Catholici devinciantur. Quibus permotus, Venerabilis Fratrer Patricius Aloisius O'Boy le, Vashingtonensis Archiepiscopus, Nos rogavit ut Beatam Mariam Virginem, nomine Maternitatis Eius veneratam, totius Vashingtonensis Archidioecesis caelestem Patronam renuntiar emus. Quibus precibus libenter auditis, Nos, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Beatam Mariam Virginem, nomine Maternitatis Eius invocatam, totius Vashingtonensis Archidioecesis praecipuam apud Deum Caelestem *Patronam* constituimus ac declaramus, omnibus adiectis honoribus et privilegiis liturgicis, quae principalibus dioeceseon Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efiicaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quid-

quam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXIII mensis Martii, anno MDCCCCLIV, Pontificatus Nostri sexto decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO BRUGNOLA
a Brevibus Apostolicis

II

ECCLESIA PRINCIPALIS B. MARIAE V. A SACRATISSIMO ROSARIO, IN LOCO FATIMA LEIRIENSIS DIOECESIS POSITA, BASILICAE MINORIS TITULO HONORIBUSQUE DECORATUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Luce superna caliginosum saeculum illustranti, Beatae Mariae Virgini sacra est augusta Aedes Fatimae, in Lusitanorum finibus, ubi eadem Deipara, e Rosarii nomine nuncupata, olim se dedit conspiciendam. Habet aedificium admirationem propter amplitudinem ac speciem eximiam, sublimis ei adiuncta surgit turris e qua aera tinniunt, renidet supellex, qua illud est instructum, pretiosis metallis. Est quoque conspicere supra portam positum opus musivum, Immaculatum Cor eiusdem Dei Genetricis summa colorum venustate exhibens. Praeterea eadem in Aede, pauca ante lustra exstructa et anno superiore sollemni ritu consecrata, condita sunt sepulcro corpora Francisci et Hyacinthae Marto, qui Deiparae prodigiali visu dignati sunt. Maxime vero prae Nobis ferendum est Templum Christifidelium frequentia esse admodum insigne, cum eo ex omnibus fere orbis terrarum partibus supplicum turmae conveniant, ut coram praeclaro Dei Genetricis signo honestissimas petitiones pulcherrimoque laudes nectant in coronam. Viget adhuc memoria sollemnium, quae ibi, in gestientium heminum coetu, fuerunt celebrata, sive cum Imago Deiparae aureo diademate, Nostro nomine et auctoritate, anno scilicet MCMXLVI, redimiretur, sive cum Sacri Iubilaei causa, anno MCMLI, augustissimi ibidem agerentur ritus. Ut autem, Anno hoc Mariano exeunte, etiam ampliore[1] Templum augeretur honore, Venerabilis Frater Iosephus Al ves

Còrreia da Silva, Leiriensis Episcopus, preces ad Nos admovit, ut eandem Aedem, magnis populorum concursibus celebratam, Basilicae Minoris nomine ac iure donaremus. Quae vota, pro peculiari Nostra pietate erga Beatam Mariam Virginem a Fatima, libenti animo explentes, certa scientia ac matura deliberatione Nostra, deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum, Ecclesiam principalem Beatae Mariae Virginis a Sacratissimo Rosario, in loco Fatima eius honori consecratam, titulo ac dignitate *Basilicae Minoris* afficimus ac decoramus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis, quae Templis eodem nomine insignibus rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere: suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum ex Arce Gandulfi, sub anulo Piscatoris, die xn mensis Novembris, anno MDCCCCLIIH, Pontificatus Nostri sexto decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO PRUGNOLA
a Brevibus Apostolicis

EPISTULA

AD EMUM P. D. ALEXANDRUM TIT. SANCTAE MARIAE IN COSMEDIN S. R. E. PRESB. CARDINALEM VERDE, PATRIARCHALIS BASILICAE LIBERIANAE ARCHIPRESBYTERUM, NONAGESIMUM AETATIS ANNUM PERACTORUM.

PIUS PP. XII

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Raro admodum ac perpaucis contingit, ut nonagesimus, quem tu quidem es propediem peracturus, aetatis annus fauste celebrari queat. Qui sane favorabilis eventus non potest tibimet ipsi tuique aestimatoribus amicisque, in primisque Nobis, novam non afferre causam iucunditatis. Hoc

enim haud brevi mortalis vitae curriculo, a primis iuventutis annis usque ad longaevam istam ac venerandam senectutem, Apostolicae huic Sedi actuosam operam tribuisti, praesertim Sacro Nostro Consilio moderandis Ritibus praeposito tot diuturnas curas et sollicitudines conferendo. Postquam enim minora officia ibi sollerter gessisti, Promotoris Generalis Fidei partibus atque gravi a Secretis munere perfunctus es. Deinde ad Ecclesiae Senatum cooptatus Romanaque purpura exornatus, ibidem et apud alia Patrum Cardinalium Consilia industriam et studia tua impendere non desiisti. Nos igitur, Dilecte Fili Noster, dum benevolentiam Nostram libenter confirmamus, de proxima faustitate tibi ex corde gratulamur et felicissima quaeque ominamur, Deum instanter precantes, ut animi corporisque tui vires caelestibus donis recreare velit. Superni interea praesidii conciliatrix et nuntia, peculiarisque Nostrae caritatis testis esto Apostolica Benedictio, quam tibi, Dilecte Fili Noster, tuisque coniunctis ac familiaribus amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die xv mensis Martii, anno MDCCCCLV, Pontificatus Nostri decimo septimo.

PIUS PP. XII

ALLOCUTIO

AD PAROCHOS URBIS ET CONCIONATORES SACRI TEMPORIS QUADRAGESIMALIS *

Siano rese grazie a Dio che anche quest'anno Ci ha concesso di rivolgere la parola a voi, diletti figli, parroci e predicatori quaresimalisti di questa Nostra diocesi di Roma, per la quale non cessiamo di pregare e di prodigarci, secondo le Nostre forze, offrendo per essa la Nostra stessa vita.

U nostro primo pensiero è di vivo compiacimento per quanto, sotto la sapiente guida del Nostro carissimo Cardinale Vicario con gli zelantissimi Vicegerenti, avete fatto e continuate a fare — anche con grandi fatiche e privazioni — per il bene della popolazione dell'Urbe. Abbiamo voluto assumere esatte informazioni, e vi diremo che, pur nel desiderio di lodare anche quest'anno e addurre in esempio qualcuna delle parrocchie dove particolari imprese siano state iniziate e condotte a buon

* **Die 10 Martii mensis a. 1955..**

esito, Ci siamo accorti che non sarebbe stato agevole di scegliere Puna o *V*altra, oggi che in tutta Roma è un fervore di nuova vita. Tutti vedono l'aumentato numero delle chiese, ed è parimente noto il vostro impegno per rendere più facile e fruttuosa la frequenza alla S. Messa e alle sacre funzioni. Così si svolgono in ogni zona eorsi di cultura religiosa per laici, e assidua cura si pone per l'assistenza della gioventù specialmente studiosa.

Ma affinchè, predicando e donandovi agli altri, non veniate a consumare tutte le vostre energie spirituali, vi siete prima raccolti in santi Esercizi, poi avete discusso i problèmi pastorali in un ben riuscito Convegno e, ultimamente, avete voluto ancora sostare in preghiera e studio, prendendo parte attiva ad un Corso di « Esercitazioni per un mondo migliore », di cui Ci giungono consolanti echi da tante parti, mentre Vescovi e sacerdoti ne rilevano particolarmente la perfetta conformità ai bisogni dei tempi e la straordinaria efficacia per la soluzione dei più urgenti e assillanti problemi dell'ora presente.

Diletti figli! In altre occasioni Ci siamo intrattenuti con voi, presentandovi il parroco come buon pastore e parlandovi della necessità che egli si faccia aiutare da una schiera ardita e pronta di cattolici militanti, capaci di portare la dottrina e gli esempi di Gesù dove al sacerdote è quasi impossibile di penetrare. Non vi dispiaccia dunque se oggi vi proponiamo alcune semplici note pastorali concernenti la vostra azione apostolica.

I. — Per il lavoro diretto al rinnovamento dei *singoli,* vi raccomandiamo di essere discreti nel cominciare, costanti nel continuare, coraggiosi nel portare a termine.

1) Siate anzitutto discreti nel cominciare.

Spinto dallo zelo che spesso realmente lo « divora », [1] il sacerdote apostolico può cadere in un dannoso errore, pretendendo di conseguire tutto in una volta e volendo giàMìn dall'inizio quello che si presenta come il punto più arduo e bisognoso perciò di molteplice impegno e fatica. Procedere in tal modo significherebbe esporsi, quasi eertamente, prima a vane illusioni e poi a delusioni amare. L'apostolo, infatti, non può fare a meno di considerare l'altrui morale debolezza, l'impreparazione intellettuale, le persone e le cose in mezzo a cui vive, e la sponda — per così dire — dalla quale l'anima traviata dovrebbe venire a lui, o meglio tornare a Dio, se si lasciasse indurre ad intraprendere la tra-

[1] *Ps.* 68, 10; Io. 2, 17.

versata. Ma attaccarla con argomenti che essa non comprende, chiederle ciò che non è preparata a dare, sarebbe certamente nocivo agli effetti dell'apostolato. Si tratta forse di ristabilire contatti interrotti : è necessario quindi di avvicinarsi delicatamente all'anima lontana, ridestando in lei l'interesse perduto e adoperandosi per riprendere un linguaggio-forse completamente dimenticato. Naturalmente tale necessaria discrezione non vuol dire un venire a patti col falso e col male. Non si tratta qui di <(far pace » a tutti i costi, ma di saper iniziare le trattative per una pace giusta, non tra il male e il bene — il che sarebbe assurdo—, ma tra l'uomo che rinunzia alla sua malizia e Dio che lo accoglie con infinita bontà e tenerezza immensa. Saper rinunziare alla fretta, saper attendere il momento propizio, saper dosare ciò che si dice e ciò che si chiede : ecco un primo requisito indispensabile all'azione apostolica individuale.

2) Ma un'altra dote deve avere l'apostolo nel trattare con le anime fatte oggetto delle sue cure pastorali. Accade che non sempre si ottenga ciò che si vuole, e in ogni modo è raro si ottenga subito. Non è nemmeno escluso che ostilità, freddezza o indifferenza possano tentare il sacerdote a desistere dall'opera sua, o almeno rendano la sua azione più debole e quindi meno efficace. Bisogna, diletti figli, essere costanti, persistenti; senza cedere alla stanchezza e al tedio. Bisogna saper stare in piedi, anche quando tutto spinge a vacillare, rimaner fermi anche quando si dovesse cader bocconi, in preda ad una angoscia, che trasforma in silenziose agonie certe notti che sembrano eterne. Allora, quando le labbra dell'apostolo mormorano : « *Quid lucrW* »,[2] o quando egli dolorosamente esclama : ((*Transeat a me calix iste* »,[3] occorre che aggiunga subito, come fece Gesù nell'orto : « *Verumtamen non mea voluntas, sed tua fiat)).** E Dio manderà l'angelo consolatore[5] a rinfrancarlo, a sorreggerlo ; e la Sua opera di salvezza continuerà, a coronamento del suo zelo e del suo sacrifìcio.

3) Ma una terza dote vorremmo nell'apostolo che attende alla santificazione delle anime.

Come abbiamo avuto occasione di notare altre volte, vi è nella Chiesa un soffio di Spirito Santo, che chiama all'eroismo, alla dedizione com]-

pietà. In mezzo alle spine di un mondo ridivenuto pagano, spuntano sempre più numerosi fiori immacolati, che ricreano con la loro freschezza e incantano col loro profumo : spiriti eletti di tutte le età e di tutte le condizioni. Vorremmo che i sacerdoti sapessero santamente osare e non temessero di proporre le mète della santità più eccelsa. Perchè tante anime cadono nelle reti del mondo? Perchè credono di trovare in esso ciò che forma l'oggetto delle loro ansie, dei loro desideri ; e invece quando è già troppo tardi, si accorgono che i frutti di quella convivenza sono l'irrequietezza, il dubbio, la tristezza, la sfiducia, l'odio. Siate coraggiosi, diletti figli. Sappiate prendere per mano le anime e spingerle dolcemente, ma fermamente, verso Gesù, verso l'amicizia con Lui, verso la trasformazione in Lui. Fate loro comprendere che solo così troveranno la pace, la fede, la gioia, la speranza, l'amore ; solo così troveranno la vita.

II. — Per la vostra azione apostolica diretta al rinnovamento *collettivo,* torniamo alcuni istanti su quanto accennammo già nel Nostro Radio-messaggio del 10 febbraio 1952. « Studiatevi — dicevamo — che siano ben accertati i bisogni, ben chiarite le mète, ben calcolate íé disponibili forze... di tutte si faccia un assennato impiego ».

1) Nell'accertare i bisogni evitate la superficialità.

Essa genera quello che si potrebbe chiamare il criterio dell'approssimazione, i cui disastrosi effetti si riscontrano in tutti i campi, non escluso quello dell'apostolato. A prevenire tali conseguenze occorre un lavoro di statistica fatto con serietà, con realismo esigente, con serena imparzialità.

È certo, per esempio, che molti in Roma sodisfatto al precettò dell'assistenza alla Santa Messa festiva. Ci risulta che le chiese, anche in certe zone periferiche, sono veramente e ripetutamente affollate durante le Ss. Messe, che si celebrano la domenica e nelle feste. Può il parroco essere lieto di questa affluenza? Sènza dubbio e a buon diritto ; ma prima di sentirsi del tutto tranquillo^ dovrebbe calcolare con sufficiente precisione il numero di coloro che sarebbero obbligati a venire e non vengono. Ci consta, infatti, che non di rado un calcolo accurato riserva sorprese sgradite al sacerdote pensoso della sorte delle anime.

Così non può negarsi che a Roma la scuola di catechismo sia frequentata in modo consolante, e che i sacerdoti (come anche i vari Istituti, Associazioni, Congregazioni mariane e simili) si adoperano con ogni zelo, affinchè tutto sia fatto sempre meglio. Ma appunto perchè % nùi glioramento possa essere più facilmente conseguito, occorre chiedersi:/ quanti bambini della parrocchia dovrebbero venire e non, vengono?

Alcun tèmpo fa, desiderammo di esaminare personalmente lo stato del catechismo parrocchiale in Roma, e abbiamo ancora sotto gli occhi le cifre che Ci furono comunicate. Vi sono, certamente, anche in questo campo condizioni di cose assai belle e fiorenti ; ma altre non possono non rattristare ogni cuore apostolico. Opportune osservazioni, giuste considerazioni, notevoli recentissimi progressi, attenuano l'impressione che si prova a prima vista, e fanno anche sperare che possono essere rimosse alcune delle principali difficoltà che il solo zelo dei parroci non vale a superare.

Un'altra domanda, diletti figli. Come va l'istruzione religiosa agli adulti? Per quanti di essi le nozioni apprese nell'infanzia rimangono l'unico fondo di dottrina cristiana?

Ancora : quanti in parrocchia prendono la Pasqua? E quanti tra i vostri fedeli vi sembra che vivano in grazia di Dio?

Determinati i numeri, bisogna studiarne il significato per conoscere le cause di alcune lontananze o di alcuni ritorni. L'accertamento del male non è ancora la diagnosi, senza la quale non si può parlare di giusta prognosi, e tanto meno di cura adeguata.

2) Anche nel calcolo delle forze bisogna evitare un difetto che non di rado vediamo ricorrere. Alcune sono ignorate dal parroco, altre si « sottovalutano » o si svalutano, quando anche non si contrastano apertamente. Aprite le braccia a tutti, diletti figli, benedicendo quanto la Chiesa approva. Chiunque sia animato da buona volontà, trovi posto nella vigna del Signore, il quale accetta ogni servizio, come cerca operai di tutte le ore. Con tanto terreno da dissodare, con tante piante da coltivare, soprattutto con tanta messe da raccogliere, non è lecito al sacerdote di fermarsi — senza una ragionevole causa — a considerare i vessilli sotto i quali i fedeli si raccolgono, o i distintivi che portano, purché siano benedetti dalla Chiesa. Sia il benvenuto chiunque si öftre di aiutarvi. Il campo di Dio è vasto, e le esigenze della coltivazione sono innumerevoli.

3) Perchè possa esservi un saggio ordinamento delle forze, bisogna soprattutto guardarsi dall'individualismo.

Quando da una parte si nota il fervore di tante intraprese, ove nessuno si ferma, nessuno rallenta il passo, nessuno si risparmia, e dall'altra si deve riconoscere che gli effetti non sono quali tanto impiego di energie e tanta abnegazione farebbero prevedere, nasce il dubbio se forse non si combatte troppo da sè soli, troppo slegati e disuniti.

Chi sa, diletti figli,, che anche in Roma non giovi riesaminare il lavoro apostolico al lnine dei principi che regolano ogni retta collaborazione. Per quanto Ci consta, questa è oggi una delle esigenze più imperiose per l'azione apostolica del clero e del laicato.

Pertanto tutto quello che farete per coordinare il vostro lavoro, sarà da Noi benedetto, sarà benedetto da Dio. E Maria, sotto la cui protezione nelF ormai lontano 10 febbraio 1952 mettemmo il Nostro « grido di risveglio », continui a benedire i vostri sforzi e la vostra generosità. Così la eterna Roma splenderà sempre più fulgida davanti a tutti i popoli come faro di luce e di verità!

ACTA 88. CONGREGATIONUM

SUPREMA SACEA CONGREGATIO S. OFFICII

MONITUM

Constat hnic Supremae Sacrae Congregationi haud raro Missas horis postmeridianis celebrari ultra fines, quos Constitutio Apostolica « *Christus Dominus* » ad commune fidelium bonum recenset.

Itaque locorum Ordinarii licentiam ne dent celebrandi Missas horis postmeridianis ad externam dumtaxat solemnitatem decorandam aut in privatorum commodum.

Hac autem arrepta occasione, Sanctum Officium opportunum ducit in omnium memoriam revocare Constitutionem Apostolicam « *Christus Dominus* » vetare interpretationem, quae concessas facultates amplificet (cfr. A. A. S., vol. XXXXV [1953], p. 23).

Datum Romae, ex aedibus S. Officii, die 22 Martii 1955.

Marius Crovini, *Notarius Supr. S. Congr. S. Officii*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

DECRETUM GENERALE

DE RUBRICIS AD SIMPLICIOREM FORMAM REDIGENDIS

Cum nostra hac aetate sacerdotes, praesertim illi qui curam animarum gerunt, variis novisque in dies apostolatus officiis onerentur, ita ut divini officii recitationi ea qua oportet animi tranquillitate vix attendere possint, nonnulli locorum Ordinarii enixas preces S. Sedi detulerunt, ut huiusmodi difficultati amovendae benigne provideret, ac saltem rubricarum copiosum instructum ad simpliciorem redigeretur formam.

Summus Pontifex Pius PP. XII, pro Sua pastorali cura et sollicitudine, rem hanc examinandam commisit peculiari virorum peritorum Commissioni, quibus studia de generali liturgica instauratione demandata sunt ; hi autem rebus omnibus accurate perpensis, in consilium venerunt vigentes rubricas ad expeditiores normas esse reducendas, ita

tamen ut in usum trahi possint, servatis interim libris liturgicis prouti exstant, donec aliter provisum fuerit.

Quibus omnibus Ssmo Domino Nostro ab Emo D. Cardinali S. R. C. Praefecto per singula relatis, Sanctitas Sua sequentem rubricarum dispositionem approbare dignata est eamque vulgari mandavit, ita tamen ut quae praesenti Decreto statuuntur vim obtineant kalendis Ianuariis anni 1956.

Caveant interim Pontificii librorum liturgicorum Editores, ut in novis editionibus Breviarii et Missalis romani forte disponendis, ne quid prorsus innovetur.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus S. R. Congregationis, die 23 mensis Martii anni 1955.

—" C. Card. CICOGNANI, *Praefectus*

L **S**

' "*f A.* Carinci, Archiep. Seleuc, *Secretarius*

DE RUBRICIS AD SIMPLICIOREM FORMAM REDIGENDIS

Tit. I •- NORMAE GENERALES

1. Ordinationes quae sequuntur ritum romanum respiciunt; quae hic expresse non nominantur, immutata censentur.

2. Nomine calendarii veniunt cum calendarium in usum universae Ecclesiae, tum calendaria particularia.

3. Normae quae sequuntur servandae sunt in recitatione sive publica sive privata divini officii, nisi aliter expresse caveatur.

4. Indulta particularia quaelibet et consuetudines etiam speciali mentione dignae, quae his ordinationibus obstant, expresse revocata censentur.

Tit. II - VARIATIONES IN CALENDARIO

1. Gradus et ritus *semiduplex* supprimitur. . *h* ,

2. Dies liturgici, qui nunc sub ritu semiduplici calendariis inscripti sunt, sub ritu simplici celebrantur, excepta vigilia Pentecostes quae ad ritum duplicem elevatur.

a) *De dominicis* .

3. Dominicae Adventus et Quadragesimae et aliae usque ad dominicam in Albis necnon et dominica Pentecostes celebrantur ritu duplici I classis et festis quibuslibet praeferantur tam in occurentia quam in concurrentia.

4. Quando in dominicis 2ª, 3ª, 4ª Adventus festa I classis occurrerint permittuntur Missae de festo, excepta conventuali.

5. Dominicae hucusque sub ritu semiduplici celebratae, ad ritum duplicem elevantur; antiphonae tamen interim non duplicantur.

6. Officium et Missa dominicae impeditae, nec anticipantur, nec resumuntur.

7. Si in dominicis per annum occurrerit festum cuiusvis tituli vel mysterii Domini, festum ipsum locum tenet dominicae, de qua fit tantum commemoratio.

b) *De vigiliis*

S. Vigiliae privilegiatae sunt : vigilia Nativitatis Domini et vigilia Pentecostes.

9. Vigiliae communes sunt : vigilia festorum Ascensionis Domini, Assumptionis B. M. V., S. Ioannis Baptistae, Ss. Petri et Pauli, S. Laurentii. Omnes aliae vigiliae, etiam quae calendariis particularibus sunt inscriptae, supprimuntur.

10. Vigiliae communes, in dominica occurrentes, non anticipantur, sed omittuntur.

c) *De octovois*

11. Celebrantur tantum octavae Nativitatis Domini, Paschatis et Pentecostes, suppressis omnibus aliis, sive in calendario universali, sive in calendariis particularibus occurrentibus.

12. Dies infra octavas Paschatis et Pentecostes elevantur ad ritum duplicem, festis quibuslibet praeferantur et non admittunt commémorationes.

13. Dies infra octavam Nativitatis Domini, quamvis eleventur ad ritum duplicem, celebrantur prouti nunc.

14. Diebus a 2 ad 5 Ianuarii, nisi occurrat aliquod festum, fit de feria currenti, ritu simplici. In officio antiphonae et psalmi ad omnes Horas et versus nocturni de currenti hebdomadae die, ut in psalterio ; reliqua ut die Iª Ianuarii, praeter lectiones, quae dicuntur de Scriptura occurrente cum suis responsoriis, et dicitur *Te Deum.* Conclusio hymnorum et versus in responso rio brevi ad Primam dicuntur ut in Nativitate Domini. Missa dicitur ut die Iª Ianuarii, sine *Credo,* et sine *Communicantes* proprio.

Prohibentur Missae lectae tam votivae quam cotidianae defunctorum.

15. Dies a 7 ad 12 Ianuarii, suppressa octava Epiphaniae, fiunt feriae per annum *(ritu simplici).* In officio antiphonae et psalmi ad omnes

Horas et versus nocturni de currenti hebdomadae die, ut in psalterio; reliqua ut in festo Epiphaniae, praeter lectiones, quae dicuntur de Scriptura occurrenti, cum suis responsoriis, et dicitur *Te Deum.* Conclusio hymnorum et versiculus ad Primam, de Epiphania. Missa de Epiphania, sine *Credo* et sine *Communicantes* proprio.

Prohibentur Missae lectae tam voti vae, quam cotidianae defunctorum.

16. Die 13 Ianuarii fit commemoratio Baptismatis D. îsT. Iesu Christi sub ritu duplici maiore; officium et Missa dicuntur uti nunc sunt in octava Epiphaniae.

Si vero commemoratio Baptismatis D. N. Iesu Christi occurrerit in dominica, tunc fit de festo S. Familiae, sine ulla commemoratione. In sabbato praecedenti ponitur initium Epistolae primae ad Corinthios.

17. Dies a festo Ascensionis Domini usque ad vigiliam Pentecostes exclusive fiunt feriae tempore paschali *(ritu simplici).* In officio antiphonae et psalmi ad omnes Horas et versus nocturni dicuntur de currenti hebdomadae die, ut in psalterio; reliqua ut in festo Ascensionis Domini, praeter lectiones, quae dicuntur de Scriptura occurrenti, cum suis responsoriis. Conclusio hymnorum et versus ad Primam dicuntur de festo Ascensionis; Missa de eodem festo sine *Credo,* et sine *Communicantes* proprio.

Prohibentur Missae lectae tani votivae, quam cotidianae defunctorum.

In vigilia Pentecostes, nihil innovetur.

18. Dies octavae suppressae Corporis Christi et octavae item suppressae Ss. Cordis Iesu, fiunt feriae per annum.

19. In dominicis olim infra has octavas Ascensionis, Corporis Christi et Ss. Cordis Iesu, officium dicitur prouti nunc.

d) *De festis sanctorum*

20. Festa sanctorum, hucusque sub ritu semiduplici celebrata, habentur tamquam festa simplicia.

21. Festa sanctorum, hucusque sub ritu simplici celebrata, reducuntur ad commemorationem, sine lectione historica.

22. In feriis Quadragesimae et Passionis, a feria IV Cinerum usque ad sabbatum ante dominicam Palmarum, quando aliquod festum occurrerit, quod non sit I vel II cfassis, tam officium (in recitatione privata) quam Missa dici possunt de feria vel de festo.

Tit. III — DE COMMEMORATIONIBTJS

1. Quae hic de commemorationibus dicuntur, valent tam pro officio, quam pro Missa, cum in occurrentia, tum in concurrentia.

2. Commemorationes numquam omittendae et praecedentiam absolutam habentes, sunt :

a) de quavis dominica.

b) de festo I classis.

c) de feriis Quadragesimae et Adventus.

d) de feriis et sabbato Quattuor Temporum Septembris.

e) de Litaniis maioribus.

3. Aliae commemorationes forte occurrentes ita admittuntur, ut numerum ternarium orationum non excedant.

4. Praeter et post commemorationes sub n. 2 recensitas, ratio commemorationum haec est :

a) In dominicis I classis, in festis I classis, in feriis et vigiliis privilegiatis, et insuper in Missis in cantu vel votivis solemnibus, nulla admittitur commemoratio.

b) In festis II classis, et in ceteris dominicis una tantum admittitur commemoratio.

c) In omnibus aliis diebus sive festivis, sive ferialibus, duae tantum admittuntur commemorationes.

5. Festa commemorata non amplius gaudent : *a) in officio,* versu proprio in responsorio brevi ad Primam, et doxologia propria in hymnis, exceptis diebus de quibus Tit. II, nn. 14-17 ; *b) in Missa,* Credo et Praefatione propria.

Tit. IT - VARIATIONES IN BREVIARIO

a) *De initio et fine Horarum*

1. Horae canonicae, tam in publica quam in privata recitatione, omissis *Pater, Ave* et respective *Credo,* inchoantur absolute, hoc modo :

Matutinum : a versu *Domine, labia mea aperies.*

Laudes, Horae minores et Vesperae: a versu *Deus, in adiutorium.*

Completorium : a versu *lube, domne, benedicere.*

2. In officio tridui sacri et in officio defunctorum omnes Horae, omissis *Pater, Ave* et respective *Credo,* incipiunt ut in Breviario notatur.

3. Item Horae canonicae tam in publica quam in privata recitatione, absolvunt u r hoc modo :

Matutinum (in recitatione privata), Laudes, Tertia, Sexta, Nona et Vesperae : versu *Fidelium animae.*

Prima : benedictione *Dominus nos benedicat.*

A

Completorium : benedictione *Benedicat et custodiat.*

b) *De conclusione officii*

4. Cursus cotidianus divini officii concluditur post Completorium, sueta antiphona B. M. V., cum versículo *Divinum auxilium.*

Indultum et indulgentiae, pro recitatione orationis *Sacrosanctae* concessa, eidem antiphonae finali adnectuntur.

c) *De quibusdam partibus in officio*

5. Hymni proprii quorundam sanctorum certis Horis assignati non transferuntur. In hymno *Iste confessor* numquam mutatur tertius versus, qui erit semper : *Meruit supremos laudis honores.*

6. Antiphonae ad *Magnificat* feriarum tempore Septuagesimae forte praetermissae non resumuntur.

7. Preces feriales dicuntur tantum in Vesperis et in Laudibus officii feriarum IV et VI tempore Adventus, Quadragesimae et Passionis, necnon feriarum IV et VI, et sabbati Quattuor Temporum, excepta octava Pentecostes, quando officium fit de feria.

8. Omnes aliae preces omittuntur.

9. Suffragium sanctorum et commemoratio de Cruce omittuntur,

10. Symbolum Athanasianum recitatur in festo Ss. Trinitatis tantum.

d) De *aliis variationibus*

11. Primae vesperae (sive integrae, sive a capitulo, sive per modum commemorationis) competunt solummodo festis I et II classis, et dominicis.

12. Ad singulas partes officii quod attinet haec serventur :

a) In dominicis et festis I classis nihil innovatur.

b) In festis II classis et in festis duplicibus Domini et B. M. V., ad Matutinum, Laudes et Vesperas fit ut in proprio et in communi ; ad Horas minores ut in psalterio de feria currenti et proprio loco; ad Completorium de dominica.

c) In ceteris festis, vigiliis vel feriis, per omnes Horas fit ut in psalterio et proprio loco, nisi in Matutino, Laudibus et Vesperis antiphonae et psalmi specialiter assignati habeantur.

13. Lectiones de Scriptura occurrenti una cum suis responsoriis, si die assignato dici nequeant, omittuntur, etiam si agatur de « initiis » librorum.

14. In festo sanctorum lectiones I nocturni, si propriae assignatae non habeantur, sumuntur de Scriptura occurrenti : his deficientibus, sumuntur de communi.

Tit. V - VARIATIONES IN MISSALI

a) *De orationibus*

1. Orationes pro diversitate temporum assignatae abolentur.

2. In Missis votivis defunctorum, si in cantu celebrentur, unica dicitur oratio ; si sine cantu, dici possunt tres orationes.

3. Oratio *Fidelium* hucusque praescripta prima feria libera cuiusvis mensis vel feria II cuiusvis hebdomadae, aboletur. In choro, his feriis, Missa conventualis dicitur iuxta rubricas.

4. Collectae ab Ordinario simpliciter imperatae, omittuntur iuxta rubricas hucusque vigentes, et insuper in omnibus dominicis ac quoties Missa in cantu celebretur ; denique quando orationes, iuxta rubricas dicendae, numerum ternarium attigerint.

b) *De quibusdam aliis variationibus*

5. In feriis per annum, si commemoratio alicuius sancti fieri debeat, Missa dici potest, ad libitum celebrantis, vel de feria vel, more festivo, de sancto commemorato.

6. In Missis defunctorum sequentia *Dies irae* omitti potest, nisi agatur de Missa in die obitus seu depositionis praesente cadavere, vel etiam absente ob rationabilem causam, et de die Commemorationis omnium fidelium defunctorum. Hoc autem die sequentia semel tantum dici debet, scilicet in Missa principali, secus in prima Missa.

7. *Credo* dicitur dumtaxat in dominicis et festis I classis, in festis Domini et B. Mariae Virg., in festis nataliciis Apostolorum et Evangelistarum, et Doctorum universae Ecclesiae, et in Missis votivis sollemnibus in cantu celebratis.

8. Praefatio dicitur quae cuique Missae propria est; qua deficiente, dicitur praefatio de tempore, secus communis.

9. In quavis Missa pro ultimo Evangelio sumitur semper initium Evangelii secundum Ioannem, excepta tertia Missa Nativitatis Domini et Missa Dominicae Palmarum.

An. et TOÌ. XXXXVII 22 APRILIS 1955 (SER. II, Y. XXII) - N. 5

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

A

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XII

LITTERAE DECRETALES

I

BEATO DOMINICO SAVIO, CONFESSORI, SANCTORUM CAELITUM HONORES DECERNUNTUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Iuventus bene morata atque virginali florens pudore omnium hominum, eorum etiam qui in flagitia se misere ingurgitaverunt, mentes ad se convertit summaque afficit admiratione ; unde Sanctus Bernardus, officii virtutisque suavis magister, non perperam : *Quid,* inquit, *amabilius verecundo adulescentef (Serm. in Gant.,* LXXXVI ; P. *L.,* CLXXXIII, 1195). Quae suboles, corpore et animo integra et a voluptatum illecebris aliena, scilicet cuius est vita cum pietate coniuncta, praecipuum ornamentum Ecclesiae Catholicae haud immerito dicitur, quae ab ipsis rerum suarum initiis usque ad haec tempora una virginitatem excoluit quam maxime. Neque sine divinae Providentiae consilio contigit ut hac aetate, qua mores magis in dies labuntur, adulescens ex ordine laicorum, pietatis et castimoniae laude insignis, Sanctorum Caelitum honoribus cumularetur, atque adeo universam iuventutem ad sui imitationem provocar et.

Praeclarum hoc christianae civitatis lumen, Dominicus Savio, quem heri sanctitatis laurea honestavimus, non lautis in aedibus nec illustri est sanguine editus, sed obscuro loco natus ; Birgitta enim Gajato, uxor-

Caroli Savio, fabri, cui parva erat res familiaris, lectissimum infantem die secundo mensis Aprilis, anno millesimo octingentesimo quadragesimo secundo, in Taurinensis agri pago, cui nomen *Riva di Chieri,* est enisa, non in spem magnae fortunae, quam homines solent affectare, sed divitiarum immutabilium, quibus animus Dei religione perfusus affluit in aevum sempiternum.

Sacro fonte eodem die lustratus, appellatus est Dominicus, quasi ipso nomine significaretur puerum praeter Dominum nihil spectaturum eique fore addictum deditumque.

Tanti ergo filii animum, superno quodam munere ad candida quaeque nati, parentes, qui in locum, cui appellatio *Murialdo,* commigraverant, omni studio ad religionem **Tectumque** cultum conformabant. Dominicus autem, alienus a nugis, quibus solet aetas puerilis oblectari, iam tum christianam pietatem non communi vulgarique instituto, sed propria quadam animi inductione videbatur complecti.

Mireris igitur puerum vix quinque annorum, cum mane templi ianuam invenisset obseratam, ante ostium in terra, luto vel nivibus obsita, genibus nisum Deo supplicavisse et, qui statura tam brevis esset ut summam aram vix attingeret, sacerdoti sacris facienti Angeli in modum esse famulatum.

Praeterea, cum a tenella aetate esset ei sollemne conscientiam apud sacrae paenitentiae administrum quasi emaculare, egregius pusio, ubi primum, pro ingenii sui modulo, scilicet annum agens septimum, panem communem internoscere coepit et Eucharisticum epulum, hoc primum pastus est. Quod fuit sane peculiari eius pietati tribuendum, quandoquidem temporibus illis tam mature pueris non solebat patere aditus ad mensam divinam.

Itaque caelesti quodam delibutus gaudio, Angelorum iniit convivium, Angelorum deinceps more victurus ; eodem enim die, prudentius quam pro tam infirma aetate, constituit, vitae rationem quasi describens : primo animi perpurgandi causa saepe in posterum pro sacro tribunali se sistere, et, quoties a conscientiae iudice sibi fieret facultas, caelesti pane sese communire; deinde dies festos agere religiose atque cum Iesu et Maria habere omnes amicitiae necessitudines ; mortem demum malle oppetere quam culpa foedari.

Mentem praeterea appellens ad studia, quibus alitur pueritia, cotidie in oppidum Castrum Novum itabat, ut litterarum magistris operam daret, cuius rei gratia sex fere milia passuum singulis diebus Confidebat. Neque ut a recto, quod insistebat, itinere aberraret, a pravis sociis po-

tuit adduci, quin etiansf condiscipulos, praeclari exempli facem praeferens mollique usus suasione, ad probitatem studebat revocare. Egregio quoque instructus ingenio, quemadmodum magistri eius sunt testati, mirum quantum profecerit in disciplinis, ita ut primae eidem solerent deferri.

Videtur autem Deus famulum monuisse, *non habere nos hic manentem civitatem* (Cf. *Hebr.,* XIII, 14), cum parentes iterum, anno vergente millesimo octingentesimo quinquagesimo tertio, alio sint profecti, in pago *Mondonio* sedem ac domicilium collocatum.. Ubi Dominicus non solum a pristina consuetudine haud recessit, sed virtutum etiam crevit laude ; ferunt enim, cum magister Dominicum, innocentem puerum, in quem sodales crimen coniecerant, acriter obiurgaret, eum tacuisse ut Servatorem, ab inimicis in culpam vocatum, imitaretur, neve condiscipulum, cui poena erat irroganda, proderet.

Unum autem post annum divus Ioannes Bosco, adulescentium pater, omnium Christifidelium praeconio celebratus, cum rusticaretur apud Castrum Novum, Dominicum convenit, statimque sanctus vir sanctum agnovit puerum, et alter alterum in necessitudinem recepit. Neque mora : nam sacerdos eum in alumnis sacri ephebei Taurinensis, seu *oratorii,* quod vocant, a Sancto Francisco Salesio appellati, ascripsit, quod quasi theatrum futurum erat eximiae virtutis suavis huius adulescentuli.

Officii enim retinens, muneris sibi iniuncti omnes exsequebatur partes, atque, Ioanne Bosco pietatis magistro usus, hoc unum affectavit, unum hoc est annisus, ut sanctitudinem adipisceretur. Ab eo etiam didicit Domino servire cum animi laetitia, atque, quantum pro infirma liceret valetudine, voluntaras cruciatibus se castigare.

Anno autem millesimo octingentesimo quinquagesimo quinto, dum ver viridantes explicat gemmas, nova quadam impulsione actus est piissimus puer ad caelestis vitae genus amplectendum in terris. Etenim, postquam prudens idem moderator alumnos praeclaro est sermone cohortatus ut, pro aeterna salute decertantes, immortales consectarentur coronas, Dominicus totus fuit in colenda virtute.

Sciscitanti igitur Ioanni Bosco, cur esset conditus in altitudinem, respondit animum suum sanctitatis desiderio exarsisse, nec multo post confessus est oportere se sanctimoniam consequi; Deum enim velle ut sanctus ipse evaderet homo.

Quod honestum consilium probans, idem sacrae disciplinae magister Dominico haec ad obtinendum, quod intenderet, quasi instrumenta praescripsit : primo ut constans esset in servanda modesta hilaritatë ; deinde

ut in pietatis officiis atque in studiis impiger versaretur ; ut demum una cum ceteris sodalibus ludicrum tempus viribus revocandis impenderat.

Quae consilia quanta animi constantia ac fortitudine Dominicus in rem adduxerit eventus ipse monstravit.

In primis incredibili animi fervore et alacritate in augustum ferebatur Eucharistiae Sacramentum. Sollemne propterea ei erat Christum panis sub specie latentem cotidie religionis causa visere, et, postquam facta est ipsi facultas, singulis quoque diebus eiusdem Domini Corpus suscipere.

Quo in pietatis studio defixus, erga Deiparam tamquam filius erga matrem erat animatus, eam adamabat mirifice perpetuisque venerabatur obsequiis. Cum igitur anno millesimo octingentesimo quinquagesimo quarto sollemnia agerentur ob pronuntiatum a Summo Pontifice doctrinae caput, quo credimus Beatam Mariam Virginem fuisse ab origine omnis labis expertem, Dominicus, ante Dei Genetricis aram genibus nisus, eidem se devovit eamque praecipuam adoptavit apud Deum Patronam. Eius honori peculiare opus condere in animum induxit, idque dum floreret aetate, dum tempus nempe sibi suppeteret ; instituit enim sodalitatem a Beata Maria Virgine sine labe concepta, in qua ii asciscerentur pueri, quibus esset propositum ut ad sanctimoniam ipsi, Deiparam praesertim excolendo, contenderent, ceteris forent auctores vitae probae et integrae iisque, rebus in afflictis, christianam afferrent levationem.

Tam alta igitur mente praeditus puer divino quodam instinctu ad sacerdotium nitebatur, atque, Salesianae familiae legiferi patris exemplo, Deum precibus compellans, ut *sibi animas daret,* studio inflammiabatur salutis alienae. Itaque, discipulus cum esset, sociis aliisque aequalibus exstitit christianae doctrinae praeceptor, neque dubitavit monere eos, quamvis aetate maiores, qui exsecranda in Deum verba emoverent. Pro summa quoque morum festivitate, interdum urbanis facetiis vel propositis praemiis sodales induxit ut animi sordes apud sacerdotem rite expiarent atque caelestis epuli fierent participes. Rudibus praesertim et illiberalibus sociis operam navavit atque studium, pacemque inter altercantes admirabili sagacitate conciliavit.

Qua autem erat verecundia, graviter solebat morari eos, qui vel subobscenum aliquid dicerent, admitterent. Castimoniam enim ipse coleus quasi summum animi ornamentum, inviolato pudore vitae illecebras transivit ; hanc ut servaret, cupiditates frangere consueverat, praesertim oculos cohibere, ita ut Sanctum Aloisium imitatione propius expri-

meret, ac denique praegracile corpusculum voluntariis castigationibns macerare.

Dominiens ergo, cum tam breve aevum maxima cum pietate traduceret, iis est dignatus muneribus, quibus solet sanctitas etiam in terris commendari. Etenim, quemadmodum Sanctus Ioannes Bosco, spectator ac testis gravissimus, narrat, coram Augusto Sacramento, mente quasi a corpore revocata, visus est preces perpetuans ; ad virum quendam animam agentem, qui a fide catholica defecerat, eundem deduxit Ioannem Bosco, valde mirantem quod puer, qui vitam duceret umbratilem, periculum homini illi impendens cognovisset.

Itaque, omnes cogitationes, omnia studia sua in uno Deo figens, iam in fastigio sanctitatis stetit, qui modo coepisset ascendere, metam tetigit, qui vix currere instituisset. Propter adversam valetudinem sacrum illud ephebeum relinquere coactus, moderatores ac sodales, instantis mortis haud inscius, valere iussit et, ut omnes in beata Caelitum sede videret, vota fecit. Aegritudinis molestias dum forti tolerat animo, mentem ab humanis rebus semovit ; laetus e terra concessit, cui non haeserat, ad caelum properavit, in quo iam diu cogitatione erat versatus ; e puri corporis quasi receptáculo purus dimissus est animus ut, qui virgo piaculum non admisisset, virginum praemio citius in aevum f meretur.

Vespere ergo diei noni mensis Martii, anno millesimo octingentesimo quinquagesimo septimo, in pago *Mondonio* omnibus Ecclesiae praesidiis comparatus est ad vitae exitum. Brevi correptus somno, confestim oculos aperuit, suave exclamans : *Yale, bone pater! Oh, quam mira video!* atque, ad domum sempiternam Dei evectus, videre perrexit ea, quae mortalium aspectu nequeunt comprehendi.

Morti tam praeclari adulescentuli, qui, caelestis beatitatis particeps, castimoniae, sanctitudinis, humanitatis suae triste desiderium reliquit, parentes, praepositi, sodales sunt illacrimati.

Exanime corpus, funere honeste celebrato, in eiusdem pagi sepulcreto fuit tumulo confectum; unde post quinquaginta annos in Taurinense Templum Beatae Mariae Virginis Auxiliatricis, scilicet in suae societatis sedem praecipuam, Salesiani sodales illud transferendum curaverunt. Quos ergo vivens habuerat principes ac magistros ad ineundam sanctissimae vitae rationem, cum iis est mortuus Dominicus Savio coniunctus.

Ea etiam statim post obitum coepit florere virtutum fama, quae mortalium omnes ápices transcendit ; eam autem Deo, uti ferebant, caelesti-

bus signis confirmante, causa de Beatorum Caelitum honoribus famulo Dei decernendis agi coepta est.

Ordinariis igitur, quos dicunt, processibus rite institutis de eius vitae sanctimonia iisque a Sacra Rituum Congregatione probatis, Sanctus Pius X, Decessor Noster, introductionis causae commissionem die undecimo mensis Februarii, anno millesimo nongentesimo quarto decimo, sua signavit manu.

Processibus deinde Apostolicis rite absolutis, de virtutibus theologalibus et cardinalibus Servi Dei disceptatum est, quas, post acres investigationes probationesque, eundem heroum in modum coluisse Pius XI, item Decessor Noster, edito decreto die nono mensis Iulii, anno millesimo nongentesimo tricesimo tertio, pronuntiavit. Cum deinde quaereretur de miraculis, quae, venerabili famulo Dei deprecante, a Deo ferebantur patrata, ac de quibus in Sacrae Rituum Congregationis coetibus actum est, Nos, die undecimo mensis Decembris, anno millesimo nongentesimo undequinquagesimo, lato decreto sollemniter diximus: *Constare de duobus propositis miraculis, videlicet de instantánea perfectaque sanatione cum pueri Sabatini Albano a gravissima septicohaemia cum bronchio-pneumonía bilaterali basilari, néphrite acuta haemorrhagica et séptica meningite, tum Mariae a Consolatione Adelantado a gravi fractura comminuta intra-articulari cum luxatione articulari et ulceratione in sinistro cubito.*

Hisce autem miraculis rite probatis, unum supererai dubium excutiendum, an, scilicet, venerabilis Dei famulus inter Beatos Caelites tuto foret recensendus. Quod dubium a dilecto Filio Nostro Alexandro Cardinale Verde, Causae Relatore, propositum fuit in generali Sacrae Rituum Congregationis conventu, die tertio decimo mensis Decembris, anno millesimo nongentesimo undequinquagesimo, coram Nobis celebrato ; omnesque tum Patres Cardinales, tum eiusdem Sacrae Congregationis Consultores unanimo consensu id affirmaverunt. Nos vero, impensis ad Deum precibus admotis, die tandem duodecimo mensis Ianuarii, anno millesimo nongentesimo quinquagesimo, astante venerabili Fratre Nostro Clemente Cardinale Micara, Sacrae Rituum Congregationis tum Praefecto, et, quem diximus, Alexandro Cardinale Verde, atque dilectis Filiis Alfonso Carinci, eiusdem Sacri Consilii Antistite ab actis, et Salvatore Natucci, Fidei Promotore Generali, sollemniter pronuntiavimus : *Tuto procedi posse ad Venerabilis Dominici Savio Beatificationem.*

Quae quidem sacra in Vaticana Basilica, Christifidelium multitu-

dine plurimisque Salesianae Societatis sodalibus atque adulescentibus astantibus, die quinto mensis Martii, eodem quem memoravimus anno, translaticio Sedis Apostolicae ritu celebrata sunt.

Cum vero, novensili Beato deprecante, alia a Deo dicerentur patrata prodigia, Causa de Sanctorum Caelitum honoribus eidem decernendis paulo post resumpta fuit. Institutis igitur apostolicis, quos dicunt, processibus de miris sanationibus, eodem hoc Beato suffragante, impetratis, duae ab actoribus sunt propositae, quibus Dominici Savio sanctitas comprobaretur.

Primum miraculum contigit Mariae Porcelli, Villelmi Gianfreda cuiusdam uxori, gravissimo correptae morbo, quem medici appellant *anhaemiam acutam ob intraperitonealem haemorrhagiam.*

Omni spe sanationis ad irritum redacta, atque aegrota in summum adducta discrimen, medicus ipse die vicesimo quarto mensis Martii, anno millesimo nongentesimo quinquagesimo, Beati Dominici Savio auxilium imploravit. Paulo post inclinata iam in melius infirmae valetudo est, atque vespere eiusdem diei omnia mortifera morbi signa disparue r unì. Quam sanationem perfectam fuisse atque vires excessisse naturae viri artis medicae periti affirmaverunt.

Nec minus perspicuum fuit alterum miraculum, quod accidit Antoniae Micelli, uxori Eugenii Miglietta, morbo affectae, quem medici edixerunt *sinusitem maxillarem purulentam chronicam reacutizatam dexteram cum prognosi reservata* quod ad valetudinem. Admotis autem ad Beatum Dominicum precibus, die octavo mensis Martii, eodem anno, extemplo aegrota ad sanitatem plane, praeter vires naturae, rediit.

De utraque sanatione ex more cum in medicorum Collegii conventu, tum in sueto S. Rituum Congregationis comitio, ac postremo coram Nobis die quarto mensis Maii, hoc anno, disceptatum est ; quo in generali conventu, Alexandro Cardinale Verde, Causae Relatore, dubium propo nente : *An et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum de quo agitur,* omnes, qui affuérunt, cum Patres Cardinales tum Praelati Officiales et Consultores cunctis sententiis id affirmaverunt. Quod responsum probantes ratumque habentes, ediximus : *Constare de instantánea perfectaque sanatione cum Mariae Gianfreda Porcelli ab anhaemia acuta ob intraperitonealem haemorrhagiam, tum Antoniae Miglietta Micelli a sinusite maxillari purulenta chronica reacutizata dextera.*

Quibus expletis, Nos S. R. E. Cardinalium, S. Rituum Congregationis Officialium, Praelatorum et Consultorum vota scripto relata con-

firmantes, die octavo eiusdem mensis Maii decretum ediximus: *Tuto procedi posse ad sollemnem B. Dominici Savio Canonizationem.*

Considerantes vero de re gravissima agi, Consistorium indiximus in diem vicesimum mensis Maii, hoc anno, ut in eo Patrum Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum et Abbatum « nullius», Consistorii die in Urbe futurorum, sententiam exquireremus de Canonizatione Pii X, Pontificis et Confessoris ; Petri Aloisii Chanel, Martyris, Sodalis Societatis a Maria ; Gasparis Del Bufalo, Confessoris, Auctoris Congregationis Missionariorum a Pretiosissimo Sanguine ; Iosephi Pignatelli, Confessoris, e Societate Iesu ; Dominici Savio, Confessoris; et Beatae Mariae Crucifixae Di Rosa, Virginis, Legiferae Matris Instituti Ancillarum a Caritate. Ante statutum autem diem, iussimus ut ad eos qui Consistorio essent interfuturi commentaria mitterentur de vita, virtutibus, miraculis et de Causis singulorum Beatorum, quorum mentionem fecimus, ut, re plane cognita, sententia ferri posset.

Quod Consistorium die, quem diximus, vicesimo mensis Maii in certa Vaticani Palatii aula celebratum est; in quo postquam Nos brevi oratione astantes allocuti sumus, dilectus Filius Noster Caietanus S. R. E. Cardinalis Cicognani ostendit aequum esse ut Beatorum illorum et Beatae illius, quos diximus, memoria summis consecraretur honoribus ; atque a Nobis postulavit ut ad optatissimum Canonizationis ritum quam primum deveniremus.

Quibus peractis, Nos astantes Cardinales et sacrorum Antistites rogavimus ut quid de propositis Causis sentirent singuli Nobis significarent.

Omnium ergo suffragiis exceptis, laeto animo didicimus ab iis concordi sententia Beatos illos ac Beatam illam plane dignos aestimari qui fulgido Sanctorum diademate decorarentur. Nos propterea diem diximus eiusmodi sollemnibus in Vaticana Basilica celebrandis. Quod attinet ad Canonizationem Dominici Savio et aliorum quattuor Beatorum, quos post Pium X memoravimus, diem statuimus duodecimum mensis Iunii.

Interea astantes Purpuratos Patres et sacrorum Antistites atque universos Christifideles rogavimus ut suas Nostris precibus adiungere vellent, ut fausta ac salutaria, quae iam praestolabamur, catholicae rei obvenirent.

De hisce omnibus ut iuridice confluerent acta Protonotariis Apostolicis qui aderant mandavimus.

Cum autem praestitutus dies illuxit Beato Dominico Savio aliisque, quos diximus, Sanctorum corona decorandis, cuncti saecularis et regularis cleri ordines, plurimi Romanae Curiae Praelati et Officiales non

pauci Abbates, plures sacrorum Antistites, atque amplissimum Patrum Cardinalium Collegium in Vaticanum Palatium convenerunt. Quibus omnibus sollemni supplicantium ritu procedentibus ac precationes Caelestium Curiae admoventibus hymnumque <(Ave, Maris Stella » Praecinentibus, Nos ipsi, e sacello Sixtino exeuntes, hora sexta post meridiem, in Petrianae Basilicae forum, magno fidelium ex universo paene terrarum orbe numero frequens, descendimus et ad Solium Nostrum, ante maiorem eiusdem Basilicae portam iam collocatum, perreximus.

Tunc, praestita Nobis ab astantibus Cardinalibus oboedientia, dilectus Filius Noster Caietanus Cardinalis Cicognani, perorante dilecto filio Camillo Corsanego, Consistorialis Aulae Advocato, *instanter, instantius, instantissime* postulavit ut Nos Beatum Dominicum Savio et quattuor alios Beatos, quos iam diximus, summis sanctitatis honoribus decoraremus. Cui Consistoriali Advocato per dilectum Filium Antonium Bacci, ab epistulis ad Principes, respondimus iam in eo esse ut Nos huiusmodi postulationi concederemus.

Hymnum itaque « Veni, Creator Spiritus » cum confertissima fidelium turba cañen tes, a Divino Paraclito imploravimus ut superni luminis copia magis magisque menti Nostrae coruscaret. Dein in divi Petri Cathedra sedentes, ut supremus universae Christi Ecclesiae Magister, sollemniter pronuntiavimus : *Ad honorem Sanctae et individuae Trinitatis, ad exaltationem Fidei Catholicae et Christianae Religionis augmentum, auctoritate Domini Nostri Iesu Christi, Beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implorata, ac de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum et Episcoporum in Urbe exsistentium consilio, Beatos Petrum Aloisium Chanel, Märtyrern, Gasparem Del Bufalo, Iosephum Pignatelli, Dominicum Savio, Confessores, et Mariam Crucifixam Di Rosa, Virginem, Sanctos et Sanctam esse decernimus et definimus, ac Sanctorum catalogo ascribimus: statuentes eorum memoriam quolibet anno die eorum natali, nempe Petri Aloisii die vicesima octava Aprilis inter Sanctos Martyres, Gasparis die vicesima octava Decembris, Iosephi die decima quinta Novembris, Dominici die nona Martii inter Sanctos Confessores non Pontifices, et Mariae Crucifixae die decima quinta Decembris inter Sanctas Virgines non Martyres pia devotione recoli debere. In nomine Papßtris et FiÇfclii et SpiritusffcSaneti. Amen.*

Qua formula prolata, precibus annuentes eiusdem Cardinalis Cicognani, per eundem Advocatum Consistorialem Nobis oblatis, hasce De-

creíales sub plumbo Litteras confici et expediri iussimus, praesentibus vero Protonotariis Apostolicis ut de bac Canonizatione publicum confluerent instrumentum mandavimus. Deinde, postquam sermonem de novensilium Sanctorum virtutibus habuimus, ut gratias omnipotenti Deo haberemus, hymnum « Te Deum laudamus » cum astantibus cecinimus, atque Sanctorum illorum ac Sanctae illius patrocinium primi invocavimus.


Mane vero huius diei, venerabilis Frater Noster Eugenius, Episcopus Suburbicaria Ostiensis ac Portuensis et S. Rufinae, S. R. E. Cardinalis Tisserant, S. Collegii Decanus, in Petriana Basilica, magnifice exornata, divinum sacrificium ad aram maximam pontificali ritu litavit, cui Nos e Solio Nostro affuimus praesentes.

Omnibus itaque, quae inspicienda erant, bene perpensis, certa scientia ac de Nostrae Apostolicae auctoritatis plenitudine, quae supra memoravimus, confirmamus atque universae Christi Ecclesiae denuntiamus, mandantes ut harum Litterarum exemplis vel excerptis, etiam typis impressis, manu tamen alicuius Apostolici tabellionis subscriptis et sigillo munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae iisdem hisce Nostris Litteris haberetur, si ostenderentur.

Nemini autem iis, quae per has Litteras Nostras statuimus, obniti liceat. Quod si quis temere ausus fuerit, indignationem omnipotentis Dei et Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit moturum.

Datum Romae apud S. Petrum, die tertio decimo mensis Iunii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo quarto, Pontificatus Nostri sexto decimo.

Ego PIUS, Catholicae Ecclesiae Episcopus.



✠ Ego EUGENIUS Episcopus Ostiensis ac Portuensis et S. Rufinae Cardinalis TISSERANT, Sacri Collegii Decanus.

✠ Ego CLEMENS Episcopus Veliternus Cardinalis MICARA.

£B Ego IOSEPH Episcopus Albanensis Cardinalis PIZZARDO.

£8 Ego BENEDICTUS Episcopus Praenestinus Cardinalis ALOISI MASELLA.

Ego Fr. ADEODATUS IOANNES Episcopus Sabinensis et Mandelensis Cardinalis PIAZZA.

Ç$ Ego FRIDERICUS Episcopus Tusculanus Cardinalis TEDESCHINI, Datarius Sanctitatis Suae.

Ego ALEXANDER- titulo S. Mariae in Cosmedin Presbyter Cardinalis VERDE.

Ego PETRUS titulo S. Crucis in Hierusalem Presbyter Cardinalis FUMASONI BIONDI.

Ego CELSUS titulo Ss. Nerei et Achillei Presbyter Cardinalis COSTANTINI, S. R- E. Cancellarius.

Ego CAIETANUS titulo S. Caeciliae Presbyter Cardinalis CICOGNANI.

Ego VALERIUS titulo S. Silvestri in Capite Presbyter Cardinalis VALERI.

Ego PETRUS titulo S. Praxedis Presbyter Cardinalis CIRIACI.

Ego NICOLAUS S. Nicolai in Carcere Tulliano Protodiaconus Cardinalis CANALI, Paenitentiarius Maior.

Ego IOANNES S. Georgii in Velo Aureo Diaconus Cardinalis MERCATI.

Ego ALAPHRIDUS S. Mariae in Domnica Diaconus Cardinalis OTTAVIANI.

CELSUS Card. COSTANTINI
S. *R. E. Cancellarius*

CAIETANUS Card. CICOGNANI
S. *Rituum Congregationis Praefectus*

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

Albertus Serafini, *Proton. Apost-*
Silvius Sericano, *Proton. Apost.*

Loco Plumbi

Expedita die XXII Dec. anno Pontif. XVI.

In Cane. Ap. tab., vol. LXXXVIII. n. 78.

II

BEATAE MARIAE CRUCIPIXAE DI ROSA, LEGIFERAE MATRI INSTITUTI ANCILLARUM A CARITATE, VIRGINI, SANCTORUM HONORES DECERNUNTUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Sinceram caritatem esse summam christianae religionis Sacrae Litterae aperte testantur: cum enim quaesivisset a Christo scriba quod esset princeps ac praestantissimum universae Legis mandatum, respondit Iesus ante omnia prorsus esse Deum toto pectore diligendum ; alterum autem praeceptum huic simile esse : quo scilicet alios homines pari atque nosmetipsos amore et caritate prosequamur. Cetera vero divini codicis iussa, sive praescriptiones prophetarum, hoc bino mandato contineri.

Necesse est igitur eum qui sancta Christi vult premere vestigia, firmissimo dilectionis fundamento erga Deum et homines niti, quo si careat, nullam potest ne virtutem quidem attingere, nedum sanctitatem consequi.

Quae cum ita sint, placet Nobis, in cuius manibus posuit Deus christiani gregis custodiam, exempla honestissimae ac sanctissimae mulieris vobis consideranda proponere, quae nihil omnino sibi parcens, omnia sua consilia et cogitationes ad Dei amorem rettulit, industriamque suam omnem cunctosque labores in civium utilitatem impendit.

Dives ac benigna terra, quae puellam edidit die sexto mensis Ianuarii, anno millesimo octingentesimo decimo tertio, Brixia est, Cisalpinae regionis urbs ; parentes vero, per quos vitales auras hausit, fuere Clemens Di Rosa, Eques, et Camilla ex Comitibus Albani, homines omni virtutum laude cumulati. Qui natae puellae, cum aquis Baptismi ablueretur, nomina indiderunt Paulae, Franciscae, Mariae.

Cum Paula septimum aetatis annum attigisset, sacro chrismate inuncta est : cum vero undecimum ageret, digna visa ut Christo, in Eucharistiae Sacramento latente, pasceretur. Qui sane praesenti suae gratiae pignore ea quae ipsa de adipiscenda sanctitudine proposuerat, menteque agitabat, firmavit.

Haud multo post, gravissimo eoque pernicioso morbo correptae iam

nihil superesse videbatur praeter sepulcrum ; sed Dei bonitate et misericordia omnino convaluit. Amissa misere matre, sacris virginibus traditur custodienda, quae a Beatae Mariae Virginis Visitatione cognominabantur. Quibus moderantibus, impossibile est dictu quantum modestia, pietate, doctrina puella profecerit.

Siquando vero quaeritur ab ea quidnam cum Christo loquatur tot horis consumptis in precibus fundendis, respondit Paula candido ore se hoc unum a Deo expostulare ut, eius amore capta, omnia possit ipsi et cum ipso pati.

Domum reversa, quae sibi cotidianae vitae essent proposita et instituta scripto adumbrat : velle se mane non modo maturius e lectulo surgere, atque per unius horae spatium christianas veritates intento animo commentari, sed etiam et sacro cotidie adesse, et Christo in Eucharistiae Sacramento sincera pietate vesci ; quo iuvante cupiditates sensusque suos omnes, at praesertim oculos, refrenare, modestissimoque cultu corporis uti.

Quo vero magis Deo placeret, oblatam sibi a perillustri viro honesti conubii condicionem quasi fastidiens respuit, et sponsionem cum Iesu Christo fecit se in posterum quoque tempus castissime et sanctissime esse vic turam.

Interea eius pater, cum eximiam Paulae virtutem et industriam perspectam haberet, tum domus negotia ei curanda tradit, tum, paulo post officinae filis bombycinis nendis, quam Aquaefrigidae, haud longe a Mantua, habebat regimen dat. Videres igitur puellam amabili bonitate inter operarías versari, earum commodis et utilitatibus inservire earumque animos diligenter christiana imbuere veritate.

Eius autem eximia animi virtus et fortitudo tunc maxime patuit pulcherrimoque enituit, cum Brixiae quoque fines cholera morbus pervasit. Qua tempestate, cum aegrotus in aegrotum caderet, omnesque cives, contagio ferriti, ab iis abhorrèrent, Paula publicum valetudinarium cum quadam amica ingressa, egentibus adest. Eo vero nobiliore exemplo aliae quoque puellae raptae, eius vestigia sequuntur miserisque praesto sunt.

Exstincto morbo, cum Paula persensisset se huius vitae genere trahi, quo meliore poterat modo, inceptum opus persequi voluit. Huius rei gratia valetudinarium cotidie adibat, eximiae caritatis plurima edens exempla. Nec interim alia virtutis opera omittebat. Nam et regimine suscepto Domus ab industria, quae dicebatur, sollicitam puellarum curam egit, quae se vitiorum illecebris dederant; et ludum suo sumptu aperuit

surdis et mutis mulieribus ; et in informanda christianis veritatibus iuventa incubuit, si posset meliorem facere et ad pietatem reducere.

Manebant tamen eam longe alii labores, quos Dei instinctu susceptura erat. Cum enim animadvertisset in valetudinario aegrotos accuratiore egere vigilantia, tum primum de collegio sacrarum virginum condendo cogitavit quae iisdem assisterent.

Quod consilium cum sive Episcopus Brixiensis sive civiles potestates probavissent, Paula emptas patris pecunia nonnullas aedes necessitati accommodât, ac mense Maio ineunte anni millesimi octingentesimi quadragesimi, exiguam amicarum manum eodem colligit. Quae volentes dilectionem, qua in Deum et in ceteros homines ferebantur, ipsa quoque appellatione profiteri, se cognominari censuerunt : <(Ancillas a Caritate ».

Quandoquidem vero solent in hominum vita tristia laetis alterne succedere, ideo factum est ut, etsi Episcopus et longe maxima civium pars Paulae facta eiusque sodalium comprobabant, invidi tamen homines odia, iniurias, criminationes primo spargerent in populum, tum apertius apud omnes, mox ad aures civilis potestatis déferrent. Res eo pervenit ut inceptum opus paene mergeretur, immenso Paulae omniumque Ancillarum dolore.

Deo autem propitio, et adversa rerum hominumque voluntas paulatim cedere coepit, et Praefectus civitatis Mediolanensis Christi virgines magnifice laudavit. Quae insuper, anno millesimo octingentesimo quadragesimo tertio, novam Domum sibi a piissimo Paulae patre conditam laeto animo habitare coeperunt.

Sed praeterquam quod Paula nonnullas sui operis adiutrices morte amisit, et ipsum Cremonensem Episcopum, qui ei firmo praesidio erat, tot mala, incommoda, perturbationes passa est, ut sive corpus sive animus miseriarum cumulo quasi conficeretur. Haec tamen rerum adversarum procella eius coepta fecundasse videtur, cum ea id temporis mirum in modum fioruerint.

Haec inter, anno millesimo octingentesimo quadragesimo septimo, sacrum Consilium Episcoporum et Regularium, quod dicebatur, sollemni decreto edito, Ancillarum a Caritate sodalitatem probavit amplissimasque verbis laudavit.

Sed iam subit atrocis belli saeva tempestas, cum tot Cisalpinae regionis urbes, Austrorum imperium detrectantes, rebellarunt : quas inter Brixia quoque fuit. In ea rerum iniquitate Ancillae a Caritate, nulli parcentes neque operi neque labori, aegrotis, miseris, sauciatis, perfu-

gis, tanta cura affuerunt, ut sive de religione sive de patria quam qui optime mererentur.

Iis vero diebus exactis, cum iterum cholera morbus omnem regionem appeteret, rogantur Ancillae ut diro contagio tactos in publico valetudinario curent. Quae omnes, nulla excepta, genu flexo coram Paula, in summo beneficio impetrarunt ut ad id muneris potissimum eligerentur.

Sed iam Christi virgo aliam calamitatem passa est : nam anno millesimo octingentesimo quinquagesimo, eius pater pio exitu moritur. Tunc Paula, iam sola et ab omni terrenarum rerum affectu omnino expedita, uni Deo adhaerere potuit ac sodalitati servire.

Quae si, iuvante Dei gratia, fines longe lateque diffundebat, ac, ceu arbor, iucundis ferax decorabatur frondibus, floribus, unum tamen ei deerat, quod rem fere contineret : ut, videlicet, tum Romani Pontificis tum Austriaci Imperatoris decreto sanciretur.

Huius ergo rei obtinendae magna spe acta, Paula Romam petit; ibique, cum in conspectu Summi Pontificis Pii IX, Decessoris Nòstri, stetisset, ea sapientia et efficacitate sodalitatis causam egit, ut vix aliquot exactis diebus, die scilicet vicesimo secundo mensis Decembris, anno millesimo octingentesimo quinquagesimo, et normae et leges, quas Ancillis servandas praescripserat, Pontificis oraculo omnino probatae fuerint.

Paulo post, tandem Imperatore consentiente, ad iuridicam Societatis Ancillarum constitutionem ventum est. Quae sollemnissimo ritu ac magna populi frequentia die duodevicesimo mensis Iunii, anno millesimo octingentesimo quinquagesimo secundo, Brixiae, in templo S. Laurentii, celebrata est.

Eo candidissimo die Paula, sacra induta veste, Christo, Dei Filio, se suamque vitam iterum devovet, sumpto Mariae Crucifixae cognomine, quo aperte eius patiendi voluntas significaretur. Volens autem promissis stare, eodem ipso die omnibus bonis, quae habebat, Ancillarum coetum liberali animo donavit, nihil omnino suis usibus servans.

Cum vero recens conditae sodalitatis, omnibus probantibus, Antistita electa fuisset, incredibile est dictu qua sollertia, rebus saepe adversis, allaboraverit ut eiusdem sodalitii vires augeret. Qua de re, et nova huc illuc condidit sacra domicilia, et puellarum curam suscepit, et pueros, quos inhumanae matres deseruissent, custodivit, et domos denique excipiendis mulieribus parituris, civilis auctoritatis rogatu, rexit et administravit.

Quae dum peragit studiosissima Christi famula, novo eoque acutis-

simo morbo temptatur; sed Ancillis perdolentis Christi Matris opem implorantibus omnino convaluit.

Nec tamen adversa sistunt: ex improviso enim cholera morbus, ceu effuso maiorum imbre, sua contagione regionem pervadit, et, scatentibus iam miseria valetudinariis, tertio expetitur Ancillarum caritas. Quod ad Mariam Crucifixam attinet, iam inexorabilis dies adventabat, quo subeunte vita cederet. Cuius rei quasi praescia, vel magis animi alacritatem incendere visa est, sive novis caritatis operibus impigre excitatis, sive praecipue novis Domibus in Dalmatia et in Italia aedificatis. Cum autem a pago Bussolengo, quem Itali dicunt, rediret, graviter aegrotare coepit. Cumque certo praesentiret supremum diem sibi imminere, properavit Brixiam, civitatem suam, contendere; ibique, Immaculato conceptu dulcissimae Christi Matris sollemnibus supplicationibus celebrato, die quinto decimo mensis Decembris, anno millesimo octingentesimo quinquagesimo quinto, sacro Eucharistiae Sacramento recreata, morte lumina clausit Deoque maximo animam reddidit.

Cuius piissimae ac placidissimae mortis nuntium cum cito fama in urbem pervulgasset, haec una in populum serpere vox: « Sororem scilicet Mariam Crucifixam esse Sanctam ».

Quae populi opinio non irrita, non vana fuit. Nam cum post mortem varia prodigia, eadem Dei famula deprecante, a Deo ferrentur patrata, de beatorum Caelitum honoribus eidem decernendis Causa coepta est agitari.

Itaque, cum in episcopali Brixiensi Curia de eius vitae sanctimonia inquisitiones, ordinaria auctoritate institutae, rite absolutae fuissent, cumque S. Rituum Congregatio easdem probavisset, S. Pius X, Decessor Noster, adhibitis sibi precibus concedens, die decimo mensis Decembris, anno millesimo nongentesimo tertio, ut Causa induceretur indulsit.

Ceteris ad normam iuris religiose exactis, inquisitiones apostolicae habitae sunt de venerabilis servae Dei virtutibus sive theologalibus sive cardinalibus, quas heroicum gradum attigisse Pius XI, Decessor Noster, omnibus rite perpensis, die decimo mensis Iulii anno millesimo nongentesimo tricesimo secundo sollemni sanxit decreto.

Tum quaestio de miraculis, quae eadem Dei virgine deprecante patrata dicebantur, prius in antepraeparatorio et praeparatorio Sacrae Rituum Congregationis comitiis agitata fuit, ac deinde in generali coram Nobis habito. Quibus rite peractis, Nos, ad altare .sacris operati, die vicesimo quinto mensis Februarii anno millesimo nongentesimo quadragesimo sollemniter decrevimus: *constare de duobus miraculis a Deo per vene-*

rabilis Mariae Crucifixae Di Rosa intercessionem patratis, nempe : de instantánea perfectaquesanatione tum Carolinae Zucchi a morbo Pottiano cervicali et dorsuali cum medullari compressu, cum Rosae Gottardi a gravissima syndrome hepática ex retentione biliari.

Unum porro post haec erat discutiendum : an, stante approbatione virtutum et duorum miraculorum, venerabilis Dei famula Maria Crucifixa Di Rosa ad beatorum Caelitum honores tuto provehi posset. De quo dubio die quinto mensis Martii, eodem anno millesimo nongentesimo quadragesimo, coram Nobis actum est, qui, secunda omnium sententia audita, die decimo septimo eiusdem mensis et anni proprio sanximus decreto : *tuto procedi posse ad sollemnem venerabilis servae Dei Mariae Crucifixae Di Rosa Beatificationem.*

Huius autem Beatificationis sollemnia statis celebribusque caerimoniis in Vaticana Basilica die vicesimo sexto mensis Maii, eodem anno, magno cum splendore ingeniique populi frequentia habita sunt.

Cum vero post decretos eidem Beatae supernorum Caelitum honores eiusdem percrebuisset cultus, et ipsa deprecante, nova dicerentur a Deo effecta miracula, supplices Apostolicae huic Sedi preces admotae sunt ut Causa eiusdem Beatae sanctitatis infula decorandae resumeretur. Quibus votis die septimo mensis Ianuarii anno millesimo nongentesimo quinquagesimo primo libenter ipsi annuimus.

Duo propterea miracula Sacrae Rituum Congregationi proposita sunt quae hic breviter narrantur.

Prius miraculum Ioanni Alberti contigit, Bagolini, in oppido Brixiensis dioecesis, qui ob acutam appendicitem cum peritonite pariter acuta iam iam erat obiturus. Sed cum sanationis petendae causa novendiales supplicationes honori beatae Mariae Crucifixae coeptae essent, octavo precationis die fere exacto, aegrotus e morbo omnino convaluit.

Alterum miraculum mulierem quandam spectat, nomine Magdalenam Salvioni, Ioannis Baptistae Benellini uxorem, ex oppido <(Sabbio Chiese », in Brixiensi dioecesi. Quae ob ileum postoperatorium ex adhaerentiis tam graviter aegrotabat, ut infausta omnino a medicis edita fuerit prognosis quoad vitam ipsam infirmae. Cum vero eius vir eiusque necessarii beatae Mariae Crucifixae opem enixe imploravissent, cumque ipsa infirma eiusdem Beatae imaginem dolenti corporis parti imposuisset, altero die repente sana facta est et a quovis confirmata languore.

De quibus miraculis sive periti medici sive Sacrae Rituum Congregationis medicorum Collegium disceptaverunt atque, omnibus perpensis

adiunctis, huiusmodi sanationes naturae vires prorsus excessisse pronuntiaverunt.

Sive de priori sive de altera sanatione tum in praeparatorio Sacrae Rituum Congregationis conventu, die duodecimo mensis Maii anno millesimo nongentesimo quinquagesimo tertio habito, tum in generali coram Nobis die decimo septimo mensis Novembris eodem anno disceptatum est. Quo in generali comitio venerabilis Frater Noster Clemens S. R. E. Cardinalis Micara, Episcopus Suburbicarius Veliternus et Sacrae Rituum Congregationis tunc Pro-Praefectus, Causae Relator, proposuit discutiendum : *an et de quibus miraculis, post indultam eidem Beatae ab Apostolica Sede venerationem, constet in casu et ad effectum de quo agitur.* Atque tum Patres Cardinales, qui aderant, tum Officiales Praelati et Consultores eiusdem Sacrae Congregationis propositas sanationes miraculo tribuendas esse affirmarunt.

Nos igitur, huiusmodi omnium sententia audita, die decimo septimo mensis Ianuarii, hoc anno, sollemniter ediximus : *constare de instantánea perfectaque sanatione, beata Maria Grucifiœa Di Rosa intercedente, cum Ioannis Alberti ab acuta appendicite cum peritonite acuta circumscripta, tum Magdalenae Benellini Salvioni a gravi ileo postoperatorio ex adhaerentiis.*

Quibus expletis, Nos S. R. E. Cardinalium, Sacrae Rituum Congregationis Officialium Praelatorum et Consultorum vota scripto relata confirmantes, die secundo mensis Aprilis decreto ediximus : *tuto procedi posse ad sollemnem beatae Mariae Crucifixae Di Rosa Canonizationem.*

Considerantes vero de re gravissima agi, Consistorium indiximus in diem vicesimum mensis Maii, hoc anno, ut in eo Patrum Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum et Abbatum « nullius », Consistorii die in Urbe futurorum, sententiam exquireremus de Canonizatione Pii X, Summi Pontifiicis ; Petri Aloisii Chanel, Martyris, sodalis Societatis a Maria ; Gasparis Del Bufalo, Confessoris, auctoris Congregationis Missionariorum a Pretiosissimo Sanguine; Iosephi Pignatelli, Confessoris, e Societate Iesu; Dominici Savio, Confessoris; et beatae Mariae Crucifixae Di Rosa, Virginis, legiferae Matris Instituti Ancillarum a Caritate.

Ante statutum autem diem, iussimus ut sacrorum Antistitibus commentaria mitterentur de vita, virtutibus, miraculis et de Causis singulorum Beatorum, quorum mentionem fecimus, ut qui in Consistorio interfuturi essent, re plene cognita sententiam ferre possent.

Quod Consistorium die, quem diximus, vicesimo mensis Maii, in certa Vaticani Palatii aula celebratum est; in quo, postquam Nos brevi oratione astantes allocuti sumus, dilectus Filius Noster Caietanus S. R. E. Cardinalis Cicognani, S. Rituum Congregationis Praefectus, ostendit aequum esse ut Beatorum illorum et Beatae illius, quos diximus, memoria summis consecraretur honoribus ; atque a Nobis postulavit ut ad optatissimum Canonizationis ritum quam primum deveniremus.

Quibus peractis, Nos astantes Cardinales et sacrorum Antistites rogavimus ut quid de propositis Causis sentirent singuli Nobis significar ent.

Omnium ergo suffragiis exceptis, laeto animo didicimus ab iis concordi sententia Beatos illos ac Beatam illam plane dignos aestimari qui fulgido Sanctorum diademate decorarentur. Nos propterea singulorum Beatorum Canonizationi diem statuimus : beati scilicet Pii X diem undetricesimum mensis Maii; beatae vero Mariae Crucifixae Di Rosa aliorumque quattuor Beatorum, quos diximus, diem duodecimum mensis Iunii. Interea astantes purpuratos Patres et sacrorum Antistites atque universos christifideles rogavimus ut suas Nostris precibus adiungere vellent, ut fausta ac salutaria, quae iam praestolabamur, catholicae rei obvenirent.

De hisce omnibus ut iuridice conficerent acta Protonotariis Apostolicis qui aderant mandavimus.

Cum autem praestituta dies illuxit beatae Mariae Crucifixae Di Rosa aliisque, quos diximus, Sanctorum corona decorandis, cuncti saecularis et regularis cleri ordines, plurimi Romanae Curiae Praelati et Officiales, non pauci Abbates, plures sacrorum Antistites, atque amplissimum Patrum Cardinalium Collegium in Vaticanum Palatium convenerunt. Quibus omnibus supplicantium ritu procedentibus ac precationes Caelestium Curiae admoventibus hymnumque «Ave, Maris Stella» praecinentibus, Nos ipsi, a sacello Sixtino exeuntes, hora sexta post meridiem in Petrianae Basilicae forum, magno fidelium ex universo paene terrarum orbe numero frequens, descendimus et ad Solium Nostrum, ante maiorem eiusdem Basilicae portam iam collocatum, perreximus.

Tunc, praestita Nobis ab astantibus Cardinalibus oboedientia, dilectus Filius Noster Caietanus S. R. E. Cardinalis Cicognani, perorante dilecto Filio Camillo Corsanego, Consistorialis Aulae Advocato, *instanter, instantius, instantissimae* postulavit ut Nos beatam Mariam Crucifixam Di Rosa aliosque quattuor Beatos, quos memoravimus, summis Sanctorum honoribus decoraremus. Cui Consistoriali Advocato per dilectum

Filium Antonium Bacci, ab Epistulis ad Principes, respondimus iam in eo esse ut Nos huiusmodi postulationi concederemus.

Hymnum itaque « Veni Creator Spiritus » cum confertissima fidelium turba canentes, a divino Paraclito imploravimus ut superni luminis copia magis magisque menti Nostrae coruscaret. Dein in divi Petri cathedra sedentes, uti supremus universae Christi Ecclesiae Magister, sollemniter pronuntiavimus : *a Ad honorem Sanctae et Individuae Trinitatis, ad exaltationem Fidei Catholicae et Christianae Religionis augmentum, auctoritate Domini Nostri Iesu Christi, Beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implorata, ac de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum et Episcoporum in Urbe exsistentium consilio, Beatos Petrum Aloisium Chanel, Märtyrern, Gasparem Del Bufalo; Iosephum Pignatelli; Dominicum Savio, Confessores, et Mariam Crucifixam Di Rosa, Virginem, Sanctos et Sanctam esse decernimus et definimus, ac Sanctorum catalogo ascribimus : statuentes illorum memoriam quolibet anno die eorum natali, nempe Petri Aloisii die vigesima octava Aprilis inter Sanctos Martyres, Gasparis die vigesima octava Decembris, Iosephi die decima quinta Novembris, Dominici die nona Martii inter Sanctos Confessores non Pontifices, et Mariae Crucifixae die decima quinta Decembris inter Sanctas Virgines non Martyres pia devotione recoli debere- In nomine PaÇfatris et FiSfelii et Spiritusfß Sancti. Amen ».*

Qua formula prolata, precibus annuentes eiusdem Cardinalis Cicognani, per eundem Advocatum Consistorialem Nobis oblatis, hasce Decretales sub plumbo Litteras confici et expediri iussimus, praesentibus vero Protonotariis Apostolicis ut de hac Canonizatione publicum conficerent instrumentum mandavimus. Deinde postquam sermonem de novensilem Sanctorum virtutibus habuimus, ut gratias omnipotenti Deo ageremus, hymnum « Te Deum laudamus » cum astantibus cecinimus, atque Sanctorum illorum ac Sanctae illius patrocinium primi invocavimus.

Mane vero huius diei, venerabilis Frater Noster Eugenius, Episcopus Suburbicarius Ostiensis ac Portuensis et S. Rufinae, S. R. E. Cardinalis Tisserant, S. Collegii Decanus, in Petriana Basilica, magnifice exornata, divinum sacrificium ad aram maximam pontificali ritu litavit, cui Nos e Solio Nostro affuimus praesentes.


Omnibus itaque, quae inspicienda erant, bene perpensis, certa scientia ac de Nostrae apostolicae auctoritatis plenitudine, quae supra memo-

ravinius, confirmamus atque universae Christi Ecclesiae denuntiamus, mandantes ut harum Litterarum exemplis vel locis, etiam typis impressis, manu tamen alicuius apostolici tabellionis subscriptis et sigillo munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae iisdem hisce Nostris Litteris haberetur, si ostenderentur.

Nemini autem iis quae per has Litteras Nostras statuimus obniti liceat. Quod si quis temere ausus fuerit, indignationem omnipotentis Dei et Sanctorum Apostolorum Petri ac Pauli se noverit moturum.

Datum Romae apud S. Petrum, die tertio decimo mensis Iunii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo quarto, Pontificatus Nostri sexto decimo.

Ego PIUS, Catholicae Ecclesiae Episcopus.



Ego EUGENIUS Episcopus Ostiensis ac Portuensis et S. Rufinae Cardinalis TISSERANT, Sacri Collegii Decanus.

✠ Ego CLEMENS Episcopus Veliternus Cardinalis MICARA.

✠ Ego IOSEPH Episcopus Albanensis Cardinalis PIZZARDO.

✠ Ego BENEDICTUS Episcopus Praenestinus Cardinalis ALOISI MASELLA.

✠ Ego Fr. ADEODATUS IOANNES Episcopus Sabinensis et Mandelensis Cardinalis PIAZZA.

✠ Ego FRIDERICUS. Episcopus Tusculanus Cardinalis TEDESCHINI, Datarius Sanctitatis Suae.

Ego ALEXANDER titulo S. Mariae in Cosmedin Presbyter Cardinalis VERDE.

Ego PETRUS titulo S. Crucis in Hierusalem Presbyter Cardinalis FUMASONI BIONDI.

Ego CELSUS titulo Ss. Nerei et Achillei Presbyter Cardinalis COSTANTINI, S. R. E. Cancellarius.

Ego OAIETANUS titulo S. Caeciliae Presbyter Cardinalis CICOGNANI.
Ego VALERIUS titulo S. Silvestri in Capite Presbyter Cardinalis VALERI.
Ego PETRUS titulo S. Praxedis Presbyter Cardinalis CIRIACI.
Ego NICOLAUS S. Nicolai in Carcere Tulliano Protodiaconus Cardinalis CANALI, Paenitentiarius Maior.
Ego IOANNES S. Georgii in Velo Aureo Diaconus Cardinalis MERCATI.
Ego ALAPHRIDUS S. Mariae in Domnica Diaconus Cardinalis OTTAVIANI.

CELSUS Card. COSTANTINI
S. R. E. Cancellarius

CAIETANUS Card. CICOGNANI
S. Rituum Congregationis Praefectus

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

f Alfonsus Carinci, Archiep. tit. Seleuc. in Is., *Decanus Proton. Apost.*
Bernardus De Felicis, *Proton, Apost.*

Loca 68 Plumbi

Expedita die XVII **Dec. anno Pontif.** XVI.

In Cane. Ap. tab., Vol. LXXXVIII, n. ***79.***

ACTA 88. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

DECRETUM

Cum R. D. Ioannes Baptista Ly, iam archidioecesis Nanchimensis Vicarius Generalis, contra legitimam auctoritatem Legati in Sinis Summi Pontificis verbo et opere egerit, haec Sacra Congregatio de Propaganda Fide, per praesens Decretum declarat eundem R. D. Ioannem Baptistam Ly in excommunicationem incurrisse speciali modo Sedi Apostolicae reservatam ad normam sacrorum canonum, praesertim 2331 par. 2 et 2334 n, 2, et specialium Decretorum super hanc rem ab eadem Sancta Sede editorum.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 1 mensis Februarii anno Domini 1952.

P. Card. FUMASONI BIONDI, *Praefectus*

L. PR S.

t Celsus Costantini, *Secretarius*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

i

SINARUM.

BEATIFICATIONIS SEU DECLARATIONIS MARTYRII VENERABILIUM SERVORUM DEI LEONIS IGNATII MANGIN, SACERDOTIS SOCIETATIS IESU, ET SOCIORUM.

SUPER DUBIO

An constet de Martyrio et causa Martyrii necnon de signis seu miraculis in casu et ad effectum de quo agitur.

« *Si me persecuti sunt, et vos persequentur* », praedixit Dominus (Io. 15, 20). Non enim diversa a sorte capitis potest esse sors corporis. Enimvero Christus est Caput, Ecclesia eius corpus ; sicut « tota Christi

vita in mundo crux fuit et martyrium" » (Imit. 1. II c. 12), ita non alia potest esse Ecclesiae vita eiusque membrorum. Porro quoniam *mundus in maligno positus est* (1 Io. 5,19), Christum eiusque mysticum corpus odit atque diabolica malitia animos a Christo arcere ac revellere conatur, ad quod assequendum vel ab atrocibus infligendi» cruciatibus non refugii, nec morte fideles plecti. Evidenter hoc ex Ecclesiae historia comprobatur. A Stephano enim protomartyre, in prima insectatione Hierosolymae mota, ad nostra usque tempora, nullum saeculum martyribus caruit. Verum sicut Christus resurrexit ad gloriam, ita eius membra simili gloria exaltabuntur ; sicque similitudo inter caput et membra mirabiliter perficitur.

Est et aliud, quod admirari debemus. Licet homines a cruciatibus maxime abhorreant, plura centena milia milium martyrum laetanter fortiterque tormenta passi sunt. Humana natura tanta non valet superare. Virtus est Christi, quae mirabiliter haec patrat. Sancta Felicitas uni ex carceris custodibus eam percontanti : « Quae sic modo doles, quid facies obiecta bestiis? ». « Modo *ego* patior, respondit, illic autem *alius* erit in me, qui patietur in me, quia et ego pro illo passura sum ». « *Omnia possum in eo qui me confortât* », dicit Apostolus (Phil. 4,13). Mirandum exemplum fortitudinis nobis exhibent Sinenses martyres de quibus in hoc Decreto pertractatur, qui crudele martyrium passi sunt Boxer um persecutione anno 1900 saeviente.

Hi enim, praeter quattuor Europaeos e Societate Iesu, utpote Sinenses, vitam servare potuissent, si a fide descivissent. Ingruente procella, maior fidelium pars oppidi Tchou-kia-ho ad Ecclesiam plusquam mille accurrerunt ut ad martyrium fortiter subeundum Sacramentorum participatione, Missionalium Mangin et Denn hortationibus ferventibusque orationibus se parar ent.

Quam efficacia haec fuerint auxilia, evidenter constat ex heroica fortitudine, qua propositam sibi apostasiam a fide concorditer respuerunt. Si enim ab Ecclesia per designatam portam exiissent, vitam serva vissent. Exceptis porro perpaucis, omnes ab Ecclesia non recesserunt : qui aut glandibus balistarum occisi sunt, aut, incenso templo, una cum Missionalibus combusti. Plures quoque alibi, seu prius seu postea, fuere interfecti, inter quos patres Isoré ac Andlauer e Societate Iesu, occisi orantes ante altare Sacelli non longe ab Ecclesia.

De bis mille sexaginta sex victimis, de quibus Vicarius Apostolicus iuridicas inquisitiones peregerat, sex supra quinquaginta tantum fuere selectae, quorum nomina hic referuntur :

1) Petrus Tehou-jeu-sinn, annor, 19; 2) Ioannes Baptista Tchou-ou-joei, a. 17; 3) P. Remigius Isoré S. I., a. 48; 4) P. Modestus Andlauer S. I., a. 53; 5) Elisabeth Tsinn, a. 54; 6) Simon Tsinn, a. 14; 7) Barbara Ts'oei-lien-cheu, a. 51; 8) Raymundus Li-ts'uan-tchenn, a. 59; 9) Petrus Li Ts'uan-hoei, a. 63; 10) Lucia Wang-tcheng, a. 18; 11) Maria Fan-k'ounn, a. 16; 12) Maria Ts'i-u, a. 15; 13) Maria Tcheng-su, a. 11; 14) Iosephus Ma-t'ien chounn, a. 60; 15) Maria Tchao-kouo-cheu, a. 60; 16) Rosa, a. 22 et 17) Maria, a. 17 eius filiae; 18) Rosa Wang-hoei, a. 45; 19) Theresia Tchang-heue-cheu, a. 36; 20) Anna Nan-sinn-cheu, a. 72; 21) Maria Nan-kouo-cheu, a. 64; 22) Maria Nan, dicta Ling.-hoa, a. 29; 23) Anna Nan Tsiao-cheu, a. 26; 24) Maria Fou, a. 37; 25) Magdalena Tou-fong-kiu, a. 19; 26) Maria Tou-t'ien-cheu, a. 42; 27) Maria Tou-tchao-cheu, a. 51; 28) Petrus Liou-tzeu-u, a. 57; 29) Maria Kouo-li-cheu, a. 65; 30) Petrus Tchao-ming-tchenn, a. 61; 31) Ioannes Baptista Tchao-ming-hi, a. 56; 32) Paulus Ou-kiu-nan, a. 62; 33) Ioannes B. Ou-man-t'ang, a. 17; 34) Paulus Ou-Wan-chou, a. 16; 35) K'i-tchou-tzeu, a. 18; 36) Paulus IJ.ou-tsinn-tei, a. 79; 37) Tchang-hoai-lou, a. 57; 38) Iosephus Yuann-keng-yinn, a. 47; 39) Theresia Tch'enn-kinn-tsie, a. 25; 40) Rosa Tch'enn-kai-tsie, a. 22; 41) Iosephus Wang-k'oei-tsu, a. 37; 42) Ioannes Wang-k'oei-sinn, a. 25; 43) Marcus Ki-t'ien-siang, a. 66; 44) Petrus Wang-tsouo-loung, a. 58; 45) Paulus Keue-t'ing-tchou, a. 61; 46) Lang-yang-cheu, a. 29; 47) Paulus Lang-eull eius filius, a. 8-9; 48) Anna Wang, a, 14; 49) Iosephus Wang-jou-mei, a. 68; 50) Lucia, Wang-wang-cheu, a. 31; 51) Andreas, eius filius, a. 9; 52) Maria Wang-li-cheu,, a. 49; 53) Ioannes Ou-wenn-yinn, a. 50; 54) P. Leo Ignatius Mangin, S. I., a. 43; 55) P. Paulus Denn, S. I., a. 53; 56) Maria Tchou-ou-cheu, a. circ. 40.

De his Apostolica auctoritate conditus est processus, pro cuius iuridica vi, una cum processus informativi a S. Rituum Congregatione die 3 Augusti a. 1952 decretum est. Die 25 Maii anni 1954 coram Revmo Cardinali Clemente Micara, Relatore, habita est Antepraeparatoria Congregatio; die vero 26 Octobris Praeparatoria; Generalis demum coram Ssmo D. N. Pio Papa XII die 22 Februarii anni huius, in qua Revmus Cardinalis Ponens dubium proposuit : *An constet de martyrio, causa martyrii et signis in casu et ad effectum de quo agitur.* Favorabili Revmorum Cardinalium, Officialium Praelatorum ac Patrum Consultorum suffragio Beatissimus Pater, qui sacrosanctum Missae sacrificium celebraverat, libenti animo adhaerens, exacta Congregatione, accitisque ad Se Revmis Cardinalibus Ponente ac subscripto S. Rituum

Congregationis Praefecto nec non R. P. Salvatore Natucci, Fidei Promotore Generali, meque a Secretis, edixit : *Ita constare de Martyrio et causa Martyrii Venerabilium Servorum Dei Leonis Ignatii Mangin et Sociorum, ut concessa a signis seu miraculis omnique alia et necessaria dispensatione, procedi possit ad ulteriora.*

Hoc autem decretum rite promulgari et in actis S. Rituum Congregationis referri mandavit.

Datum Romae, die 22 Februarii 1955.

C. Card. CICOGNANI, *Praefectus*

L. g* s.

f A. Carinci, Archiep. Seleuc, *Secretarius*

II

URBIS ET ORBIS

FESTUM SANCTI PII PAPAE X, CONFESSORIS, AB UNIVERSA ECCLESIA, CUM OFFICIO ET MISSA PROPRIIS* CELEBRANDUM DECERNITUR.

Die 3 Septembris

S. PII X PAPAE ET CONFESSORIS

Duplex

IN I VESPERIS

Oratio

Deus, qui ad tuendam catholicam fidem, et universa in Christo instauranda sanctum Pium, Summum Pontificem, caelesti sapientia et apostolica fortitudine replevisti : concede propitius ; ut, ejus instituta et exempla sectántes, praemia consequantur setérna. Per eumdem Dominum.

IN II NOCTURNO

Lectio IV

Pius Papa decimus, cui nomen antea Josephus Sarto, in Venetórum pago natus est, quem Riése vocant, parentibus quidem humilibus, sed probitate ac pietate conspicuis. Inter Seminarii Patavini alumnos adscriptus, ita pietate ac doctrina profecit, ut condiscipulis exém-

pio, moderatoribus admirationi esset. Sacerdotio initiatus, in oppido Tómbolo primum, qua vicarius cooperator, dein Salatiáni qua parochus, per plures annos adlaboravit; quibus in obeundis muneribus, tanta caritatis effusióne, tanto sacerdotali zelo et sanctitate vitae excélluit, ut Episcopus Tarvisinus inter canónicos cathedralis ecclesiae eum cooptáret, eumque Curiae episcopalis cancellarium simulque Seminarii dioecesani spiritualem moderatorem renuntiare!. Haec officia tam egregie persecutus, a Leone tertio décimo, cui erat probatissimus, Mantuanae Ecclesiae Antistes fuit renuntiatus.

Lectio V

Boni pastoris nullam partem deserens, eo máxime contendit, ut Juventus in sortem Domini vocata rite ad sacra institueretur, piae consociationes novis augescerent incrementis, ritibus divini cultus plus decoris ac pietatis accederet. Praecepta quibus civitas christiana nititur, altius proclamare non desiit, et qui vitam inopem ipse ducébat, pauperibus numquam omisit afferre levamen. Tot igitur suffragantibus meritis, inter purpuratos Patres adlectus et Venetiarum Patriarcha creatus est. Dénique post Leonis dècimi tertii obitum, cum Patrum Cardinalium suffragia in eum coalescerent, cumque ipse supplicationibus et lacrimis tantum munus a se avertere frustra conatus esset, suasionibus tandem cedens, « accepto in crucem », inquit, et Summi Pontificatus apicem ut crucem a Deo sibi oblatam, demisso sed forti ánimo suscepit.

Lectio VI

In Petri cathedra constitutus, nihil de prístina vitae ratione remisit. Humilitate praesertim, simplicitate ac paupertate refúlsit, ita ut in suo testaménto scribere potuerit : « pauper natus sum, pauper vixi, pauper mori cupio ». Humilitas vero animi fortitudinem in eo alebat, cum de Dei gloria, Ecclesiae libertate, animarumque salute ageretur. Vir acèrrimi ingenii et propositi tenax, inter vicesimi ineuntis saeculi procellas, Ecclesiam firmiter rexit, et praeclarissimis ornavit institutis. Musicam sacram ad pristinum splendorem ac dignitatem revocavit; sacrorum Bibliorum studiis principem sedem Romae constituit; Romanam Curiam sapienter reformavit; leges de fidelibus per catechismum instituendis restituit; Eucharisticae mensae crebriorem, imo et cotidianam consuetudinem induxit, ejusque accessum pueris quoque a primo rationis usu aperuit; actionis catholicae incrementa sedulo

promovit; solidae cleri institutioni providit, **additis** quoque seminariis per regiones dispositis; sacerdotes omnes ad interiorem vitam colendam alléxit; leges Ecclesiae in unum corpus redegit; errores perniciosissimos, modernismi appellatione comprehensos, damnavit atque evéllit; civile vetitum, quod dicunt, in Pontificis Maximi electione rejécit. Tandem laboribus fractus ac moeróre confectus ob bellum Europium tunc exortum, die vicésima mensis Augusti anni millèsimi nongentesimi decimi quarti, ad caeleste praemium evolavit. Eum ubique terrarum sanctitatis fama clarum miraculisque fulgentem, Pius Papa duodecimus, cuncto plaudènte orbe, in Sanctorum numerum retulit.

In III NOCTurno

Lectio VII

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem

Jo. tl, 15-17

In illo tempore : Dixit Jesus Simóni Petro : Simon Joannis, diligis me plus his? Et reliqua.

Homilia sancti Augustini Episcopi

Tractatus 123 in Joannem, in medio*

Redditur negationi trina3 trina confessio, ne minus amóri lingua serviat, quam timóri : et plus vocis elicuisse videatur mors imminens, quam vita praesens. Sit amoris officium pàscere Dominicum gregem, si fuit timoris indicium negare pastorem. Qui hoc ánimo pascunt oves Christi, ut suas velint esse, non Christi, se con vinciuntur amare, non Christum : vel gloriándi, vel dominandi, vel acquirendi cupiditate ; non obediendi, et subveniendi, et Deo placandi caritate.

Lectio VIII

Contra hos ergo vigilat totidem inculcata ista vox Christi quos Apostolus gemit sua quaerere, non quae Jesu Christi. Nam quid est aliud, si diligis me, pasce oves meas : quam si diceretur, si me diligis, non te pàscere cogita? Sed oves meas, et sicut meas pasce, non sicut tuas : gloriam meam in eis quaere, non tuam, dominium meum, non tuum :

lucra mea, non tua; ne sis in eorum societate qui pertinent ad témpora periculosa, seipsos amantes, et caetera quae huic maiorum initio connectuntur.

Lectio IX

Mérito dicitur Petro : diligis me, et respondet, amo te, eique refertur, pasce agnos meos, et hoc iterum, hoc tertio. Ubi etiam demonstratur unum atque idem esse amorem et dilectionem ; nam etiam Dominus novissime non ait, diligis me, sed amas me. Non ergo nos, sed ipsum amémus, et in pascéndis ovibus ejus ea quae sunt ejus, non ea quae sunt nostra, quaerámus. Nescio enim quo inexplicábili modo, quisquis seipsum, non Deum, amat, non se amat : et quisquis Deum, non seipsum, amat, ipse se amat. Qui enim non potest vivere de se, moritur utique amando se : non ergo se amat, qui ne vivat se amat.

Lectio pro festo commemorato legenda iuxta Rubricas

Pius Papa decimus, cui nomen antea Josephus Sarto, in Yenetórum pago, quem Riése vocant, natus est. Inter Seminarii Patavini alumnos adscriptus ac sacerdotio auctus, in oppido Tómbolo primum qua vicarius cooperator, dein Salatiáni qua parochus, et Tarvisii qua canonicus et Curiae Episcopalis cancellarius, tanta sanctitate excélluit, ut eum Leo decimus tertius Ecclesiae Mantuanae praefécerit. Boni pastoris nullam partem deserens, juventnti in sortem Domini vocatae rite instituendae máxime adlaboravit; divini cultus decorem et piarum consociationum incrementa promovit; pauperum inopiae effusa caritate prospexit. Tot suffragantibus meritis, inter purpuratos Patres adlectus et Venetiarum Patriarcha creatus est. Post Leonis dècimi **tertii** obitum, frustra reluctans, Summum Pontificatum ut crucem suscepit. In Petri cathedra constitutus, nihil de prístina vitae ratione remisit. Humilitate praesertim, simplicitate ac paupertate refulsit. Ecclesiam firmiter rexit et praeclarissimis ornavit institutis. Fidei vigilantissimus custos, modernismum, omnium haeresum summam, damnavit ac protrivit; ecclesiasticae libertatis vindex acerrimus, iis qui eam labefactáre conabantur, fortiter **obstitit;** solidae Cleri institutioni providit ; leges Ecclesiae in unum corpus redegit ; cultum erga Eucharistiam et crebriorem ejúsdem usum máxime provexit. Laboribus fractus et mœrore confectus ob bellum Europäern tunc exortum, die vicésima mensis Augusti anni millèsimi nongentesimi dècimi quarti, ad **caelestem** patriam evolavit. Eum Pius duodecimus in Sanctorum numerum retulit.

MISSA

Introitus. Ps. 88, 20-22. Extuli electum de pópulo, óleo sancto meo unxi eum : ut manus mea sit semper cum eo, et brachium meum confirmet eum. t- *Ibid., 2.* Gratias Domini in aeternum cantábo: per omnes generationes annuntiábo fidelitatem tuam ore meo. Gloria Patri. Extuli,

Oratio

Deus, qui ad tuendam catholicam fidem, et universa in Christo instauranda sanctum Pium, Summum Pontificem, caelesti sapientia et apostólica fortitudine replevisti : concede propitius ; ut, ejus instituta et exempla seetántes, praemia consequantur aetérna. Per eumdem Dominum.

Lectio Epistolae beati Pauli Apóstoli ad Thessalonicenses
1 Thess. 2, 2-8

Frates : Fiduciam habuimus in Deo nostro loqui ad vos evangelium Dei in multa sollicitudine. Exhortatio enim nostra non de erróre neque de immunditia neque in dolo; sed, sicut probati sumus a Deo ut erederétur nobis evangelium, ita loquimur; non quasi hominibus placéntes, sed Deo qui probat corda nostra. Neque enim aliquando fuimus in sermóne adunationis, sicut scitis, neque in occasione avaritiae, Deus testis est, nec quaerentes ab hominibus gloriam neque a vobis neque ab aliis. Cum possemus vobis oneri esse ut Christi apóstoli, sed facti sumus parvuli in medio vestrum, tanquam si nutrix foveat filios suos. Ita desiderantes vos cupide volebámus tradere vobis non solum evangelium Dei, sed etiam ánimas nostras, quoniam carissimi nobis facti estis.

Graduale. Ps. 39, 10-11. Annuntiávi justítiam in coetu magno; ecce labia mea non cohíbui : Dómine, tu nosti. Y- Justítiam tuam non abscóndi in corde meo; fidelitatem tuam et auxilium tuum narravi.

Alleluja, alleluja, t- *Ps-. 22, 5-6.* Paras mihi mensam, inúngis óleo caput meum, calix meus ubérrimus est. Alleluja.

In Missis votivis: Post Septuagesimam, omissis Alleluja, ei *Versu sequenti, dicitur:*

Tractus. Ps. 131, 16-18. Sacerdotes ejus índuam salute, et sancti ejus exsultántes exsultábunt. f. Illic David suscitábo cornu, parábo

lucémani uncto meo. y. Inimicos ejus íiiduam confusióne, super ipsum autem fulgébit diadèma meum.

Tempore autem Paschali omittitur Graduale, et ejus loco dicitur:

Alleluja, alleluja, f. *Ps. 22, 5-6.* Paras mihi mensam, inúngis óleo caput meum, calix meus ubérrinius est. Alleluja. *Ps. 25, 8.* Dómine, diligo habitáculum domus time et locum tabernaculi gloria? tua?. Alleluja.

Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem
Jo. 21, 15-17

In illo tempore : Dixit Jesus Simóni Petro : Simon Joannis, diligis me plus his? Dicit ei : Etiam, Domine, tu scis quia amo te. Dicit ei : Pasce agnos meos. Dicit ei iterum :' Simon Joannis, diligis me? Ait illi : Etiam, Dómine, tu scis quia amo te. Dicit ei : Pasce agnos meos. Dicit ei tertio : Simon Joannis, amas me? Contristátus est Petrus, quia dixit ei tertio: Amas me? et dixit ei: Dómine, tu omnia nosti; tu scis quia amo te. Dixit ei : Pasce oves meas.

Offertorium. Ps. 88,.12. Venite, filii, audite me; timorem Domini docébo vos.

Secreta

Oblationibus nostris, quaesumus, Domine, benigne susceptis, da nobis, ut haec divina mysteria, sancto Pio Summo Pontifice intercedente, sinceris tractamus obsequiis et **fideli** mente sumamus. Per **Dominum**.

Communio. Jo. 6, 56-57. Oaro mea vere est cibus, et sanguis meus vere est potus. Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem, in me manet et ego in illo.

Postcommunio

Mensas caelestis virtute refecti, quaesumus, Dómine Deus noster : ut, interveniente sancto Pio Summo Pontifice; fortes efficiamur in fide, et in tua simus caritate concordes. Per Dominum.

In Martyrologio Romano

Die 20 Augusti — *secundo loco.* — Romae depositio sancti Pii dècimi,. Papae et Confessoris, fidei integritatis et ecclesiastica? libertatis propu-

gnatóris invieti, religionisque zelo insignis, cujus festum tertio Nonas Septembris recolitur.

Die 3 Septembris. Sancti Pii Papa? dècimi, cujus natalis dies tertiodecimo Kalendas Septembris recensetur.

URBIS et ORBIS

Sancti Pii X Papae et Confessoris sollemnia Canonizationis in area ante Basilicam Vaticanam die 29 Maii Anni Marialis 1954 peracta, quamplurimis Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, Archiepiscopis et Episcopis, una cum ingenti fidelium concursu, ex dissitis quoque regionibus adstantibus, fulgentem assecuta sunt triumphum, quem Deus, humilium suscitator, ad exaltationem Servi Sui mirabiliter disposuit. Invalescebat interea in multorum Ordinariorum animis ardens studium atque optatum ut novensilis Sancti festum totius Ecclesiae commune efficeretur, quod iam nonnullis in locis liturgico cultu celebrabatur. Quare Sanctissimus Dominus noster Pius Papa XII, fere omnium Catholici Orbis Archiepiscoporum et Episcoporum, nec non et Religiosarum Familiarum vota libenter excipiens, Sancti Pii X Papae et Confessoris, festum ad universam Ecclesiam extendere benigne dignatus est, die tertia mensis Septembris quotannis sub ritu duplici minori cum Officio et Missa propriis et approbatis, uti in superiori prostant exemplari, recolendum. Servatis Rubricis. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 1 Martii anno 1955.

C. Card. Cicognani, *Praefectus*

L. © S.

t A. Carinci, Archiep. Seleucien., *a Secretis.*

An. et vol. **XXXXVII** 21 Maii 1955 (Ser. **II,** v. **XXII)** - N. **6**

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XII

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

PORTUS NATIONALIS (TOCANTINOPOLITANAE)

B DIOECESI PORTUS NATIONALIS QUAEDAM MUNICIPIA DETRAHUNTUR, EX QUIBUS NOVA PRAELATURA ((NULLIUS DIOECESIS)) CONSTITUITUR, TOCANTO - NOPOLITANA APPELLANDA.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ceu pastor, de ovium grege magnopere sollicitus, si hic sit crebrior, non uni tantum custodi illum committit, sed pluribus, quo aptius et necessitatibus pareant quibus oves aguntur, et eas ab instantibus hostibus defendant ; ita et Nos, sacrae fidelium omnium universitatis magister, qui sunt oves Christi, cum aliqua Ecclesia peramplior evadit nec potest frequens populus apte ab uno eodemque Episcopo regi, eandem partimur ac pluribus rectoribus tradimus. Cum igitur venerabilis Prater Ioannes Alanus Maria Du Noday, Episcopus Portus Nationalis, ab hac Apostolica Sede postulaverit ut, diviso suae dioecesis territorio, nova praelatura «nullius dioecesis» erigeretur : ex hoc enim ei populo magnifica sive fidei christianae sive sincerae religionis incrementa haberi posse ; Nos quibus omnia consilia probantur ex quibus spes affulgeat rem divinam augeri; post auditum Nostrum Administrum apud Rempublicam Brasilianam, consiliumque exquisitum a venerabilibus Fratribus Nostris

S. R. E. Cardinalibus Negotiis Consistorialibus praepositis; re attente considerata consensuque suppleto eorum quos hoc negotium contingat, de apostolica Nostra potestate, haec quae sequuntur decernimus et iubemus. A dioecesi Portus Nationalis id territorii distrahimus quod civilia municipia, apud vulgus Tocantinopolis, Itaguatins, Araguatins, Filadelfia, et Babaçulandia cognominata, continet. Ex qua regione iisdem limitibus ac eadem oppida, quae descripsimus, terminata, novam praelaturam nullius dioecesis efficimus, *Tocantinopolitamim* appellandam. Cuius Ecclesiae Sedes eiusque Praelati domicilium in urbe Tocantinopoli erunt; cathedram vero docendae pro suo munere veritatis collocant sacrorum Antistes in templo Beatae Mariae Virginis a Consolatione, quod praelaticiae aedis dignitate condecoramus. Sive èrgo templum hoc, sive Praesul cui contigerit praelatura regenda et gubernanda, omnibus iuribus, honoribus, privilegiis fruentur quae a iure iis conceduntur; ipsius vero Praelati etiam oneribus tenebuntur, quae solent ceteros eiusmodi Ecclesiarum rectores gravare et obligare. Nova praelatura Tocantinopolitana metropolitanae archidioecesi Goiasensi suffraganea erit; item erit eius Praesul Ordinarius eiusdem metropolitanae Sedis sacrorum Antistiti obnoxius. De iis paterne solliciti, quos adorandum Spiritus Sancti numen ad sacerdotalia munia vocaverit, iubemus ut quam primum talibus excipiendis pueris in eadem Ecclesia seminarium condatur saltem ei einen tarium, iuxta normas et leges tum Iuris communis tum a S. Congregatione de Seminariis et studiorum Universitatibus latas. E quorum iuvenum numero lectissimi quique deligantur, iique Romam mittantur philosophia ac theologia rite imbuendi in pontificio collegio Piano Brasiliano. Mensam praelaturam, quam vocant, ea bona constituent quae vel Curiae obvenient, vel fideles christiani ultro Offerent, vel denique novae Ecclesiae accèdent ex divisione bonorum dioecesis Portus Nationalis propriorum, iuxta canonem 1500 Codicis Iuris Canonici. Quod ad clericos attinet, praecipimus ut cum erectio praelaturae facta fuerit, ii clerici qui in eius territorio legitimum domicilium habeant, iidem Tocantinopolitanae Sedi censeantur adscripti. Regimen et administratio huius praelaturae « nullius dioecesis)), itemque electio Vicarii, Sede vacante, iura cleri et populi eorundemque onera, haec omnia et his similia Iuris Canonici praescriptis omnino regantur. Monemus insuper ut acta et documenta quae ad novam Tocantinopolitanam praelaturam respiciant, quam primum a Curia Portus Nationalis ad Curiam hanc mittantur, ibidem in tabulario religiose servanda. Ad haec omnia perficienda venerabilem Fratrem Armandum Lombardi depu-

tamus, Archiepiscopum titulo Caesariensem Philippi et in Republica Brasiliana Apostolicum Nuntium, cui omnia iura et potestates agendae rei tribuimus, cuilibet deleganda, si opus fuerit, dummodo in ecclesiastica dignitate constituto. Curabit idem venerabilis Frater ut peracti negotii documenta exarentur, quorum sincera exempla ad S. Congregationem Consistorialem quam cito mittantur. Quod si eo tempore quo canonica erectio huius praelaturae facienda erit, alius eidem Nuntiaturae Apostolicae praeerit, huic, ut par est, easdem potestates facimus idemque onus imponimus.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderetur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die vicesimo mensis Decembris, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo quarto, Pontificatus Nostri sexto decimo.

GELSUS Card. COSTANTINI
S. R. E. Cancellarius

¡$f Fr. ADEODATO S I. Card. PIAZZA
S. Congr. Consistorialis a Secretis

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

Franciscus Hannibal Ferretti, *Proton. Apost.*
Silvius Sericano, *Proton Apost.*

JJOCO © **Plumbi**

In, Conc. Ap. tab., vol. LXXXX, n. 1

II

FLORIANOPOLITANAE (TUBARAOENSIS)

A FLORIANOPOLITANA ARCHIDIOECESI AUSTRALIS SEPARATUR REGIO EADEMQUE IN NOVAE DIOECESIS FORMAM REDIGITUR, TUBARAOENSIS NOMINANOAE.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Viget ubique gentium sancta Ecclesia eademque, ceu provida mater filios suos, amantissime universos cingit populos, quos profuso sanguine redemit Christus; eaque pariter continenti curat labore atque anxia sollicitudine ut sanctissimi huiusce cruori s vim atque efficaciam, quo aptiore potest modo, cum omnibus communicet hominibus. Quandoquidem ergo Nos, ad Ecclesiae eiusdem regimen superno consilio vocati, nil intentatum relinquimus quod ad animorum utilitatem conducere videatur, laeto animo preces admittendas arbitramur venerabilis Fratris Ioachimi Domingues de Oliveira, Florianopolitanae Sedis Archiepiscopi : is enim, cleri populique sui annuens optatis, ab hac Apostolica Sede postulavit ut suae Ecclesiae australis pars separaretur novaque ex ea fieret dioecesis, quo celerius accommodatiusque necessitatibus suae consuleretur plebis, quae frequentior illuc convenit in dies. Explorato igitur quid de hac re sentiret Noster in Brasiliana Republica Administer, atque audito consilio venerabilis Fratris Nostri S. R. E. Cardinalis S. Congregationis Consistorialis a Secretis; consensu praeterea eorum suppleto, qui in hoc negotio aliquod vel habeant ius vel se putent habere ; reque pariter attentissimo studio considerata atque certa scientia eorum quae facturi sumus, de summa Nostra potestate haec statuimus. A Florianopolitanae archidioecesis territorio meridianam separamus regionem, undecim, quae sequuntur, complectentem civilia municipia, prout nunc exstant, quorum apud populum nomina : « Orleäes, Tubarâo, Jmarui, Braco do Norte, Laguna, Urussanga, Criciuma, Jaguaruna, Turro, Araranguá atque Sombrio ». Ex qua nova excerpta regione dioecesim condimus *Tuburaoensem*, quae iisdem claudetur finibus atque territorium, quod nuper separa viinu s, scilicet : ad

septemtrionem Florianopolitana archidioecesi ; ad orientem solem Atlantico mari ; ad meridiem Caxiensi dioecesi ; sub occidènte Praelatura « nullius dioecesis » Vaccariensi atque Lagensi dioecesi. Ipsa Tubaraoensis dioecesis metropolitanae Ecclesiae Florianopolitanae suffraganea erit, eiusque Episcopus Florianopolitani Archiepiscopi erit obnoxius auctoritati. Idem praeterea Episcopus sedem ac domicilium in urbe habebit vulgo ((Tubarâo », quam hisce Litteris in civitatis episcopalis dignitatem provehimus; cathedram vero in curiali collocabit aede Perdolenti Virgini Mariae sacra, quam ad cathedralis templi gradum perducimus quamque omnibus decoramus iuribus ac privilegiis, ceterarum cathedralium aedium propriis. Tubaraoensem item dioecesim eiusque Praesulem iisdem iuribus honoribusque exornamus, quae ad omnes spectant cathedrales Ecclesias earumque Praesules; Episcopum vero paribus astringimus oneribus. Volumus quoque ut ad sacrorum rituum splendorem promovendum, Canonicorum Collegium quam primum in cathedrali isto templo condatur, cui instituendo per Apostolicas sub plumbo Litteras a Nobis dandas prospiciemus ; quoadusque vero hoc fieri nequeat, indulgemus ut Canonicorum loco dioecesani Consultores ad iuris praescripta eligantur, qui Episcopo et consilio et opere sint praesto. Quod pariter attinet ad novae Ecclesiae regimen et administrationem, ad Vicarii Capitularis, sede vacante, electionem, ad fidelium et sacerdotum iura et onera aliaque huiusmodi, ea iubemus quae Iure Canonico statuuntur. Episcopalis insuper mensa fiet sive ex Curiae emolumentis, sive ex oblatis a fidelibus pecuniis, sive ex dote, quam publica dabit potestas, sive denique ex bonis quae e partitione bonorum Florianopolitanae mensae, pro rata parte, novae contingent dioecesi, salvis tamen in hac divisione iussis canonis 1500 C. I. C. Quandoquidem vero maxime Nobis est cordi eorum institutio puerorum, quos divinus Servator ad sacerdotium superno vocaverit instinctu, volumus ut Tubaraoensis Episcopus, ubi primum poterit, seminarium saltem elementarium condat, ad iuris normam et iuxta leges a S. Consilio Seminariis studiorumque Universitatibus praeposito traditas; qui pariter ex ipso seminario optimos eliget iuvenes eosdemque Romam mittet, ut in Pontificio Ephebeo Piano Brasiliano philosophia ac theologia erudiantur. Quod vero ad clerum novae Sedi assignandum attinet, decernimus ut simul ac dioecesis erectio ad effectum fuerit deducta, clerici illi Ecclesiae censeantur ascripti, in cuius territorio legitime degunt. Omnia denique documenta et acta, quae ad novam Ecclesiam spectant, a Florianopolitana Curia quam cito mittantur ad Tubaraoensis Curiae tabularium. Ut autem ea quae Nostris his Lit-

teris iubemus fiant, venerabilem Fratrem Armandum Lombardi, Archiepiscopum titulo Caesariensem Philippi et in Brasiliana República Apostolicum Nuntium, deligimus vel eum qui eo tempore, quo haec decreta ad rem adducentur, eiusdem Nuntii funget officio ; exsecutori vero operis necessarias concedimus potestates, cuilibet sacerdoti subdelegandas, onusque iniungimus effectum negotium in acta referendi eorumque fide digna exempla ad S. Consistoriale Consilium quam primum mittendi.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderetur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die duodetricesimo mensis Decembris, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo quarto, Pontificatus Nostri sexto decimo.

CELSUS Card. COSTANTINI
S. *R. E. Cancellarius*

$$i Fr. ADEODATUS I. Card. PIAZZA
S. Congr. Consistorialis a Secretis

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

Franciscus Hannibal Ferretti, *Proton. Apost.*
Silvius Sericano, *Proton. Apost.*

Loeo £8 Plumbi

In Conc. Ap. tab., vol. LXXXX, *n. 2*

III

DE BIRMANIA

IN UNIONE FOEDERARI BIRMANA ECCLESIARUM ATQUE EPISCOPORUM ORDO CONSTITUITUR, QUAE EST EPISCOPALIS HIERARCHIA.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Dum alterna vicissitudine vertuntur omnia, sancta Christi Ecclesia sua pace ac veritate e mediis perturbationibus altius eminet una, quae rerum temperat asperitates omnesque homines materno cingens amplexu, eos ad supernae vitae immortalis erigit spem. Quod cum latissime per terrarum orbem laeto successu fiat, in Poederali etiam Unione Birmana prospere hisce evenit temporibus, sive ob catholicae rei prosperitatem sive ob Evangelii praeconum sollertiam sive praesertim ob indigenae cleri numerum atque virtutem. Quam ob rem Nos, qui Dei voluntate universam gubernamus Ecclesiam, id prorsus esse tempus censemus ut in hac regione dioecesium atque Episcoporum ordinatio, seu ecclesiastica Hierarchia, constituatur, quo fructuosius inibi christiana res in dies administretur ac propagetur. Postquam igitur sententiam audivimus venerabilis Fratris Martini Lucas, Archiepiscopi titulo Adulitani atque in India Apostolici Internuntii, consiliumque pariter exquisivimus venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi Fidei Propagandae praepositorum; consensu praeterea suppleto eorum, qui in hoc negotio aliquid iuris habeant aut sese habere putent ; re attentissime considerata ac certa scientia eorum quae acturi sumus, de suprema Nostra potestate sequentia decernimus. In Foederali Unione Birmana episcopalem Hierarchiam, quae dicitur, constituimus, atque in ea regione duas condimus ecclesiasticas Provincias, *Birmaniae* nempe

"*meridionalis* atque *Birmaniae septemtrionalis,* quarum statum hoc qui sequitur modo disponendum esse iubemus. Ecclesiastica Provincia Birmaniae meridionalis ex archidioecesi Rangunensi constabit, quae fuit adhuc Apostolicus Vicariatus de Rangoon, hisce Nostris Litteris ad metropolitanam evectus dignitatem; ex suffraganea Ecclesia Tungunensi, quae fuit ad hunc diem Apostolicus Vicariatus de Toungoo ; itemque e dioecesi Basseinensi, civiles districtus complectente vulgo Bassein, Henzada et Myaungmya, e Rangunensi archidioecesi separatos, quam per alias sub plumbo Litteras hoc ipso ereximus die. Cui Provinciae Praefectura Apostolica de Akyab aggregantur. Ecclesiasticam vero Provinciam *Birmaniae septemtrionalis* constituent archiepiscopalis Mandalaiensis Ecclesia, quae adhuc fuit Apostolicus Vicariatus de Mandalay, ad metropolitanum decus hisce Litteris hodie perductus, atque suffraganea dioecesis Kengtungensis, quae ad hodiernum diem fuit Vicariatus Apostolicus, cui nomen de Kengtung. Eidem insuper Provinciae Apostolica aggregabitur Praefectura de Bhamo. Quarum fines Provinciarum finibus aequabuntur omnium simul archidioecesium ac dioecesium, quae ambas constituunt. Earum praeterea Ordinarii sedem ac domicilium habebunt in urbibus, e quibus singulae Ecclesiae nomen capiunt ; cathedralem vero in suo quisque templo collocabit, quod in singulis hisce urbibus princeps iure meritoque hactenus habitum est. Volumus praeterea ut omnes modo conditae Sedes S. Congregationi Fidei Propagandae subdi pergant, earumque Ordinarii, qui adhuc titulares Episcopi fuere, ad suas nunc conditas cathedrales Sedes transferantur : ut venerabilis scilicet Frater Victor Leo Bazin ab Ecclesia titulo Achyraënsi ad Metropolim Rangúnensem; ut venerabilis Frater Albertus Petrus Falière ab Ecclesia titulo Clysmatena ad Mandalaiensem archidioecesim ; ut venerabilis Frater Alfredus Lanfranconi ab Ecclesia titulo Zertensi ad cathedralem Tungunensem Sedem ; ut denique venerabilis Frater Ferdinandus Guercilena ab Ecclesia titulo Hadrianiensi ad Kengtungensem dioecesim. Quibus Ecclesiis, a Nobis hodie erectis, ea privilegia et honores, ut maxime convenit, concedimus, quae sunt omnium sive archidioecesium sive dioecesium propria; itemque earum Praesules iis omnibus condecoramus iuribus atque astringimus officiis, quae ceterarum Praesulum amplissimam sive metropolitanam sive episcopalem dignitatem consequuntur. Quod nominatim ad Praesules Rangunensem et Mandalaiensem spectat, decernimus ut, sicut omnes per orbem Metropolitae Archiepiscopi, Cru-

cem ante se ferant in suae cuiusque Ecclesiasticae Provinciae territorio, atque pallium, iuxta liturgicas leges, induant, postquam tamen hoc in publico Consistorio expostulaverant atque obtinuerint. Quod autem ad Canonicorum Collegia attinet, volumus ut Ordinarii in suo quisque metropolitano aut cathedrali templo quam primum eadem condant ; quoadusque vero hoc fieri nequeat, concedimus ut eorum loco dioecesani Consultores instituantur. Omnibus praeterea in hisce nunc conditis Ecclesiis, mensae archiepiscopales vel episcopales constituentur sive bonis, quae adhuc usque Apostolicis Vicariatibus fuerunt, sive pecunia ultro a fidelibus data aut a S. Congregatione Fidei Propagandae comparata. Cum vero unaquaeque Ecclesiarum elementarium tantum habeat seminarium, volumus ut quam primum seminarium maius erigatur, excipiendis educandisque totius Birmaniae adulescentibus, qui inibi philosophiae ac theologiae studia exerceant. Decernimus denique ut in novis hisce Ecclesiis religiose serventur normae, quas Codex Iuris Canonici de Vicarii Capitularis, sede vacante, electione, de cleri populique iuribus oneribusque, deque regimine et administratione Ecclesiarum praescribit. Quae hisce Litteris decrevimus efficienda curabit venerabilis, quem supra diximus, Frater Martinus Lucas, vel ille, qui eo tempore quo haec iussa ad rem adducentur, Apostolicae in India Internuntiaturae praeerit ; cui vero obtigerit exsequendum negotium, illi omnes potestates ad id necessarias facimus, quae etiam subdelegari, si opus fuerit, cuilibet poterunt viro, in ecclesiastica dignitate constituto. Qui vero rem egerit, confectum negotium in tabulas referet eiusque fide dignum exemplum ad S. Consilium Fidei Propagandae quam primum mittet.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderetur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quo-

quo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die primo mensis Ianuarii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo quinto, Pontificatus Nostri sexto decimo.

OELSÜS Card. COSTANTINI
S. R. E. Cancellarius

PETRUS Card. FUMATONE BIONDI
S. Congr. de Propagan4a Fide Praefectus

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

Franciscus Hannibal Ferretti, *Proton. Apost.*
Silvius Sericano, *Proton Apost.*

LQCO **8? Plumbi**

In Conc. Ap. tab., vol. LXXXX, n. 4

MOTU PROPRIO

DB PONTIFICIO OPERE PRIMARIO RELIGIOSARUM VOCATIONUM

Cum supremae paternaeque Nostrae sollicitudini respondens, S. Congregatio negotiis religiosorum sodalium praeposita peropportunum renuntiaverit Opus primarium religiosarum vocationum condere, quod sibi proponat in christifidelibus — omni sane consilio, sed potissimum per diversa in singulis regionibus constituta id genus Opera — voluntatem excitare fovendi, tuendi, iuvandique ad perfectionis christianae Status vocationes, rectam de dignitate ac utilitate perfectionis Statuum notitiam pervulgare, itemque fideles ex omnibus orbis partibus in communionem precum ac piorum exercitiorum vocare, Nos, motu proprio ac de Apostolicae plenitudine potestatis, Opus, quod Pontificium nominamus, vocationum religiosarum apud eandem S. Congregationem constitutum volumus, statuimus ac decernimus, addita facultate aggregandi Opera ac personas, cum id postulatum fuerit, simulque indulgentias concessas vel concedendas, atque favores spirituales, ad universos adscriptos extendendi.

Quod quidem ratum firmumque sit ac permaneat, contrariis quibuslibet non obstantibus, peculiari etiam mentione dignis.

Datum Romae, apud S. Petrum, die xi mensis Februarii, anno mcmlv, Pontificatus Nostri sexto decimo.

PIUS PP. XII

LITTEKAE APOSTOLICAE ,

BEATA MARIA VIRGO, NOMINE « MATRIS DESERTORUM)) INVOGATA, TN PRAECIPUAM PATRONAM CAELESTEM CIVITATIS « TORRENTE)) VALENTINENSIS ARCHIDIOECESIS ELIGITUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Praesidium rebus in artis atque perfugium salutis, Almam Deiparam, nomine «Matris Desertorum » invocatam, cives oppidi, quod, in Valentina Archidioecesi situm, « Torrente » vulgo appellatur, praecipuis, quemadmodum ad Nos allatum est, ornant obsequiis. Quod pietatis studium, a saeculo xv repetendum, per hominum aetates ita increvit ut peculiaris institueretur sodalitas, e nomine illo Beatae Mariae Virgini adiecto nuncupata ; quam in piam societatem oppidani fere omnes solent ascribi. Tantae autem Matris, insigni Imagine expressae, amorem, clementiam, liberalitatem Christifideles supplices multotiens experti sunt. Quo autem laudatus hic Deiparae cultus maiora sumeret incrementa, hoc praesertim Mariano Anno vertente, Curio Ecclesiae Beatae Mariae Virgini in Caelum Assumptae sacrae et in oppido, quod diximus, exstantis, nomine quoque Cleri, Piarum Sodalitatum locique Moderatorum, submissas Nobis adhibuit preces ut Almam Deiparam, nomine « Matris Desertorum » insignem, Caelestem eiusdem oppidi Patronam renuntiaremus. Quae vota, Venerabilis Fratris Marcellini Olaechea Loizaga, Valentini Archiepiscopi, commendatione suffulta, pro Nostro studio Marianae religionis adaugendae, propagandae, libenti animo statuimus explere. Quapropter, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra, deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Beatam Mariam Virginem, nomine ((Matris Desertorum » invocatam, totius civitatis, quae « Torrente » appellatur, praecipuam apud Deum Caelestem *Patronam* constituimus ac declaramus, omnibus adiectis honoribus et privilegiis liturgicis, quae principalibus locorum Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque

rite iudicandum esse ac definiendum ; ìrritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XIV mensis Maii, anno MCMLIV, Pontificatus Nostri sexto decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO PRUGNOLA
a Brevibus Apostolicis

EPISTULAE

I

AD REVMUM P. TERENTIUM STEPHANUM MCDERMOTT, ORDINIS FRATRUM PRAEDICATORUM VICARIUM GENERALEM.

PIUS PP. XII

Dilecte fili, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Cum Septembri mense, anno MDCCCCXXXXVI, Dominiciani Ordinis Delegatos Patres coram admisissemus, qui in coetu legitime habito Moderatorem suum seu Generalem Magistrum collatis ex more suffragiis degerant, eos paterno animo adhortati sumus ut, confirmata disciplina et viribus auctis, ad salutares Evangelii triumphos magis magisque conferrent.

In praesens vero, cum noscamus proximo Aprili mense iterum eiusmodi Delegatos esse una tecum in eiusdem generis coetum congressuros, cupimus imprimis illius memoriam recolere, qui ob improvisum et aerumnosum casum e mortali hac vita evocatus tantopere a Nobis a vobisque desideratur.

Vix autem necesse esse putamus novos Delegatos Patres commonere ut intento considerent animo se ad gravissimum obeundum munus vocari, cum eum deligere debeant, qui, utpote S. Dominici successor, universum ordinem vestrum, tot tantisque erga Ecclesiam humanitatisque cultum promeritis praeclarissimum, regat, moderetur ad auctioraque cotidie incrementa provehat. Illam imprimis sententiam secum reputent : « Omne datum optimum et omne donum perfectum desursum est, deseen-

dens a Patre luminum » ;* quamobrem antequam suffragia ferant, supplices ad Deum admoveant preces, ut luce superna suas ipsorum mentes benigne collustrare velit. Idque itidem faciant cupimus omnes Dominiciani Ordinis sodales, ubicumque sunt ; atque adeo una vox ex universa Religiosa Familia vestra ad Caelum attollatur, eorum etiam, qui, ut una tecum conquerimur, cum in « Ecclesia silentii » commorentur, Romam venire praepediuntur hoc suo munere perfuncturi.

Cum praeterea, hanc opportunitatem nacti, meditationi vestrae exoptemus aliquid proponere, quod peculiari modo videatur Instituto vestro consentaneum, haec S. Bernardi verba menti Nostrae succurrunt: «Est... tantum lucere, vanum; tantum ardere, parum; ardere et lucere perfectum ».[2] Opus siquidem est ut vos Legiferi Patris vestri normis obtemperantes,[3] in divinarum humanarumque disciplinarum studium incumbatis alacriter ; quam ad rem in Ordine vestro sidera fulgent, quorum lucentes radii saeculorum cursum praetergredientes, aetatis etiam nostrae tenebras illustrant ; Albertum Magnum, dicimus, ac praesertim eius discipulum Thomam Aquinatem, qui « divina humanaque scientia praedives, soli comparatur » atque ((illud a se impetravit, ut et superiorum temporum errores omnes unus debellarit, et ad profligahdos, qui perpetua vice in posterum exorituri sunt, arma in vietissima suppeditant ».[4]

Quamobrem, si illa Codicis Iuris Canonici decretoria sententia omnibus praestituitur, « Philosophiae rationalis ac Theologiae studia et alumnorum in his disciplinis institutionem Professores omnino pertractent ad Angelici Doctoris rationem, doctrinam et principia, eaque sancte teneant »,[5] vobis tamen peculiarissimo modo praecipitur. Idque duplici potissimum ratione : ut nempe catholicae doctrinae integritatem, prouti ab Ecclesia traditur, diligentissime servetis incolumen et adversus insurgentium. errorum conatus invicto animó aptisque armis tueamini; itemque ut nullam humanam disciplinam praetermittatis, quae progrediente saeculo possit nova luce christianam veritatem, quae semper eadem est, collustrare ac patefacere. Verumtamen necesse quoque est ut doctrinae vestrae lumen caritate illa ardeat, quae ex Deo oritur, et •quae homines facilius ad assequendam Aeterni Numinis sapientiam

[1] *lue.* 1, 17.

[2] ***Sermo in hat S. Ioan. Bapt.,*** **n.** 3; MIOXE ***P. L.*** **OLXXXIII,** 399-B

[3] ***Constit.,*** **n.** 452.

[4] LEO **XIII, Litt. Enc.** ***Aetemi Patria; A. L.*** 1879. Pi>. 273-274.

[5] **Can.** 1366, 2.

adducit. ((Scientia inflat», ut ait Apostolus, « caritas vero aedificat ».[6] Atque idem sanctissimus Doctor Mellifluus iure meritoque haec interrogando asseverat : « Quid faceret eruditio absque dilectione? Inflaret. Quid, absque eruditione, dilectio? Erraret ».[7]

Utrumque igitur assequi, officium gravissimum vobis esse debet; idque potissimum cum sacras contiones ad clerum vel ad populum habetis — quod Ordinis vestri peculiari modo proprium est —; ita quidem ut sitis « praedicatione ferventes »,[8] ut in Constitutionibus vestris animadvertitur. Etenim si divina caritate hominum verba non ferveant, inania sunt prorsus, secundum illud Apostoli gentium : « Si linguis hominum loquar et angelorum, caritatem autem non habeam, factus sum velut aes sonans, aut cymbalum tinniens ».[9] Ac praeterea concordent semper oportet in vobis verba cum moribus; ita ut, quod ore profertis, vestrae exemplo vitae fulciatis.

Haec christiana caritas vos invicem arctissime coniungat ut fratres ; nunquam igitur — quod pro certo omnino habemus — discordia subrepat, numquam frigida illa ac nimia obtineat sui ipsius existimatio, quae ceteros laedat. Christiana humilitas, quae excelsa virtus est, ceterarumque fundamentum, animum exornet vestrum; atque adeo ea omnia a vobis prohibeat, quae alios, sodales praesertim vestros, vel leviter offendat.

Debita vero oboedientia rationibus concussis numquam semperque firmis innitatur ; eis nempe, quae in Moderatoribus vestris Deum ipsum cernere iubeant. Inoboedientia enim, peculiarissimus aetatis nostrae morbus, vires dissipât, ac languida et infructuosa apostolica reddit incepta.

Haec habebamus, dilecte fili, quae hac opportunitate data, potissimum vobis omnibus meditanda et cotidie impensius exsequenda proponerentur. Ac fore omnino confidimus ut novus Moderator vester Generalisque Magister haec omnia, opitulante Deo, cernere possit quam diligentissime semper in usum deducta : ita quidem ut ex eius magisterio ac ductu tum inclito Ordini vestro nova queant atque eximia comparari promerita, tum Ecclesiae universae nova incrementa afferri.

Eem etiam perutilem, ut scribebas, facturi estis, si Consociationes illas, quae a Mariali Rosario, vel a sacratissimo Nomine Iesu auspicia

[6] *I Cor.* viii, i.

[7] S. **Bern.,** ***In Cantica,*** **serm. 69, n. 2;** MIGNE ***PL,*** OLXXXIII, 1113-A.

[8] ***Constit.,*** **n. 452.**

[9] ***II Cor.*** XIII, 1.

sumunt, quam studiosissime auctuosissimeque provehatis ; ex iis enim uberiores in dies salutaresque poteritis colligere fructus.

Qua suavi **spe** freti, tibi, dilecte fili, omnibusque Dominiciani Ordinis sodalibus, iis praesertim, qui in proximum coetum suffragiorum causa congregabuntur, Apostolicam Benedictionem, quae divinorum sit munerum auspex paternaeque benevolentiae Nostrae testis, peramanter in Domino impertimus;

Datum Bomae apud Sanctum Petrum, die xxv mensis Martii, anno MDœccLV, Pontificatus Nostri decimo septimo.

PIUS PP. XII

n

AD EMUM IOSEPHUM EPISCOPUM ALBANENSEM S. R. E. CARDINALEM PIZZARDO, SUPREMAE SACRAE CONGREGATIONIS SANCTI OFFICII A SECRETIS EUMDEMQUE SACRI CONSILII DE SEMINARIIS STUDIORUMQUE UNIVERSITATIBUS PRAEFECTUM, QUINTUM ET VICESIMUM EPISCOPATUS ANNUM IMPLETURUM.

PIUS PP. Xtl

Venerabilis Frater Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Tibi quinquagesimum sacerdotii tui natalem diem, duos adhinc annos, fauste celebranti gratulationes Nostras libenti admodum animo declar ravimus, plura eaque eximia erga Ecclesiam et Apostolicam hanc Sedem promerita ineunda memoria recolentes. Hodie autem ipsimet, quinque a suscepto episcopatu lustra proxime peragenti, dum constantem intimamque benevolentiam publice confirmamus, iustam laetitiam tuam tuorumque et grati eventus celebrationem Nostris secundissimis votis fervidisque ominibus etiam atque etiam adaugemus. Hisce enim postremis temporibus, quo .graviores in dies exstiterunt necessitates, quibus premuntur quum fideles Albanenses tibi concrediti, tum tot Seminariorum alumni sollicitudini tuae demandati, maiore profecto sollertia ac navitate eisdem consulere ac prospicere contendisti. Tibi igitur, Venerabilis Frater Noster, qui in praeclaris nobilissimisque Apostolicae Sedis officiis a florentibus annis versaris, quique Nobis Ipsis tam diuturnam, tam fidelem, tam studiosam deditamque operam tribuisti, de proxima faustitate perlibenti animo gratulamur, omnia felicia, prospera, salutaria a Domino adprecantes. Quo interea auspicati eventus commemoratio

gregi Albanensi salutarior exsistat,, tibi ultro facultatem largimur, ut, die constituta, post Sacrum pontificali ritu peractum, nomine Nostro Nostraque auctoritae adstantibus fidelibus benedicat, plenariam indulgentiam iisdem proponens, usitatis Ecclesiae condicionibus lucrandam. Supernorum denique munerum solaciorumque in auspicium, inque peculiaris Nostrae dilectionis pignus, Apostolicam Benedictionem tibi, Venerabilis Frater Noster, egregio Episcopo Suffraganeo cunctisque laborum sociis, simulque clero ac populo vigilantiae tuae commisso amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xvi mensis Aprilis, anno MDCCCCLV, Pontificatus Nostri septimo decimo.

PIUS PP. XII

ALLOCUTIONES

lis qui inter fuerunt universali Conventui, Romae habito, ad praecavendas operariis calamitate s. *

En vous accueillant ici, Messieurs les participants du premier Congrès Mondial de Prévention des accidents du travail, Nous Nous reportons en esprit au mois de novembre de Tan dernier où Nous avions le plaisir de recevoir à Castel Gandolfo les membres du Conseil d'Administration de l'Organisation Internationale du Travail. Nous félicitions alors vivement cet organisme d'avoir contribué pour une large part au développement de la législation sociale en beaucoup de pays, et de s'attacher avec ardeur à l'étude des problèmes actuels que posent les relations entre employeurs et ouvriers. L'un de ces problèmes, issu du développement continu du machinisme, est celui de l'accroissement du nombre des accidents de travail, particulièrement sensible après lai dernière guerre. C'est pour l'affronter que P« Ente Nazionale di Prevenzione degli Infortuni sul lavoro » avec le concours du Bureau International du Travail vous a invités à ce Congrès. Très touché de l'hommage que vous voulez Nous rendre, Nous profitons volontiers de cette occasion pour vous adresser Nos plus sincères félicitations et Nos encouragements.

* Die 3 Aprilis mensis a. 1955.

Depuis plusieurs décades, la lutte contre les accidents du travail se poursuit avec énergie à l'aide d'organismes techniques spécialisés. On peut voir là une des conséquences les plus heureuses de l'impulsion donnée au siècle dernier, et constamment renforcée depuis lors, par tant d'hommes généreux, soucieux d'améliorer la condition matérielle et morale des travailleurs, et dont Nos Prédécesseurs Léon XIII et Pie XI soutenaient et orientaient les efforts par leurs Encycliques sociales. D'importantes associations se sont créées qui, souvent avec l'appui des pouvoirs publics, s'emploient à stimuler l'action des savants, des experts et de tous les responsables en matière de sécurité et d'hygiène du travail. Mais il apparaît de plus en plus qu'il importe d'éviter la dispersion des forces, de mettre en commun le fruit des expériences et des recherches menées sur plusieurs fronts, de coordonner les initiatives sur le plan international le plus vaste. C'est le but de ce Congrès Mondial, qui invite à ses assises les représentants des organismes de prévention des Etats membres de l'Organisation Internationale du Travail.

Parmi les thèmes de rapports et de discussions que vous avez inscrits à votre programme, Nous relevons particulièrement l'étude de la tâche et du fonctionnement des comités de sécurité, les exigences que pose aux constructeurs la sécurité des machines, l'influence des facteurs humains et spécialement de la sélection et de la formation professionelles, les problèmes de collaboration internationale en matière de sécurité. Thèmes très généraux, sans doute, mais qui commandent les solutions particulières et qui devaient être abordés dans ce premier Congrès Mondial.

Sans perdre de vue le rôle des facteurs techniques dans la prévention des accidents du travail, facteurs si divers suivant les industries, il convenait de mettre en évidence un aspect plus délicat, l'intervention des motifs humains. La lutte que vous menez prolonge en effet l'effort inlassable que l'homme déploie depuis les origines pour dominer la matière, ses résistances aveugles, ses réactions déroutantes et parfois soudaines et terribles envers celui qui tente de l'enserrer de plus en plus dans le réseau de ses inventions. Toute œuvre humaine comporte un certain risque, physique, économique ou moral; on peut, on doit même l'accepter, quand il ne dépasse pas les limites que fixe la prudence. L'homme trouve d'ailleurs dans cette espèce de défi un stimulant psychologique puissant. Mais d'autre part, personne ne peut compromettre, sans raison grave, sa santé ou celle de ses semblables, exposer sa vie ou -celle d'autri. Et cependant que d'imprudences, de négligences coupables,

de risques délibérément accrus n'entraîne pas le seul désir d'éviter les charges économiques et les sacrifices matériels, que suppose toute application des mesures de protection? La pente de la facilité joue ici dans le même sens pour tous : afin d'éviter les pertes de temps et pour accroître la production et le profit, ou simplement pour s'épargner un effort psychologique désagréable, on relâche toute vigilance, on néglige les précautions parfois les plus élémentaires.

Si l'on considère cependant l'évolution sociale récente et si l'on réfléchit quelque peu, on apercevra sans peine le bien fondé et l'utilité de pareil effort. Personne à présent ne conteste plus la part des dispositions subjectives dans le rendement du travailleur. La méconnaissance des exigences physiques, affectives, morales de l'être humain finit par P aigrir et par le dresser contre ceux qui méprisent sa dignité personnelle. Comment pourraient subsister l'intérêt que chacun porte à sa tâche et la conscience professionnelle qui l'incite à s'en acquitter parfaitement, lorsque pèse sans cesse la menace d'un accident, qui priverait l'individu et sa famille du salaire dont dépend sa subsistance matérielle? Au simple plan économique, ces raisons suffiraient déjà à susciter chez les employeurs la volonté d'assurer à leurs ouvriers des conditions satisfaisantes de sécurité et d'hygiène.

Parmi les moyens d'ordre général utilisés à cet effet, il est certain que la sélection et la préparation professionnelle, de même que le perfectionnement de la main d'œuvre, tiennent une place capitale. Le fait ressort clairement de l'augmentation de la fréquence des accidents chez les ouvriers émigrés, appliqués à des travaux industriels, auxquels un long apprentissage ou même une tradition familiale ou régionale ne les a pas préparés. Considérée de ce point de vue, la question apparaît avec une extension très large et révèle un de ses caractères typiques: les problèmes spécifiques de la prévention des accidents de travail ne trouveront de solution complète que replacés dans un plan d'ensemble, qui tiendra compte de tous les aspects de la vie du travailleur et qui fera droit à toutes ses aspirations légitimes. L'application de mesures d'ordre technique en sera facilitée et produira des résultats assurés que n'obtiendraient ni la contrainte ni d'autres moyens extérieurs de persuasion.

In generali consessu Supremae Sacrae Congregationis S. Officii Emi ac Revmi DD. Cardinales rebus fidei et morum tutandis praepositi, praehabito RR. DD. Consultorum voto, damnarunt atque in Indicem librorum prohibitorum inserendum mandarunt librum qui inscribitur:

Marcelle De Jouvenel, *Au diapason du Ciel — Introduction de Gabriel Marcel* — L'invisible et le réel — Paris, La Colombe, 1950.

Et die 17 Aprilis 1955, Ssmus D. N. Pius Divina Providentia Pp. XII relatam Sibi Emorum Patrum resolutionem adprobavit, confirmavit et publicari iussit.

Datum Romae, ex Aedibus S. Officii, die 27 Aprilis 1955.

Marius Crovini, *Supremae S. Congr. S. Officii Notarius*

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Pius Divina Providentia Papa XII, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

die 21 Februarii 1955. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Marcianopolitanae praefecit Exc. P. D. Ioannem Sismondo, hactenus Episcopum titularem Caesariensem in Bithynia.

— Titulari episcopali Ecclesiae Anthedonensi Exc. P. D. Felicem Roeder, hactenus Episcopum Bellovacensem.

die 1 Martii — Titulari episcopali Ecclesiae Archyraënsi R. P. Caesarium a Colognola, O. F. M. Cap., saeculo Alexandrum Minali, Administratorem Apostolicum Praelaturae *nullius* Solimöes Superioris, quem constituit Praelatum eiusdem Praelaturae.

die 7 Martii — Titulari episcopali Ecclesiae Alienae R. D. Emmanuelem Antonium Pires, Vicarium Generalem dioecesis Brigantiensis, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Antonii Hildephonsi dos Sanctos Silva, Episcopi Silvae Portuensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Doritanae et adnexo Prioratui nullius quattuor Ordinum Militarium, in provincia Cluniensi constituto, Exc. P. D. Ioannem Hervás y Benet, hactenus Episcopum Maioricensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Siljensi R. P. D. Claudium Dupuy, Antistitem Urbanum, Vicarium Generalem Archidioeceseos Lugdunensis, quem deputavit Auxiliarem Emi P. D. Petri Mariae S. R. E. Cardinalis Gerlier, Archiepiscopi Lugdunensis.

die 9 Martii — Cathedrali Ecclesiae Fodianae R. D. Paulum Carta, ex archidioecesi Calaritana, canonicum ad honorem Capituli Metropolitam eiusdem archidioecesis, Cappellanum Academiae militaris Mutinensis.

— Cathedrali Ecclesiae Troianae R. D. Antonium Mistrorigo, archiprebyterum parochum et vicarium foraneum in oppido vulgo « Sossano » in dioecesi Vicentina.

— Cathedrali Ecclesiae Dianensi R. P. Felicissiinum Tinivella, Ministrum Provinciae Pedemontanae Ordinis Fratrum Minorum.

— Titulari episcopali Ecclesiae Sareptenae Exc. P. D. Aloisium Andrade et Valderrama, hactenus Episcopum Antioquiensem.

die 15 Martii — Titulari episcopali Ecclesiae Neptensi R. P. **D.** Edmundum Iosephum Reilly, Antistitem Urbanum, parochum B. Mariae Virginis Dominae Angelorum e dioecesi Bruklyniensi, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Thomae Edmundi Molloy, Archiepiscopi-Episcopi Bruklyniensis.

die 20 Martii — Titulari episcopali Ecclesiae Hadrianiensi R. P. D. Antonium Jannucci, Antistitem Urbanum, Vicarium Generalem dioecesis Pinnensis-Piscariensis et parochum S. Augustini in civitate Theatina, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Benedicti Falcucci, Episcopi Pinnensis-Piscariensis.

die 23 Martii — Cathedrali Ecclesiae Bellovacensi R. D. Petrum Lacointe, parochum Sancti Antonii vulgo « Quinze Vingts », Archidioecesis Parisiensis.

— Cathedrali Ecclesiae Surigen si R. P. Carolum van den Ouwelant, e Missionariis Sacratissimf Cordis Iesu, Administratorem Apostolicum ad nutum Sanctae Sedis eiusdem dioecesis Surigensis.

— Cathedrali Ecclesiae Ibarrensi Exc. P. D. Silvium Aloisium Haro Alvear, hactenus Episcopum titularem Antaeopolitanum.

;— Titulari episcopali Ecclesiae Abydenae R. D. Iulium Laschi, parochum oppidi vulgo « San José de los Arroyos » in dioecesi Sanctissimae Conceptionis in Paraguay, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. **D.** Aemilii Sosa Gaona, Episcopi Sanctissimae Conceptionis in Paraguay.

— Titulari episcopali Ecclesiae Clysmatenae R. D. Theophilum Camomot Bastida, parochum in urbe vulgo Talisay, Archidioecesis Nominis Iesu, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Iosephi Mariae Cuenco, Archiepiscopi Jarensis.

die 25 Martii —Titulari episcopali Ecclesiae Theudalensi Revmum P. D. Renatum Fontanelle, ex archidioecesi Cameracensi, Protonotarium Apostolicum ad instar participantium, Canonicum Patriarchalis Basilicae Principis Apostolorum de Urbe.

die I° Aprilis — Cathedrali Ecclesiae Antioquiensi Exc. P. D. Gu>lielmum Escobar Vêlez, hactenus Episcopum titularem Attudensem.

die 9 Aprilis— Cathedrali Ecclesiae Plymuthensi R. D. Cyrillum Restieaux, canonicum et parochum ecclesiae cathedralis Nottinghamensis.

die 13 Aprilis — Titulari episcopali Ecclesiae Pharsaliae Exc. P. D.

Iosephum Schiavini, Vicarium Generalem archidioecesis Mediolanensis et canonicum eiusdem Capituli Metropolitam, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Ioannis Baptistae Montini, Archiepiscopi Mediolanensis.

die i'4 *Aprilis* — Cathedrali Ecclesiae Veronensi Exc. P. D. Ioannem Urbani, hactenus Archiepiscopum titularem Sardianum et Adsistentem Ecclesiasticum Generalem Actionis Catholicae in Italia, cui servavit archiepiscopalem titulum *ad personam.*

die 15 Aprilis — Titulari episcopali Ecclesiae Caesariensi in Bithynia Exc. P. D. Secundum Chiocca, hactenus Episcopum Pulginatensem, quem deputavit Auxiliarem Emi P. I). Iosephi S. R. E. Cardinalis Siri, Archiepiscopi Ianuensis.

die 17 Aprilis ^— Titulari archiepiscopali Ecclesiae Silyensi Exc. P. D. Antonium Jordan, hactenus titularem Episcopum Vadensem, quem constituit *Coadiutorem* cum iure successionis Exc. P. D. Ioannis Hugonis Mac Donald, Archiepiscopi Edmontonensis.

H

DECLARATIO

INSULA ((SAINTE-HÉLÈNE)) IURISDICTIONI ARCHIEPISCOPI MARIANOPOLITANI EST SUBIECTA.

Edita die 9 mensis Iunii anno 1933 Apostolica Constitutione ((Ecclesiae Universalis sollecitudo » e territorio avulso ab archidioecesi Marianopolitana nova dioecesis Sancti Ioannis Quebecensis erecta fuit, flumine a Sancto Laurentio limites inter utramque circumscribente.

Nunc vero Emus P. D. Paulus Aemilius S. R. E. Card. Léger, Archiepiscopus Marianopolitanus, et Excmus P. D. Gerardus Coderre, Episcopus titularis Aegenus et Coadiutor Excmi P. D. Anastasii Forget, Episcopi Sancti Ioannis Quebecensis, Apostolicae Sedi dubium proposuerunt utrum insula « Sainte-Hélène », in praefato flumine exstans, de qua nulla mentio in memorata Apostolica Constitutione facta fuit, ad archidioecesim Marianopolitanam an ad dioecesim Sancti Ioannis Quebecensis pertineat.

Haec Sacra Congregatio Consistorialis, omnibus bene perpensis, declarat insulam « Sainte-Hélène », in flumine a Sancto Laurentio exstantem, ad archidioecesim Marianopolitanam pertinere, ac insuper, quatenus opus sit, decernit ut deinceps praefata insula, remota quavis

dubitationis causa, sub Archiepiscopi Marianopolitani pro tempore exsistentis iurisdictione censeatur ac sit.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae ex Aedibus S. Congregationis Consistorialis, die 11 Novembris anno Mariali 1954.

£8 Fr. A. I. Card. Piazza, Ep. Sabinen, et Mandelen. *a Secretis*

L. $ S.

Iosephus Ferretto, *Adsessor*

SACRA CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

PONTIFICIUM OPUS VOCATIONUM RELIGIOSARUM

I

STATUTA

I

Pontificium Opus vocationibus ad perfectionis Status tuendis fovendisque est Opus princeps a Ssmo Domino Pio Pp. XII constitutum per Apostolicas Litteras motu proprio datas *Cum supremae,* die xi Februarii a. mcmlv.

H

Hoc Pontificium Opus suam sedem habet apud S. Congregationem religiosorum sodalium negotiis praepositam.

III

Ad finem qui praestitutus est adsequendum, Pontificium Opus :

I° curat imprimis propagationem genuinae notionis de perfectionis Statuum natura, utilitate, excellentia prout exponitur in recentioribus documentis pontificiis ;

2° promovet opera pietatis, paenitentiae et caritatis, ut Deus multas easque optimas vocationes ad perfectionis Status concedat;

3° fovet incrementum Operum quae pro religiosis vocationibus in singulis regionibus erecta sunt, et curat ut constituantur ubi nondum condita fuerint.

IV

Ad Pontificium Opus adgregari possunt :

Religiones omnes ac Societates quae Religionibus adsimilantur, Instituta saecularia sive virorum sive mulierum, monasteria ac singulae religiosae domus, Consilia ex Moderatoribus ac Moderatricibus maioribus prout nunc in pluribus nationibus exstant, et Opera quaeque peculiari modo ad vocationes religiosas excolendas iuvandasque constituta.

Eidem Operi adscribi possunt :

Collegia ecclesiastica consociationesque catholicae, christifideles omnes qui sive ad clerum sive ad laicatum pertineant, quique tanto Operi praesto esse cupiant.

V

Pontificium Opus vocationum religiosarum committitur tutelae Sacrae Familiae Nazarethanae quae omnibus perfectionis Statibus « suavis efficacisque coniunctionis vitae contemplativae cum activa praebet exemplum » (Constitutio Apostolica *Sponsa Christi).*

Romae, die xi Februarii anno mcmlv.

Valerius Card. Valeri, *Praefectus*

L. © S.

P. Arcadius Larraona, C. M. F., *Secretarius*

II

NORMAE AD STATUTA EXSEQUENDA

Regimen

Pontificio Operi vocationum religiosarum praeest Emus Cardinalis Praefectus S. Congregationis de Religiosis ; vices eius gerit Excultus Secretarius eiusdem S. Dicasterii.

Pontificium Opus nulla in re autonomiam atque legitimam libertatem adimit Operibus pecularibus quae propriis legibus continentur et ordinantur.

Adscriptio

Petitio adgregationis vel adscriptionis Pontificio Operi pro Statibus perfectionis, collegiis ecclesiasticis, ceterisque institutis vel consocia-

tionibus catholicis et Operibus peculiaribus vocationum religiosarum fit ab eorumdem Moderatoribus.

In actu adgregationis vel adscriptionis Pontificium Opus tradit Societatibus diploma, et personis speciale testimonium.

Omnes adscripti modicam stipem annuam conferent.

Piae exercitationes

Quae sequuntur valde commendantur, ut Deus optimas vocationes ad singulos Status perfectionis concedere dignetur una cum auxiliis necessariis quibus vocationes ipsae ad felicem exitum adducantur :

I° abstinentia et ieiunium in vigiliis Assumptionis B. M. V. et Natalis D. N. I. Ob., speciali intuitu Operis vocationum religiosarum;

2° preces quas singuli Status perfectionis per vices, sine intermissione fundant;

3° celebratio *diei vocationum religiosarum* cum pio exercitio per decretum S. O. Rituum adprobato, atque peculiaribus indulgentiis a S. Paenitentiaria Apostolica ditato ;

4° celebratio *diei oblationis* in quo infirmi dolores et angustias pro vocationibus religiosis una cum pretiosissimo Sanguine Christi Domino Offerent.

Pontificii Operis navitas

Pontificii Operis erit :

I° providere ut typis apte edantur scripta et pervulgentur, quo melius in dies cognoscatur et magis aestimetur dignitas et utilitas religiosae vocationis ;

2° suadere sacerdotibus ut ad hoc pertractandum argumentum omnes opportunitates nanciscantur (e. g. conciones quadragesimae, exercitia spiritualia, supplicationes novendiales, catecheses pro adultis, etc.) ;

3° adhortari fideles ut studeant tum documentis a Sancta Sede datis, tum scriptis Sanctorum Patrum et piorum auctorum de Statibus evangelicae perfectionis et de vita religiosa ;

4° fovere in pueris et adulescentibus utriusque sexus, quorum quovis titulo praesertim Statuum perfectionis membra curam habeant, vitae religiosae aestimationem et intimum perfectionis christianae desiderium in eisdem alere ;

5° congressus convocare in quibus hoc argumentum tractabitur, vel

saltem curare ut in ceteris etiam congressibus, aliquid semper edisseratur de vocatione religiosa;

6° servare necessitudinem et rationes cum Religionibus, Societatibus, Institutis adgregatis. Opera peculiaria, ceteraque incepta utilia adiuvare, promovere ac inter se colligare, eisdem proponendo aptiora adiumenta ad optatum finem obtinendum. De omnibus dein quae egerint et consecuti fuerint, breviter, plane, accurate Pontificio Operi referant.

Dies festi

Praecipua festa Operis Pontificii erunt :

I° festum S. Familiae, Dominica infra Oct. Epiphaniae;

2° festum Omnium Ss. Fundatorum;

3° festum Ss. Petri et Pauli, die 29 Iunii ;

4° dies onomasticus Summi Pontificis, supremi Moderatoris omnium Statuum perfectionis.

Romae, die xi Februarii anno MCMLV.

VALERIUS Card. VALERI, *Praefectus*

L. ® S. P. Arcadius Larraona, C. M. F., *Secretarius*

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

BALDUINOPOLITAN. - LACUS MOEBI

DECRETUM

DE FINIUM MUTATIONE

Cum in Congo Belgico limites ecclesiastici inter Vicariatum Apostolicum Balduinopolitanum, Societati Missionariorum Africae (Patribus Albis) concreditum, et Praefecturam Apostolicam Lacus Moeri, Ordini Fratrum Minorum commissam, necessitatibus missionalis apostolatus amplius non responderent, Sacrae huic Congregationi de Propaganda Fide visum est ad partialem finium commutationem inter memoratas circumscriptiones ecclesiasticas ibidem procedere.

Itaque Emi ac Revmi Patres Cardinales huius Sacri Consilii Christiano Nomini Propagando regimini praepositi, in plenariis comitiis*

die 20 Decembris anni 1954 • habitis, re mature perpensa atque auditis Revmorum Ordinariorum quorum interest consensu necnon favorabili Excmi ac Revmi Domini Petri Sigismondi, Archiepiscopi titulo Neapolitani in Pisidia et eo tempore Apostolici in Congo Belgico et Ruanda-Urundi Delegati, voto, limites inter praelaudatas circumscriptiones ita emendandos esse censuerunt ut tota pars districtus civilis de Pweto, quae ad Vicariatum Apostolicum Balduinopolitanum pertinet, a praedicto Vicariatu distraheretur et ad Praefecturam Apostolicam Lacus Moëri adnecteretur.

Quam sententiam Sacra Congregatio de Propaganda Fide, vigore specialium facultatum sibi a Sanctissimo Domino Nostro PIO Divina Providentia Papa XII tributarum, ratam habuit et confirmavit praesensque ad rem Decretum expediri iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 20 mensis Decembris a. D. 1954.

P. Card. Fumasoni Biondi, *Praefectus*

L. © S.

P. Sigismondi, Archiep. Neapolitan. in Pisidia, *a Secretis*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

SINARUM

BEATIFICATIONIS SEU DECLARATIONIS MARTYRII VENERABILIUM SERVORUM DEI LEONIS IGNATII MANGIN ET PAULI DENN, SACERDOTUM SOCIETATIS IESU/ PETRI TCHOU, VIRI LAICI; ANNAE WANG, VIRGINIS SAECULARIS ET SOCIORUM, SACERDOTUM ATQUE CHRISTIFIDELIUM, IN ODIUM FIDEI INTERFECTORUM.

SUPER DUBIO

An stante approbatione martyrii necnon dispensatione a signis seu miraculis, Tuto *procedi possit ad sollemnem eorundem Venerabilium Servorum Dei Beatificationem.*

a *Timor non est in caritate sed perfecta caritas foras mittit timorem, a quoniam timor poenam non habet; qui autem timet non est perfectus «in caritate))* (I. Io. 3, 18).

Mirabile ultra modum Martyres, de quibus in hoc decreto agitur, perfectae caritatis exemplum praebuere, qui atrocia tormenta pro Christi fide sustinuerunt. Omnibus enim Sinensibus ne morte plecterentur, proposita apostasia fuit; verum caritas a Sancto Spiritu in eis infusa *vacua non fuit,* sed perfecte excepta atque vivax in animo servata, crudelissimae mortis foras misit timorem, quam ipsi ne a fide desciscerent, heroice praetulerunt; sicque cum quatuor e Societate Iesu missionalibus, eorum magistris, martyrii coronam sunt assecuti.

In teterrima insectatione in Sinis Boxerum opera anno 1900 saeviente, fere centummilia victimarum fuerunt necata. In Apostolico Vicariatu de Sien-Hsien Societati Iesu concredito quinque circiter milia morte fuerunt multati; Apostolicus Vicarius de bismille sexaginta sex canonicas inquisitiones peragere potuit. Verum de ingenti hoc numero actores sex tantum supra quinquaginta Sacrae huic Congregationi, ut causa expeditior evaderet, proposuerunt; hi sunt:

1) Petrus Tchou-jeu-sinn, annor. 19; 2) Ioannes Baptista Tchou-ou-joei, a. 17; 3) P. Remigius Isoré S. I., a. 48; 4) P. Modestus Andlauer S. L, a. 53; 5) Elisabeth Tsinn, a. 54; 6) Simon Tsinn, a. 14; 7) Barbara Ts'oei-lien-cheu, a. 51; 8) Raymundus Li-ts'uan-tchenn, a. 59; 9) Petrus Li Ts'uan-hoei, a. 63; 10) Lucia Wang-tcheng, a. 18; 11) Maria Fan-k'ounn, a. 16; 12) Maria Ts'i-u, a. 15; 13) Maria Tcheng-su, a. 11; 14) Iosephus Ma-t'ien chounn, a. 60; 15) Maria Tchao-kouo-cheu, a. 60; 16) Rosa, a. 22 et 17) Maria, a. 17 eius filiae; 18) Rosa Wang-hoei, a. 45; 19) Theresia Tchang-heue-cheu, a. 36; 20) Anna Nan-sinn-eheu, a. 72; 21) Maria Nan-kouo-cheu, a. 64; 22) Maria Nan, dicta Ling.-hoa, a. 29; 23) Anna Nan Tsiao-cheu, a. 26; 24) Maria Fou, a. 37; 25) Magdalena Tou-fong-kiu, a. 19; 26) Maria Tou-t'ien-cheu, a. 42; 27) Maria Tou-tchao-cheu, a. 51; 28) Petrus Liou-tzeu-u, a. 57; 29) Maria Kouo-li-eheu, a. 65; 30) Petrus Tchao-ming-tchenn, a. 61; 31) Ioannes Baptista Tchao-ming-hi, a. 56; 32) Paulus Ou-kiu-nan, a. 62; 33) Ioannes B. Ou-man-t'ang, a. 17; 34) Paulus Ou-Wan-chou, a. 16; 35) K'i-tchou-tzeu, a. 18; 36) Paulus Liou-tsinn-tei, a. 79; 37) Tchang-hoai-lou, a. 57; 38) Iosephus Yuann-keng-yinn, a. 47; 39) Theresia Tch'enn-kinn-tsie, a. 25; 40) Rosa Tch'enn-kai-tsie, a. 22; 41) Iosephus Wang-k'oei-tsu, a. 37; 42) Ioannes Wang-k'oei-sinn, a. 25; 43) Marcus Ki-t'ien-siang, a. 66; 44) Petrus Wang-tsouo-loung, a. 58; 45) Paulus Keue-t'ing-tchou, a. 61; 46) Lang-yang-cheu, a. 29; 47) Paulus Lang-eull eius filius, a. 8-9; 48) Anna Wang, a. 14; 49) Iosephus Wang-jou-mei, a. 68; 50) Lucia Wang-wang-cheu, a. 31; 51) Andreas, eius filius, a. 9; 52) Maria Wang-

ii-cheu„ a. 49; 53) Ioannes Ou-wenn-yinn, a. 50; 54) P. Leo Ignatius Mangin, S. **I.,** a. 43; 55) P. Paulus Denn, S. I., a¿ 53; 56) Maria Tchou-ou-cheu, a. circ. 40.

Servato iuris ordine die 28 Maii anno 1948, Ssmus D. N. Pius Papa XII causae Introductionis commissionem signavit. Apostolico constructa processu in Chimsciensi Curia de his sex supra quinquaginta, eiusque iuridica vi die 3 Augusti anni 1952 recognita, Antepraeparatoria Congregatio apud Revmum Cardinalem Clementem Micara, Episcopum Veliternum, causae Ponentem die 25 Maii anni 1954 habita est; Praeparatoria vero die 26 Octobris, Generalis tándem coram Summo Pontifice die 22 Februarii anni huius. Qua celebrata, Beatissimus Pater constare de martyrio et causa martyrii horum Servorum Dei, concessa quoque ad mentem canonis 2116 § 2 Codicis Iuris Canonici a signis seu. a miraculis omnique alia et necessaria dispensatione, edixit, atque super Eius sententia decretum edi mandavit. Quod factum est.

Ut autem acta compleantur ut ad sollemnia Beatificationis celebranda procedi possit, a iure praescribitur ut tota Sacrorum Rituum Congregatio, actis omnibus perpensis, affirmet : *Stante approbatione martyrii, nec non dispensatione a signis seit miraculis,* tuto *procedi posse ad eorumdem Venerabilium Servorum Dei sollemnem Beatificationem,*

unanimis porro fuit haec affirmatio, quam Sanctitas Sua benigne acceptavit edixitque tuto *procedi posse ad Venerabilium Leonis Ignatii Mangin, Pauli Denn, Sacerdotum e Societate Iesu, Petri T chou, viri laici, Annae Wang, Virginis saecularis, et Sociorum sollemnem Beatificationem.*

Hoc autem decretum promulgari et in acta S. Rituum Congregationis referri nec non Apostolicas Litteras sub Piscatoris anulo de solemniis Beatificationis in Vaticana Basilica quandocumque celebrandis expediri iussit.

Datum Romae, die sollemni Paschae, Anno Domini 1955.

C. Card. Cicognani, *Praefectus*

L. © S.

t A. Carinci, Archiep. Seleuc, *Secretarius*

An. et vol. XXXXVU 28 Maii 1955 (Ser. II, v. XXII) - N. 7

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XII

CONSTITUTIO APOSTOLICA

RANG-TJNENSIS. (BASSEINENSIS)

EX RANGUNENSI ARCHIDIOECESI QUAEDAM TERRITORII PARS DISTRAHITUR, QUA NOVA CONSTITUITUR DIOECESIS BASSEINENSIS APPELLANDA.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quo commodius aptiusque dioecesium regimini et administrationi consuli possit, maxime prodesse videtur illas, cum sunt et nimio territorio amplae et christifidelium numero frequentes, dismembrare et aliter circumscribere novasque Ecclesias constituere, aliis concredendas Pastoribus. Quod nunc faciendum existimamus ad Rangunensem Sedem quod attinet, quam, per apostolicas sub plumbo Litteras « Dum alterna », hoc ipso die datas, ad metropolitanae gradum eveximus. Cum igitur preces acceperimus venerabilis Fratris Martini Lucas, Archiepiscopi titulo Adulitani atque in Indica regione Apostolici Internuntii, quibus ipse ab Apostolica Sede postulabat ut, separata quadam territorii parte a perampla Rangunensi Ecclesia, nova exinde episcopalis Sedes constitueretur; cumque id consilii venerabiles Fratres Nostri S. R. E. Cardinales Sacrae Congregationi Fidei Propagandae praepositi probaverint, exhibitas Nobis preces admittendas esse arbitramur. Post igitur eos auditas quorum res haec interest; eorumque consensum supplentes qui in

eadem re aliquid iuris se habere arbitrentur, de summa et apostolica Nostra potestate ea quae sequuntur decernimus ac statuimus. A Rangunensi archidioecesi excerpimus civiles districtus, quibus nomina de Bassein, Henzada et Myaungmya. E quibus territoriis novam erigimus dioecesim, quam ab urbe Bassein *Basseinensem* appellari iubemus atque clero indigenae concredimus; quae praeterea metropolitanae Rangunensi Ecclesiae suffraganea erit, cuius Metropolitis Archiepiscopis Basseinenses sacrorum Antistites iure optimo subicientur. Sedes huius novae dioecesis in urbe ipsa, quam Bassein vocant, erit; Episcopi autem cathedra in eo urbis templo collocabitur, quod merito princeps habetur quodque ad cathedralis templi dignitatem perducimus, Deo in honorem Sancti Petri Apostoli dicatum. Sive autem Basseinensi dioecesi, sive eius Episcopo omnia iura, honores, potestates ac privilegia tribuimus, quae Ecclesiis et Praesulibus eiusdem honoris iure concedi solent; Episcopos autem oneribus teneri volumus quibus et ceteri per orbem. Episcopalis autem mensa, quae dicitur, iis constabit bonis quae e territorio a Rangunensi archidioecesi disiuncto, pro rata parte, novae Sedi cedent, vel emolumentis quae novae Basseinensis dioecesis Curiae obvenient; vel a Sacra Congregatione Fidei Propagandae et a fidelibus offerenda pecunia. Electio Vicarii Capitularis, Sede vacante, ad normam iuris fiat; item ea omnia quae ad cleri populique disciplinam pertinent, Codice Iuris Canonici regantur. De clero autem statuimus ut ea pars quae ante divisum territorium in iis regionibus, ex quibus nova constituitur Ecclesia, legitime degebat, eadem in posterum Basseinensi dioecesi adscripta censeatur. Quod ad Canonicorum Collegium respicit, volumus ut quam primum condatur; quo usque tamen constitui nequeat, indulgemus ut Consultores dioecesani eorum loco eligantur, quorum consilio et opera Episcopus in gravioribus suae dioecesis negotiis adiuvari possit. Praecipimus quoque ut, cum primum fas erit, pueris ad sacerdotalia munia vocatis excolendis seminarium saltem elementarium constituatur, ad iuris communis et Sacrae Congregationis Fidei Propagandae normas. Volumus denique ut a Curia metropolitana Rangunensi ad tabularium Curiae novae Basseinensis dioecesis quam cito acta mittantur et documenta omnia, quae ad hanc Ecclesiam spectant. Quae his Litteris mandavimus exsequenda curabit venerabilis Frater Martinus Lucas, quem supra memoravimus, vel ille qui eo tempore, quo decreta ad exitum adducentur, munere Apostolici Internuntii in Indica regione fungetur. Cui propterea omnes potestates agendae rei tribuimus, quae poterunt cuilibet viro subdelegari, si opus fuerit, dummodo in ecclesia-

stica dignitate constituto. Habebit idem venerabilis Frater onus, hoc confecto negotio, documenta exarandi, cuius fide digna exempla ad Sacram Congregationem Fidei Propagandae quam primum transmittenda curabit.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die primo mensis Ianuarii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo quinto, Pontificatus Nostri sexto decimo.

CELSUS Card. COSTANTINI
8. R. E. Cancellarius

PETRUS Card. FUMASONI BIONDI
8. Congr. de Propaganda Fide Praefectus

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

Franciscus Hannibal Ferretti, *Proton. Apost.*
Silvius Sëricano, *Proton. Apost.*

Loco ¡33 Plumbi

In Cane. Ap. tab., vol. LXXXX, n. 5

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

i

Causae quae in Tribunali Sacrae Romanae Rotae actae sunt anno 1954, quarum definitiva sententia editur tantum in parte dispositiva.

Cum ad edendas animadversiones peculiaris quidam Defensor vinculi deputatur, iam ad idem matrimonium iuxta SS. Canones tuendum intervenit unus ex S. Tribunalis Defensoribus vinculi, qui sunt: RR. DD. Iosephus Stella, Ovidius Bejan, Aegidius Del Corpo.

I. HEMESEN. MELCHITARUM. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis vel metus et* DISPENSATIONIS SUPER RATO.

Turnus Rotalis: A. Jullien, Decanus, A. Wynen, D. Staffa, *Ponens.*

Vinculi Defensor deputatus: A. a Langasco.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: R. Costa Albesi.

Dubia: I. « An constet de nullitate matrimonii, in casu »; et quatenus negative : II. « An consilium praestandum sit Sanctissimo pro dispensatione super matrimonio rato et non consummato, in casu ».

Sententia diei 8 Ianuarii: Ad I. «Negative». Ad II. «Affirmative)).

II. ROMANA - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis vel metus.*

Turnus Rotalis: I. Pasquazi, *Ponens,* P. Felici, B. Filipiak.

Vinculi Defensor: I. Stella.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: F. Ligi.

Dubium: «An sententia Rotalis diei 19 Novembris 1951 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu ».

Sententia diei 12 Ianuarii : « Confirmandam esse, et ideo non constare de nullitate matrimonii, in casu ».

TU. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ob exclusum bonum prolis.*

Turnus Rotalis: P. Felici, *Ponens,* B. Filipiak, G. Doheny.

Vinculi Defensor deputatus: A. Czapla.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: V. Trocchi.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Sententia diei 12 Ianuarii : « Negative ».

IV. BAREN - NULLITATIS MATRIMONII - INCIDENTIS.

Turnus Rotalis: A. Fidecicchi, *Ponens,* F. Brennan, D. Staffa.

Vinculi Defensoris Substitutus: A. Del Corpo.

Advocati: P. Ciprotti, *pro actore;* F. Bersani, *pro conventa-.*

Dubium: « An restitutio in integrum concedenda sit, in casu».
Sententia diei 12 Ianuarii : « Negative ».

V. ROMANA - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis vel metus.*
Turnus Rotalis: A. Fidecicchi, F. Brennan, P. Mattioli, *Ponens.*
Vinculi Defensor deputatus: A. a Langasco.
Advocati: O. Da Silva, R. Szenwic.
Dubium : « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».
Sententia diei 13 Ianuarii: « Negative ».

VI. ROMANA - NULLITATIS MATRIMONII *ob conditionem appositam et ob exclusum bonum fidei.*
Turnus Rotalis: F. Brennan, *Ponens,* D. Staffa, I. Pasquazi.
Vinculi Defensor: I. Stella.
Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».
Sententia diei 13 Ianuarii: «Negative».

VII. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ob viri impotentiam et* DISPENSATIONIS SUPER RATO.
Turnus Rotalis: F. Brennan, *Ponens,* D. Staffa, I. Pasquazi.
Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: I. Spinelli.
Dubia : I. « An constet de nullitate matrimonii, in casu » ; et quatenus negative: II. «An consilium praestandum sit Sanctissimo pro dispensatione super matrimonio rato et non consummato, in casu ».
Sententia diei 13 Ianuarii : Ad I. « Affirmative, vetito viro transitu ad alias nuptias ». Ad II. « Provisum in primo ».

VIII. FIRMANA - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis vel metus.*
Turnus Rotalis: F. Brennan, *Ponens,* D. Staffa, I. Pasquazi.
Vinculi Defensoris Substitutus : O. Bejan.
Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: I. Lombardi.
Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».
Sententia diei 13 Ianuarii: «Negative».

IX. ROMANA - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis vel metus.*
Turnus Rotalis: G. Heard, A. Canestri, *Ponens,* H. Caiazzo.
Vinculi Defensor deputatus: I. Sirna.
Advocatus ex mandato gratuiti patrocini: T. Mauro.
Dubium: «An sententia Rotalis diei 13 Martii 1951 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu».
Sententia diei 14 Ianuarii : « Infirmandam esse, seu constare de matrimoni nullitate, in casu ».

X. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ob impotentiam, viri et* DISPENSATIONIS SUPER RATO.
Turnus Rotalis: I. Pasquazi, *Ponens,* P. Felici, B. Filipiak.
Vinculi Defensor deputatus: I. Sirna.
Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii : R. Ottaviani.
Dubia: I. «An constet de nullitate matrimonii, in casu » ; et quatenus negative : IL « An consilium praestandum sit Sanctissimo pro dispensatione super matrimonio rato et non consummato, in casu ».
Sententia diei 16 Ianuarii: Ad I. « Negative ». Ad II. «Affirmative».

XI. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ob exclusionem, boni sacramenti et boni prolis.*

Turnus Rotalis: A. Jullien, Decanus, A. Wynen, I. M. Pinna, *Ponens.*

Vinculi Defensoris Substitutus: O. Bejan.

Advocatus: F. Cartoni.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Sententia diei 16 Ianuarii : « Affirmative, vetito tamen mulieri conventae transitu ad novas nuptias, nisi sub fide iurisiurandi coram Ordinario loci promiserit se non amplius exclusuram bona matrimonii ».

XII. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ob exclusum bonum sacramenti.*

Turnus Rotalis: G. Heard, *Ponens,* A. Canestri, P. Mattioli.

Vinculi Defensor deputatus: A. Cairoli.

Advocati: C. Bernardini, H. Paleari.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Sententia diei 16 Ianuarii : « Negative ».

XIII. ROMANA - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis vel metus.*

Turnus Rotalis: P. Felici, *Ponens,* B. Filipiak, G. Doheny.

Vinculi Defensor deputatus: I. Sirna.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: A. D'Alessandri.

Dubium: «An constet de matrimonii nullitate, in casu».

Sententia diei 19 Ianuarii : «Affirmative».

XIV. SOUTHWARCEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ob exclusum bonum prolis.*

Turnus Rotalis: A. Canestri, *Ponens,* A. Fidecicchi, F. Brennan.

Vinculi Defensoris Substitutus: O. Bejan.

Advocatus: R. Romano.

Dubium: « An sententia Rotalis diei 9 Novembris 1951 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu ».

Sententia diei 21 Ianuarii : « Infirmandam esse, seu constare de matrimonii nullitate, in casu ».

XV. MEDIOLANEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ob exclusum bonum prolis.*

Turnus Rotalis: A. Wynen, *Ponens,* G. Heard, A. Canestri.

Vinculi Defensor deputatus: P. Capobianco.

Advocatus: C. Bernardini.

Dubium: a An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 23 Ianuarii : « Affirmative, vetito viro transitu ad alias nuptias, nisi coram Ordinario loci vel eius Delegato sub fide iurisiurandi declaraverit se non amplius velle excludere bonum prolis vel aliud bonum essentiale matrimonii ».

XVI. ROMANA - NULLITATIS MATRIMONII *ob exclusionem boni sacramenti.*

Turnus Rotalis: F. Brennan, *Ponens,* D. Staffa, I. Pasquazi.

Vinculi Defensor deputatus : I. Sirna.

Advocatus: A. Angelini Rota.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Sententia diei 26 Ianuarii : « Affirmative, vetito mulieri transitu ad alias nuptias nisi prius iurisiurando coram Ordinario loci promiserit se omnes essentiales obligationes matrimonii accepturam ».

XVII. VENETIARUM, SEU GORITIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis vel metus.*

Turnus Rotalis: A. Wynen, *Ponens,* G. Heard, A. Canestri.
Vinculi Defensor deputatus: A. a Langasco.
Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: A. D'Alessandri.
Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».
Sententia diei 20 Ianuarii: « Affirmative ».

XVIII. SANCTI GALLI - NULLITATIS MATRIMONII *ob simulationem consensus, ob exclusionem boni sacramenti et boni prolis.*

Turnus Rotalis: B. Filipiak, *Ponens,* G. Doheny, P. Mattioli.
Vinculi Defensor deputatus: A. Martinengo.
Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: B. Pellegrini.
Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».
Sententia diei 29 Ianuarii : « Affirmative, vetito mulieri transitu ad alias nuptias, nisi sub fide iurisiurandi coram Ordinario loci promiserit se omnes obligationes coniugales esse accepturam ».

XIX. CHIÇOUTIMIEN, - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite amentiae.*

Turnus Rotalis: G. Heard, *Ponens,* A. Canestri, B. Filipiak.
Vinculi Defensor deputatus: F. Fournier.
Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: B. Pellegrini.
Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».
Sententia diei 30 Ianuarii: « Affirmative ».

XX. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ob impotentiam viri: ob conditionem appositam.*

Turnus Rotalis: H. Câiazzo, A. Fidecicchi, I. Pasquazi, *Ponens.*
Vinculi Defensor deputatus: S. Canals.
Advocati: I. Torre, H. Figliuoli.
Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».
Sententia diei 2 Februarii: « Negative ».

XXI. ROMANA - NULLITATIS MATRIMONII *ob exclusum bonum' prolis.*

Turnus Rotalis: B. Filipiak, *Ponens,* G. Doheny, P. Mattioli.
Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: G. Franco.
Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».
Sententia diei 5 Februarii : « Affirmative, vetito mulieri conventae transitu ad alias nuptias nisi serio sub iuramento promiserit se consensum esse praestituram ad normam legis » (can. 108(5, C. **1.** C).

XXII. CLEVELANDEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis vel metus.*

Turnus Rotalis: D. Staffa, *Ponens, I.* Pasquazi, P. Felici.
Vinculi Defensor deputatus: G. Brisebois.
Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: F. Ligi.
Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu».
Sententia diei 5 Februarii : «Affirmative».

XXIII. ROMANA - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis vel metus.*

Turnus Rotalis: A. Wynen, *Ponens,* G. Heard, A. Canestri.
Vinculi Defensor: I. Stella.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: F. Ercolani.
Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».
Sententia diei 6 Februarii: « Negative ».

XXIV. THEATINA - NULLITATIS MATRIMONII *ob conditionem appositam.*
Turnus Rotalis: P. Felici, *Ponens,* B. Filipiak, Gr. Doheny.
Vinculi Defensor deputatus: A. De Iorio.
* *Advocatus:* M. D'Alfonso.
Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».
Sententia diei 9 Februarii : « Affirmative ».

XXV. ROMANA - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis vel metus.*
Turnus Rotalis: F. Brennan, *Ponens,* D. Staffa, I. Pasquazi.
Vinculi Defensoris Substitutus : A. Del Corpo.
Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: F. Ligi.
Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».
Sententia die 12 Februari : « Affirmative ».

XXVI. ROMANA - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis vel metus.*
Turnus Rotalis : D. Staffa, *Ponens,* I. Pasquazi, P. Felici.
Vinculi Defensor deputatus: A. Cairoli.
Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: R. Costa Albesi.
Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».
Sententia diei 12 Februarii: « Affirmative ».

XXVII. FULDEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ob simulationem consensus.*
Turnus Rotalis: E. Caiazzo, A. Fideciccbi, L M. Pinna, *Ponens.*
Vinculi Defensor deputatus: V. Ait.
Advocatus: F. Cartoni.
Dubium: «An constet de nullitate matrimonii, in casu».
Sententia diei 16 Februarii: « Negative ».

XXVIII. CATANEN. SEU PANORMITANO - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis vel metus.*
Turnus Rotalis : T. Pasquazi, *Ponens,* P. Felici, B. Filipiak.
Vinculi Defensor deputatus : L Sirna.
Advocatus: E. Ruffini.
Dubium: «An constet de nullitate matrimonii, in casu».
Sententia diei 16 Februarii : «Affirmative».

XXIX. FOGARESIEN.-ALBA IULIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis vel metus.*
Turnus Rotalis: G. Doheny, *Ponens,* P. Mattioli, B. Bonet.
Vinculi Defensor deputatus: A. Boccalini.
Advocatus : R. Romano.
Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».
Sententia diei 19 Februarii: «Negative».

XXX. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ob impotentiam viri et* DISPENSATIONIS SUPER RATO.
Turnus Rotalis: I). Staffa, *Ponens,* I. Pasquazi, P. Felici.

Vinculi Defensor deputatus: Î. Magyary.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: L. Valletta.

Dubia: I. « An constet de nullitate matrimonii, in casu » ; et quatenus negative : II. « An consilium praestandum sit Sanctissimo pro dispensatione super matrimonio rato et non consummato, in casu ».

Sententia diei 19 Februarii: Ad I. « Negative ». Ad II. « Affirmative, vetito tamen viro transitu ad alias nuptias, inconsulta S. R. Rota ».

XXXI. LUCEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ob vim vel metum; ob exclusum bonum prolis.*

Turnus Rotalis: B. Filipiak, P. Mattioli, *Ponens,* E. Bonet.

Vinculi Defensor deputatus: G. Andreozzi.

Advocati: E. Ruffini, P. Fedele.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu »

Sententia diei 20 Februarii : « Negative ».

XXXII. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ob simulationem totalem; ob exclusum bonum prolis.*

Turnus Rotalis: A. Canestri, *Ponens,* A. Fideeiccbi, B. Filipiak.

Vinculi Defensor deputatus: F. Fournier.

Advocatus: P. Ciprotti.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 23 Februarii : « Negative ».

XXXIII. SOUTHWARCEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ob exclusum bonum prolis.*

Turnus Rotalis: G. Doheny, *Ponens,* P. Mattioli, E. Bonet.

Promotor Iustitiae: I. Pendola.

Vinculi Defensor deputatus: A. Cairoli.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: P. A. D'Avack.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 23 Februarii: «Affirmative».

XXXIV. CALARITANA - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis vel metus.*

Turnus Rotalis: A. Fidecicchi, *Ponens,* F. Brennan, D. Staffa.

Vinculi Defensor deputatus : A. Boccalini.

Advocati: F. Bersani, *pro actore;* C. Corsanego, *pro conventa.*

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Sententia diei 23 Februarii : « Affirmative ».

XXXV. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite amentiae mulieris.*

Turnus Rotalis: A. Jullien, Decanus, A. Wyney, *Ponens,* G. Heard.

Vinculi Defensor deputatus: I. Magyary.

Advocatus: M. Mantovani.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 25 Februarii : « Negative ».

XXXVI. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ob impotentiam viri.*

Turnus Rotalis: A. Jullien, Decanus, A. Wynen, G. Heard, *Ponens.*

Vinculi Defensor deputatus: V. Bartoccetti.

Advocati: F. Della Rocca, F. Bersani.

Dubium: « An sententia Rotalis diei 15 Februarii 1951 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu ».

Sententia diei 25 Februarii : « Confirmandam esse, seu non constare de nullitate matrimonii, in casu.

XXXVII. N. *IS.* - NULLITATIS MATRIMONII *ob impotentiam viri.*

Turnus Rotalis: P. Mattioli, *Ponens,* E. Bonet, I. M. Pinna.

Vinculi Defensor deputatus: A. De Iorio.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: H. Figliuoli.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 26 Februarii : « Affirmative, vetito viro transitu ad aliud matrimonium ad normam can. 1068 C. I. C. ».

XXXVIII. TARENTINA SEU BAREN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis vel metus.*

Turnus Rotalis: B. Filipiak, G. Doheny, P. Mattioli, *Ponens.*

Vinculi Defensoris Substitutus: O. Bejan.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: H. Graziani.

Dubia: I. « An constet de nullitate sententiae Tribunalis Baren, diei 21 Iunii 1949 » ; II. « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Sententia diei 26 Februarii: Ad I. « Affirmative ». Ad II. « Negative ».

XXXIX. ANTIOCHEN. MELCHITARUM - NULLITATIS MATRIMONII *ob vim vel metum.*

Turnus Rotalis: A. Wynen, G. Heard, *Ponens,* A. Canestri.

Vinculi Defensor deputatus : F. Fournier.

Advocati: P. Ciprotti, C. Tricerri.

Dubium: « An sententia Rotalis diei 9 Novembris 1951 sit confirmanda vel infirmanda, in casu ».

Sententia diei 27 Februarii: « Infirmandam esse, ideoque constare de nullitate matrimonii, in casu ».

XL. ROMANA - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis vel metus.*

Turnus Rotalis: G. Heard, *Ponens,* A. Fidecicchi, F. Brennan.

Vinculi Defensor deputatus: I. Trezzi.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocini: I. Torre.

Dubium : « An sententia Rotalis diei 2 Maii 1950 sit confirmanda vel infirmanda, in casu ».

Sententia diei 27 Februarii : « Intirmandam esse, ideoque constare de nullitate matrimonii, in casu ».

XLI. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus et* DISPENSATIONIS SUPER RATO.

Turnus Rotalis: A. Canestri, A. Fidecicchi, F. Brennan, *Ponens.*

Vinculi Defensor deputatus: F. Fournier.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: L. Valletta.

Dubia : I. « An sententia Rotalis diei 15 Martii 1949 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu »; et quatenus affirmative ad primam partem, negative ad alteram : II. « An consilium praestandum sit Sanctissimo pro dispensatione super matrimonio rato et non consummato, in casu ».

Sententia diei 27 Februarii : Ad I. « Confirmandam esse, seu non constare de nullitate matrimonii, in casu ». Ad II. « Affirmative ».

XLII. ROMANA - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis vel metus.*

Turnus Rotalis: A. -Fide-ciechi, *Ponens,* F. Brennan, E. Bonet.

Vinculi Defensor deputatus: A. Boccalini.

Advocatus: C. Bernardini.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Sententia diei 2 Martii : « Negative ».

XLIII. N. N. NULLITATIS MATRIMONII *ob impotentiam viri et* DISPENSATIONIS SUPER RATO.

Turnus Rotalis: I. Pasquazi, *Ponens,* P. Felici, B. Filipiak.

Vinculi Defensor deputatus: A. Czapla.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: G. Felici.

Dubia: I. . An constet de nullitate matrimonii, in casu »; et quatenus negative : II. « An consilium praestandum sit Sanctissimo pro dispensatione super matrimonio rato et non consummato, in casu ».

Sententia diei 2 Martii: Ad I. « Negative ». Ad II. « Affirmative, vetito tamen viro transitu ad alias nuptias inconsulta S. R. Rota et facto onere coniugibus sese separandi ad normam Sacrorum Canonum».

XLIV. NEAPOLITANA - NULLITATIS *Matrimonii ex capite vis vel metus.*

Turnus Rotalis: P. Mattioli, *Ponens,* E. Bonet, I. M. Pinna.

Vinculi Defensor deputatus: I. Sirna.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii - F. Ligi.

Dubium: «An constet de matrimonii nullitate, in casu».

Sententia diei 5 Martii: « Affirmative ».

XLV. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ob exclusionem boni sacramenti et boni prolis.*

Turnus Rotalis: A. Jullien, Decanus, G. Doheny, *Ponens,* P. Mattioli.

Promotor Iustitiae : I. Pendola.

Vinculi Defensor deputatus: P. Tocanel.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: **V.** Trocchi.

Dubium: «An constet de matrimonii nullitate, in casu».

Sententia diei 8 Martii: «Negative».

XLVI. PARISIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ob exclusionem boni sacramenti et boni fidei.*

Turnus Rotalis: A. Fidecicchi, *Ponens,* F. Brennan, D. Staffa.

Vinculi Defensor deputatus: F. Fournier.

Advocati: I. B. Ferrata, H. Napoleoni.

Dubium: «An constet de nullitate matrimonii, iii casu».

Sententia diei 9 Martii: « Negative ».

XLVII. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ob impotentiam viri* ei DISPENSATIONIS SUPER RATO.

Turnus Rotalis: A. Fidecicchi, *Ponens,* F. Brennan, D. Staffa.

Vinculi Defensor deputatus: I. Sirna.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: R. Szenwic.

Dubia: I. « An constet de nullitate matrimonii, in casu »; et quatenus negative: II. « An praestandum sit Sanctissimo consilium pro gratia dispensationis super matrimonio rato et non consummato ».

Sententia diei 9 Martii: Ad I. « Negative », Ad II. « Affirmative ».

XLVIII. TAURINEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ob exclusum bonum prolis.*
Turnus Rotalis: A. Jullien, Decanus, P. Mattioli, *Ponens,* E. Bonet.
Vinculi Defensor deputatus: A. Martinengo.
Advocatus: I. Dante.
Dubium : « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».
Sententia diei 10 Martii: « Negative ».

XLIX. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ob exclusum bonum sacramenti.*
Turnus Rotalis: A. Jullien, Decanus, A. Wynen, *Ponens,* E. Bonet.
Vinculi Defensor deputatus: G. Brisebois.
Advocatus: I. Torre.
Dubia: I. « An constet de nullitate actorum processus primae instantiae ». II. «An constet de nullitate sententiae dierum 17-24 Martii 1951». III. « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».
Sententia diei 10 Martii: Ad I. «Negative». Ad II. «Negative». Ad III. « Affirmative ».

L. ROMANA - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis vel metus.*
Turnus Rotalis: A. Jullien, Decanus, A. Wynen, E. Bonet, *Ponens.*
Vinculi Defensor deputatus: S. Canals.
Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: G. Felici.
Dubium: «An constet de matrimonii nullitate, in casu».
Sententia diei 11 Martii : « Negative ».

LI. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ob impotentiam viri et* DISPENSATIONIS SUPER RATO.
Turnus Rotalis: G. Heard, *Ponens,* A. Canestri, P. Mattioli.
Vinculi Defensor deputatus: I. Sirna.
Advocatus: F. Bersani.
Dubio,: I. « An constet de nullitate matrimonii, in casu » ; et quatenus negative : II. « An consilium praestandum sit Sanctissimo pro dispensatione super matrimonio rato e non consummato, in casu ».
Sententia diei Io Martii : Adi. « Negative ». Ad II. « Affirmative, vetito viro transitu ad alias nuptias inconsulta S. Sede ».

LII. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite impotentiae mulieris.*
Turnus Rotalis: A. Jullien, Decanus, E. Bonet, *Ponens,* I. M. Pinna.
Vinculi Defensor deputatus: P. Toeanel.
Advocatus: A. Angelini Rota.
Dubium: « An sententia Rotalis diei O Novembris 1952 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu ».
Sententia: diei 15 Martii: «Confirmandam esse, seu non constare de matrimonii nullitate, in casu ».

LIII. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ob impotentiam viri et* DISPENSATIONIS SUPER RATO.
Turnus Rotalis: P. Felici, *Ponens,* G. Doheny, P. Mattioli.
Vinculi Defensor deputatus: A. Boccalini.
Advocatus: I. Lombardi.
Dubia: I. « An constet de nullitate matrimonii, in casu »; et quatenus

negative : IL « An consilium praestandum sit Sanctissimo pro dispensatione super matrimonio rato et non consummato, in casu».

Sententia diei 16 Martii : Ad I. « Affirmative, vetito tamen viro transitu ad alias nuptias, vi can. 1068 ». Ad II. « Provisum in primo ».

LIV. N. N. – NULLITATIS MATRIMONII *ob impotentiam mulieris et* DISPENSATIONIS SUPER RATO.

Turnus Rotalis: A. Jullien, Decanus, A. Canestri, *Ponens,* A. Fidecicchi.

Vinculi Defensor deputatus: F. Fournier.

Advocatus: C. Bernardini.

Dubia: I. «An constet de matrimonii nullitate, in casu; et quatenus negative: II. « An consilium praestandum sit Sanctissimo pro dispensatione super matrimonio rato et non consummato, in casu ».

Sententia diei 18 Martii: Ad I. «Negative». Ad II. «Affirmative».

LV. TAURINEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ob exclusum bonum prolis.*

Turnus Rotalis: A. Jullien, Decanus, E. Bonet, *Ponens,* I. M. Pinna.

Vinculi Defensoris Substitutus: A. Del Corpo.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: **V.** Trocchi.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 22 Martii : « Affirmative, vetito viro transitu ad alias nuptias nisi coram Ordinario loci sub fide iurisiurandi promiserit se bona matrimonii non exclusurum ».

LVI. ROMANA - NULLITATIS MATRIMONII *ob exclusum bonum prolis.*

Turnus Rotalis: A. Fidecicchi, *Ponens,* F. Brennan, D. Staffa.

Vinculi Defensor deputatus: I. Sirna.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: A. D'Alessandri.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Sententia diei 23 Martii : « Negative ».

LVTI. ROMANA - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis vel metus.*

Turnus Rotalis: F. Brennan, *Ponens,* I. Pasquazi, E. Bonet.

Vinculi Defensor deputatus: I. Sirna.

Advocatus: B. Pellegrini.

Dubium: « An sententia Rotalis diei 18 Iunii 1952 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu ».

Sententia diei 26 Martii : « Confirmandam esse, ideoque constare de nullitate matrimonii, in casu ».

LVIII. NICEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ob conditionem appositam.*

Turnus Rotalis: A. Jullien, Decanus, A. Wynen, *Ponens,* E. Bonet.

Vinculi Defensor deputatus: G. Brisebois.

Advocatus: B. Pellegrini.

Dubium: « An sententia Rotalis diei 30 Iunii 1951 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu ».

Sententia diei 27 Martii : « Infirmandam esse, seu constare de matrimonii nullitate, in casu ».

LIX. HELIOPOLITANA IN AEGYPTO - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis vel metus.*

Turnus Rotalis: G. Heard, *Ponens,* A. Canestri, D. Staffa.
T inculi Defensor deputatus: E. Fiore.
Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: T. Mauro.
Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».
Sententia diei 3 Aprilis: « Negative ».

LX. FLORENTINA - NULLITATIS MATRIMONII *ob exclusum bovmm prolis.*
Turnus Rotalis: G. Doheny, *Ponens,* P. Mattioli, E. Bonet.
Vinculi Defensor deputatus: A. Cairoli.
Advocatus: P. Fedele.
Dubium: «An constet de matrimonii nullitate, in casu».
Sententia diei 5 Aprilis: « Affirmative, vetito tamen viro transitu ad aliud matrimonium, nisi prius coram Ordinario loci eiusve delegato sub fide iuramenti promiserit se consensum editurum ad normam ss. canonum ».

LXI. FLORENTINA - NULLITATIS MATRIMONII *ob exclusionem boni prolis et boni sacramenti.*
Turnus Rotalis: G. Heard, A. Canestri, *Ponens,* A. Fidecicchi.
Vinculi Defensoris Substitutus: O. Bejan.
Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: I. De Forgellinis.
LXXXI. TOLOSANA - *Nullitatis Matrimonii, ob errorem in personam,* coram R. P. D. Pericle Felici.

Cum per plus quam annum nullus actus processualis ab actore positus fuerit, R. P. D. Ponens, decreto diei 30 Decembris, causam desertam declarat et acta in archivo reponi iubet.

III

Citatio edictalis

MONTISVIDEI

NULLITATIS MATRIMONII (SORALUCE-URIA)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Dominae Esther Mariae Uria, in causa conventae, eandem citamus ad comparendum, sive per se sive per procuratorem legitime constitutum, in Sede Tribunalis S. R. Rotae (Roma, Palazzo della Cancelleria) die 12 Iulii 1955, hora 11, ad concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendum et ad diem designandam, qua habebitur Turnus Rotalis pro causae definitione.

An constet de matrimonii nullitate, in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedictae Dominae Esther Mariae Uria curare debent, ut de hac edictali citatione ipsa moneatur. *

Iosephus Pasquazi, *Ponens*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 18 Aprilis 1955.

E. Fiore, *Notarius*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de Mme Esther Marie Uria, défenderesse en cette cause, nous la citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria) le 12 juillet 1955, à 11 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la décision de la cause devant la Rote.

Conste-t-il de la nullité du mariage dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence de la dite Esther Marie Uria devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Venerdì, 25 marzo 1955, il Santo Padre ha ricevuto in solenne Udienza il Presidente della Kepubblica del Libano, Sua Eccellenza il Dott. Camillo Chamoun con l'Eccma Consorte.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di nominare :

22 marzo 1955. I Revmi Padri Rutten Pietro, dei Crocigeri, Gomez Stefano, e Berutti Cristoforo, dei Frati Predicatori, e Agatangelo da Langasco, dei Frati Minori Cappuccini, *Consultori della Sacra Congregazione della Disciplina dei Sacramenti.*

28 » » Il Revmo Padre Damboriena Prudentio, della Compagnia di Gesù, *Consultore della Sacra Congregazione del Concilio.*

1 aprile » S. E. Revma Monsig. Di Jorio Alberto, *Delegato per l'Amministrazione speciale della Santa Sede.*

2 » » S. Eíñza Revma il Sig. Cardinale Aloisi Masella Benedetto, *Membro del Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica.*

19 » » Gli Emi Signori Cardinali Aloisi Masella Benedetto, Cicognani Gaetano, Valeri Valerio e Ottaviani Alfredo, *Membri della Sacra Congregazione Cerimoniale.*

Parimente con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Assistenti al Soglio Pontificio :

%ì novembre 1953. S. E Revma Monsig. Ortiz Arrieta Ottavio, Vescovo di Chachapoyas.

14 maggio 1954. S. E. Revma Monsig. de Miranda Vilas Boas Mario, Arcivescovo di Belém do Para.

». » » .. S. E. Revma Monsig. Gomes Oliveira Emanuele, Arcivescovo di Goiás.

13 novembre 1954. S. E. Revma Monsig. Willinger Luigi Giuseppe, Vescovo di Monterey-Fresno.
6 marzo 1955. S. E. Revma Monsig. Meysing Ermanno Giuseppe, Arcivescovo tit. di Derco.

Protonotari Apostolici ad instar participantium :

28 gennaio 1954. Monsig. Geyer Bernardo, dell'arcidiocesi di Colonia.
» » Monsig. de Arruda Cámara Alfredo, dell'arcidiocesi di Olinda e Recife.
18 maggio » Monsig. Moura Luigi Gonzaga, della diocesi di Campinas.
14 giugno » Monsig. Savard Luciano, della diocesi di Amos.
7 agosto » Monsig. Dumenil Giorgio, della diocesi di Autun.
18 » » Monsig. Van den Gheyn Gabriele E. G., della diocesi di Gand.
13 settembre » ^ Monsig. Cianci Carlo, della diocesi di Paterson.
» » Monsig. Louis Guglielmo, della medesima diocesi.
» » » Monsig. McDonald Edoardo, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Sheerin Giovanni, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Wrzeciono Giacomo, della medesima diocesi.
13 ottobre » Monsig. Eaton Tommaso, della diocesi di Lancaster.
26 febbraio 1955. Monsig. Cafferata Giovanni Battista, della diocesi di La Spezia.
17 marzo Monsig. Boeri Giuseppe Orazio, della diocesi di Albenga.
29 » » Monsig. Più Mario, dell'arcidiocesi di Cagliari.

Prelati Domestici di Sua Santità :

26 dicembre 1949. Monsig. Scauda Raffaele, dell'arcidiocesi di Napoli.
17 marzo 1950. Monsig. Merkel Bertoldo, della diocesi di Limburgo.
» » » Monsig. Pappert Guglielmo, della medesima diocesi.
29 aprile 1951. Monsig. Feekes Carlo, dell'arcidiocesi di Colonia.
26 maggio 1952. Monsig. Hengsbach Francesco, dell'arcidiocesi di Paderborna.
10 agosto » Monsig. Schneider Federico, della diocesi di Hildesheim.
15 dicembre 1953. Monsig. Becker Francesco, dell'arcidiocesi di Colonia.
18 marzo 1954. Monsig. Chazelles Giovanni, della diocesi di Costantina.
30 » » Monsig. Araujo Pires Giovanni, della diocesi di Pesqueira.
» » » Monsig. Carvalho Urbano, della medesima diocesi.
23 aprile » Monsig. Carrier Pietro, della diocesi di Tournai.
» » Monsig. Cerfaux Luciano, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Thomas Giuseppe, della medesima diocesi.
10 maggio » Monsig. Costa Lourdes, della diocesi di El Paso.
» » Monsig. Gaynor Lorenzo, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Geary Eugenio, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Quinn Ugo, della medesima diocesi.
15 » » Monsig. Méjecaze Francesco, dell'arcidiocesi di Parigi.
18 » » Monsig. Loschi Giovanni A. della diocesi di Campinas.
» » » Monsig. Salim Emilio Giuseppe, della medesima diocesi.
24 » » Monsig. Brunelle Giuseppe A., della diocesi di Alexandria (Canada).

24 maggio 1954. Monsig. Goulet Giuseppe A., della medesima diocesi.
» » » Monsig. MacDonald Giuseppe, della medesima diocesi.
1 giugno » Monsig. Cadotte Adriano, della diocesi di Mont-Laurier.
» » » Monsig. Latour Giuseppe, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Mercure Rodolfo, della medesima diocesi.
» Monsig. Mondou Arturo, della medesima diocesi.
» » Monsig. Noiseux Salomone, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Villeneuve Omer, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Gelineau Giuseppe N., delParcidiocesi di Ottawa.
5 » . » Monsig. Pavesio Giovanni, delParcidiocesi di S. Paolo del Brasile.
14 Monsig. Cormier Vittorio, della diocesi di Amos.
» Monsig. Forest Gaspare, della medesima diocesi.
» Monsig. Lafrenière Alfonso, della medesima diocesi.
25 » Monsig. Balestrazzi Andrea, delParcidiocesi di Bologna.
» Monsig. Bartoli Mario, della medesima arcidiocesi.
» » Monsig. De Maria Filippo, della medesima arcidiocesi.
Monsig. Musolesi Giacomo, della medesima arcidiocesi.
Monsig. Serrazanetti Mario, della medesima arcidiocesi.
Monsig. Bouchard Mederico, della diocesi di Golfo S. Lorenzo.
» » Monsig. Lévesque Edilberto, della medesima diocesi.
3 luglio Monsig. Cassese Pasquale, della diocesi di Santos.
6 » Monsig. Fröhner Giacomo, della 'diocesi di Treviri.
» » Monsig. Junker Uberto, della medesima diocesi.
» Monsig. Weins Pietro, della medesima diocesi.
Monsig. Fiol Castillo Giuseppe Raffaele, della diocesi di Barquisimeto.
10 » Monsig. Figueroa Ortega, delParcidiocesi di Angelopoli.
16 » Monsig. Woitalla Lodovico, della diocesi di Viedma.
26 » Monsig. Correa Antonio, delParcidiocesi di Guadalajara.
» » Monsig. Ruelas Sánchez Beniamino, della medesima arcidiocesi.
31 Monsig. Barrette Francesco Saverio, delParcidiocesi di > Ottawa.
» Monsig. Armstrong Alberto E., della medesima arcidiocesi.
» Monsig. Desrosiers Gustavo, della medesima arcidiocesi.
» Monsig. Falardeau Adriano, delParcidiocesi di Québec.
24 agosto Monsig. Badiola Carlo, della diocesi di Legaspi.
Monsig. Escandor Massimo, della medesima diocesi.
Monsig. Rempis Vidal, della medesima diocesi.
» » Monsig. Surtida Mariano, della medesima diocesi.
27 Monsig. Teixeira Olivio, della diocesi di Aracaju.
30 Monsig. Percevaux Giovanni, delParcidiocesi di Chambéry.
13 settembre Monsig. Coyne Filippo, della diocesi di Paterson.
» » Monsig. Kowalczyk Francesco, della medesima diocesi.
» » Monsig. Lange Edvino, della medesima diocesi.
» » Monsig. Stefan Andrea, della medesima diocesi.
» » Monsig. Tracy Giovanni, della medesima diocesi.

13	settembre	1954.	Monsig. Zolzer Enrico, della medesima diocesi.
18	»	»	Monsig. Pai va Giovanni de Matha, dell'arcidiocesi di Natal.
24	»	»	Monsig. Toranzos Pia Carlo, della diocesi di Catamarca.
29	»	»	Monsig. Burns Bernardo, dell'are, di Santa Fé (St. U.).
»	»	»	Monsig. Lommé Uberto Cristiano, della medesima arcidiocesi.
»	»	»	Monsig. Reinberg Francesco, della medesima arcidioeesi.
»	»	»	Monsig. Smith Glynn, P. A., della medesima arcidioeesi.
13	ottobre	»	Monsig. Brimley Riccardo Osvaldo, della diocesi di Lancaster.
17	»	»	Monsig. Hoffmann Tebaldo, della diocesi di Troyes.
30	»	»	Monsig. Aubertin Alberto, della .diocesi di Springfield Mass.
»	»	»	Monsig. Desautels Silvio, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Donahue Giorgio, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Donahue Giovanni, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Fenton Giuseppe, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Fitz Gibbon Giacomo, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Fortin Carlo, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Johnson Giuseppe, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Smith Giuseppe, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Wieloch Giovanni, della medesima diocesi.
4	novembre	»	Monsig. Steininger Giuseppe, dell'arcidiocesi di Monaco e Frisinga.
»	»	»	Monsig. Brown Giacomo, dell'arcidiocesi di San Francisco.
»	»	»	Monsig. Byrne Tommaso, della medesima arcidioeesi.
»	»	»	Monsig. Connolly Nicola, della medesima arcidioeesi.
»	»	»	Monsig. Maher Leo, della medesima arcidioeesi.
»	,. »	»	Monsig. McCarthy Vincenzo, della medesima arcidioeesi.
»	»	»	Monsig. McKenna Clemente, della medesima arcidioeesi.
»	»	»	Monsig. O'Connor Guglielmo, della medesima arcidioeesi.
»	»	»	Monsig. Powleson Leo, della medesima arcidioeesi.
»	»	»	Monsig. Reilly Guglielmo, della medesima arcidioeesi.
»	»	»	Monsig. Scahill Tommaso, della medesima arcidioeesi.
»	»	»	Monsig. Tappe Walter, della medesima arcidioeesi.
»	»	»	Monsig. Boyd Carlo Tommaso, della diocesi di S. Giovanni nel Canada.
»	»	»	Monsig. O'Brien Michele, della medesima diocesi.
13	»	»	Monsig. Blaufuss Antonio, dell'arcidiocesi di Kansas City in Kansas.
»	»	»	Monsig. Christ Giorgio A., della medesima arcidioeesi.
»	»	»	Monsig. Hauber Luigi, della medesima arcidioeesi.
»	»	»	Monsig. Koch Ermanno, della medesima arcidioeesi.
»	»	»	Monsig. O'Connor Tommaso, della medesima arcidioeesi.
»	»	»	Monsig. Selting Giuseppe F,, della medesima arcidioeesi.
»	»	»	Monsig. Stimac Carlo, della medesima arcidioeesi.
»	»	»	Monsig. Towle Giorgio, della medesima arcidioeesi.

22 novembre 1954. Monsig. Roa Domenico, della diocesi di S. Cristoforo di Venezuela.
23 » » Monsig. O'Flynn Bernardo, delParcidiocesi di San Luigi.
27 » Monsig. Block Leo, della diocesi di Superior.
» » » Monsig. Kalandyk Ladislao, della medesima diocesi.
9 dicembre Monsig. Conti Diego, della diocesi di Lucena.
» » » Monsig. Pedernal Goffredo, della medesima diocesi.
» Monisg. Rapiñan Giovanni, della medesima diocesi.
17 » » Monsig. Cantono Alessandro, della diocesi di Biella.
» » » Monsig. Carisi Dino, della diocesi di Fidenza.
15 gennaio 1955. Monsig. Bandas Rodolfo, delParcidiocesi di San Paolo di Minnesota.
24 » » Monsig. Maldonado Lodovico, delParcidiocesi di Angelopoli.
25 » » Monsig. Abbaile Germinio, della diocesi di Civita Castellana.
5 febbraio » Monsig. Solari Luigi, della diocesi di Chiavari.
» » » Monsig. Glorieux Achille, della diocesi di Lilla.
16 » » Monsig. Rosina Marcello, della diocesi di Adria.
21 » » Monsig. Gaffuri Felice, della diocesi di Como.
» » » Monsig. Vacca Raffaele, della diocesi di Bitonto.
26 » » Monsig. Mansión Agostino, della diocesi di Gaud.
» » » Monsig. Noceti Ernesto, della diocesi di Sarzana.
8 marzo » Monsig. Fernandez Dositeo, delParcidiocesi di Messico.
11 » » Monsig. D'Ambrosio Giuseppe, della diocesi di Nola.
23 » » Monsig. Milani Giovanni, delParcidiocesi di Milano.
» » » Monsig. Bortolotti Giovanni, delParcidiocesi di Trento.
29 » Monsig. Lai Pedroni Giuseppe, delParcidiocesi di Cagliari.
» » » Monsig. Sitzia Elvio, della medesima arcidiocesi.
30 » » Monsig. Livraghi Carlo, della diocesi di Lodi.
» » » Monsig. Saletta Domenico, della medesima diocesi.
31 » » Monsig. Felici Giovanni, della diocesi di Segni.
4 aprile » Monsig. Rabee Leone, delParcidiocesi di Parigi.

Camerieri segreti soprannumerari di Sua Santità :

10 agosto 1952. Monsig. Zimmer Nicola, della diocesi di Treviri.
21 luglio 1953. Monsig. Silva Labbé Ippolito, delParcidiocesi di Santiago del Chile.
2 agosto » Monsig. San Martin Juaristi Giuseppe, della diocesi di San Sebastiano.
28 » » Monsig. Krautscbeidt Giuseppe, delParcidiocesi di Colonia.
18 settembre » Monsig. Barbosa Aguiar Ottavio, della diocesi di Nazaré.
» » » Monsig. Diniz Barreto Gentile, della medesima diocesi.
» » Monsig. Ferreira Lima Luigi, della medesima diocesi.
4 novembre » Monsig. Fassbender Ermanno Giuseppe, delParcidiocesi di Colonia.
11 » Monsig. Grüneis Alfonso, della diocesi di Passavia.
» » Monsig. Härtel Alfonso, della diocesi di Rottemburgo.

11 novembre 1953. Monsig. Anker Carlo, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Sauter Alfonso, della medesima diocesi.
17. » » Monsig. Broscb Ermanno Giuseppe, della diocesi di Aquisgrana.
» » Monsig. Broscb Giuseppe, della medesima diocesi.
» » Monsig. Hünermann Giuseppe, della medesima diocesi.
1 » » Monsig. Pereira Diniz Giuseppe, dell'arcidiocesi di Paraiba.
16 gennaio 1954. Monsig. Kiega Lugo Tommaso, della diocesi di Coro.
» » » Monsig. Rivero Reyes Francesco, della medesima diocesi.
20 » Monsig. Ohernhumer Giovanni, della diocesi di Linz.
» » » Monsig. Vieboeck Francesco, della medesima diocesi.
» » Monsig. Bisson Giacomo, della diocesi di Spira.
21 » » Monsig. Bussmam Guglielmo, dell'arcidiocesi di Colonia.
» » Monsig. Kleff Guglielmo, della medesima arcidioeesi.
» » Monsig. Kremers Guglielmo, della medesima arcidioeesi.
» » Monsig. Nuesselein Enrico Rodolfo, della medesima arcidioeesi.
29 » Monsig. Ferreira de Souza Gustavo, della diocesi di Montesclaros.
» » » Monsig. Florisual Mont'Alvào Giovanni, della medesima diocesi.
» » Monsig. Goems Bueno Giovanni, della medesima diocesi.
1 febbraio » Monsig. Teufel Antonio, della diocesi di S. Ippolito.
18 » » Monsig. Tegel Goffredo Giuseppe, della diocesi di Secovia.
20 » » Monsig. Saier Giuseppe, dell'arcidiocesi di Friburgo in Brisgovia.
» » » Monsig. Steblin Alberto, della medesima arcidioeesi.
» » » Monsig. Gillmann Guglielmo, della diocesi di Muenster.
27 » » Monsig. Estrada Gesù Maria, della diocesi di Pereira.
3 marzo » Monsig. Vosspohl Guglielmo, dell'arcidiocesi di Colonia.
30 » » Monsig. Van der Grinten Federico, della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Carvalho Augusto, della diocesi di Pesqueira.
li aprile » Monsig. Di Pelino Salomone (Roma).
5 maggio » Monsig. Voelkl Lodovico, della diocesi di Passavia.
10 » » Monsig. Schlüter Guglielmo, della 'diocesi di Muenster.
15 » » Monsig. Maesterrena Etulain Alessandro, della diocesi di Pamplona.
21 » » Monsig. Van Teeffelen Antonio Teodoro, della diocesi di 's-Hertogenbosch.
6 luglio » Monsig. Held Michele, della diocesi di Treviri.
» » » Monsig. Thees Giovanni, della medesima diocesi.
8 » » Monsig. Pacheco Emilio Cesare, della diocesi di Barquisimeto.
10 » Monsig. Almeida Adalberto, della diocesi di Chihuahua.
» » » Monsig. Delgado Francesco, della medesima diocesi.
16 » » Monsig. Betancourt Giuseppe, della diocesi di Tamaulipàs.
» » » Monsig. Garcia Rivera Davide, della medesima diocesi.

16	luglio	1954.	Monsig.	Gonzalez de Lara Pasquale, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig.	Martínez Giacomo, della medesima diocesi.
26	»	»	Monsig.	Prem Michele, della diocesi di Ratisbona.
»	»		Monsig.	Thaller Michele, della medesima diocesi.
13	settembre	»	Monsig.	Hayes Dionigi, della diocesi di Paterson.
	»	»	Monsig.	Looney Guglielmo, della medesima diocesi
»	»	»	Monsig.	Scully Edoardo, della medesima diocesi.
23		»	Monsig.	Bellera Vittorio Giulio, della diocesi di Valencia nel Venezuela.
»	»	»	Monsig.	Rotondaro Luigi, della medesima diocesi.
24	»	»	Monsig.	Bepre Rinaldo, della diocesi di Catamarca.
»	»	»	Monsig.	Herrera Agostino, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig.	Valera Mose, della medesima diocesi.
24		»	Monsig.	Messing Federico, della diocesi di Treviri.
14	ottobre	»	Monsig.	Feltmann Antonio, della diocesi di Osnabrück.
»		»	Monsig.	Helming Teodoro, della medesima diocesi.
3	novembre	»	Monsig.	Zama Antonio, delParcidiocesi di Napoli.
4	»	»	Monsig.	Mair Giovanni, delParcidiocesi di Monaco e Frisinga.
18		»	Monsig.	Harvey Alessandro, delParcidiocesi di Kansas City in Kansas.
»	»	»	Monsig.	Horvat Giovanni, della medesima arcidiocesi.
22	»	»	Monsig.	Sand ovai Giuseppe Teodosio, della diocesi di S. Cristoforo di Venezuela.
23	»	»	Monsig.	Flavin Cornelio, delParcidiocesi di San Luigi.
»	»	»	Monsig.	Flood Giovanni, della medesima arcidiocesi.
»	»	»	Monsig.	Forst Marion, della medesima arcidiocesi.
25	gennaio	1955.	Monsig.	Fanti Giorgio, della diocesi di Orte.
5	febbraio	»,	Monsig.	Jurilli Michele, delParcidiocesi di Bari.
»	»	»	Monsig.	Dejardin Emilio, della diocesi di Liegi.
16	»	»	Monsig.	Bessone Mario, della diocesi di Cuneo.
»	»	»	Monsig.	Potentini Raniero, delParcidiocesi di Fermo.
26	»	»	Monsig.	Iovane Andrea, delParcidiocesi di Amalfi.
4	marzo	»	Monsig.	Kilpatrick Samuele, delParcidiocesi di Glasgow.
8	»	»	Monsig.	Raimondi Pietro, delParcidiocesi di Bologna.
23			Monsig.	Taffetani Giulio, della diocesi di Macerata.
»	»	»	Monsig.	Tufarelli Quintino, delParcidiocesi di Napoli.
»		»	Monsig.	Bearzotti Antonio, delParcidiocesi di Udine.
	»	»	Monsig.	Facci Giovanni Battista, della medesima arcidiocesi.
»	»	»	Monsig.	Vicario Luigi, della medesima arcidiocesi.
25		»	Monsig.	Uhaö Giuseppe, della diocesi di Fiume.
»			Monsig.	Magnoni Antonio, delParcidiocesi di Modena.
28		»	Monsig.	Frazzano Vincenzo (Roma).
30	»	»	Monsig.	Siboni Domenico, della diocesi di Lodi.
»	»	»	Monsig.	Commissari Giuseppe, della medesima diocesi.
»		»	Monsig.	Brambilla Aniceto, della medesima diocesi.
31	»	»	Monsig.	Boccardelli Vincenzo, della diocesi di Segni.
»	»		Monsig.	Coluzzi Guglielmo, della medesima diocesi.

31 marzo 1955. Monsig. (Mosso Giovanni Battista, della diocesi di Tortona.
» » » Monsig. Ferreri Giuseppe, della medesima diocesi.

Camerieri segreti soprannumerari di Spada e Cappa di Sua Santità:

21 maggio 1950. Il Conte de Hoensbroeck Kellenberg Eugenio, dell'arcidiocesi di Colonia.
4 marzo 1955. Il Barone Pennisi di Fioristella Agostino, della diocesi di Acireale.

Camerieri d'onore in adito paonazzo M Sua Santità :

3 agosto 1953. Monsig. Gaspers Giuseppe, della diocesi di Aquisgrana.
25 ottobre » Monsig. Fog Egidio, della medesima diocesi.
17 novembre » Monsig. Harnacke Francesco, della medesima diocesi.
» Monsig. Hostenkamp Enrico, della medesima diocesi.
» Monsig. Selhorst Enrico, della medesima diocesi.
» Monsig. Stephany Enrico, della medesima diocesi.
» Monsig. Selhorst Enrico, della medesima diocesi.
» Monsig. Stephany Erico, della medesima diocesi.
» Monsig. Thelen Guglielmo, della medesima diocesi.
» Monsig. Wäckers Antonio, della medesima diocesi.
20 gennaio 1954. Monsig. Klostermann Ferdinando, della diocesi di Linz.
» » » Monsig. Pleiffer Ermanno, (d'ella medesima diocesi.
» » » Monsig. Reitshamer Giovanni, della medesima diocesi.
» » Monsig. Schwarzbauer Eugeberto, della medesima diocesi.
» Monsig. Glück Ambrogio, dell'arcidiocesi di Vienna.
» » Monsig. Kosch Francesco, della medesima arcidioeesi.
23 marzo » Monsig. Kostka Giovanni, della medesima arcidioeesi.
» » » Monsig. Schuckert Federico, della medesima arcidioeesi.
10 maggio » Monsig. Liener Giuseppe, della medesima arcidioeesi.
28 gennaio 1955. Monsig. Dattero Felice, della diocesi di Muro Lucano.
» » » Monsig. Gallucci Luigi, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Luongo Vito, della medesima diocesi.
26 febbraio » Monsig. Botto Manlio, della diocesi di La Spezia.

Cappellani segreti d'onore di Sua Santità:

28 gennaio 1953. Monsig. Fuchs Francesco, dell'arcidiocesi di Salisburgo.
5 » 1955. Monsig. Barbato Desiderio, del patriarcato di Venezia.

An. et vol. XXXXV1I 25 Iunii 1955 (Ser. II, v. XXII) - N. 8

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PIT PP. XÍI

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

DE RHODESIA MERIDIONALI

IN REGIONE RHODESIAE MERIDIONALIS ORDO DIOECESIUM ET EPISCOPORUM INSTITUITUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quod Christus pronuntiavit, fore videlicet ut caelorum regnum, quod est Ecclesia, fines suos ita proferret ut omnes populos christiana veritate imbutos suo amplexu exciperet ac materno amore foveret, quem ad modum fere ubique gentium, ita felici successu apud populos Rhodesiae Meridionalis late evenisse comperimus ; adeo ut, eorundem populorum necessitatibus providendi gratia, deceat ibidem novam rerum religiosarum facere ordinationem.

Qua de re, cum venerabilis Frater Caelestinus Iosephus Damiano, Archiepiscopus titulo Mcopolîtanus in Epiro, et in Africa Meridionali Apostolicus Delegatus, poposcerit ut ordo Ecclesiarum et Episcoporum, id est sacra Hierarchia, in regione Rhodesiae Meridionalis constitueretur : magnam enim spem esse ibidem terrarum christianam fidem valde augeri posse; cumque id consilii et sententiae venerabiles Fratres Nostri S. R. E. Cardinales S. Congregationi Fidei Propagandae praepositi probaverint; Nos quod iidem decrevere confirmantes, post auditos .quorum hoc negotium intersit, remque magna consideratione in animo

revolntam; eorum denique consensum supplentes qui in hoc aliquid iuris sese habere arbitrentur, yel habeant; de apostolica Nostra potestate ea quae sequuntur statuimus et decernimus. Quae regio Rhodesia Meridionalis cognominato, in ea Ecclesiasticam Provinciam condimus *Rhode siae Meridionalis* appellandam Quae his quae sequuntur territoriis constabit : Ecclesia Salisburiensi, quam per has Litteras ex gradu Vicariatus Apostolici, qui de Salisbury vocabatur, ad metropolitanae Sedis dignitatem evehimus; dioecesibus Bulauaiensi et Guelensi, quae ad hodiernum diem Vicariatus Apostolici fuere, quorum primae appellatio inerat Vicariatus Apostolicus de Bulawayo, alterae vero Vicariatus Apostolicus Arcis Victoriae. Harum autem Ecclesiarum Episcopi in iis urbibus domicilium habebunt a quibus ipsae nomen capiunt; cathedram vero in eo templo collocabunt quod princeps hucusque in unoquoque Vicariatu Apostolico est habitum. Censemus insuper ut Apostolicae Praefecturae quorum sunt nomina populari lingua XJmtali et Wankie, quamvis nondum evectae ad gradum dioecesium, sed solummodo novae Sedi metropolitanae Salisburiensi aggregatae, quod ad conventus episcopales attinet, hanc Sedem adeant. Est Nobis praeterea voluntas ut omnes quas memoravimus Ecclesiae S. Congregationi Fidei Propagandae iurisdictioni obnoxiae esse pergant, sicut adhuc fuerunt ; eorumque Ordinarii a sua cuiusque titulari Sede ad cathedrales Ecclesias transferantur, nunc constitutas, videlicet : ut venerabilis Frater Aston Chichester, S. I., ab Ecclesia titulo Ubazensi ad Sedem archiepiscopalem Salisburiensem; ut venerabilis Frater Adolf us Gregorius Schmitt, C. M. M., ab Ecclesia titulo Nasaitensi ad episcopalem Sedem Bulauaiensem; ut denique venerabilis Frater Aloisius Haene, S. M. B., a sua Sede titulo Neptensi ad episcopalem Ecclesiam Guelensem transferatur. Ut par est, sive metropolitanae archidioecesi Salisburiensi, ad tantam dignitatem et honorem evectae, sive Sedibus Bulauaiensi et Guelensi, quas per has Litteras dioecesium honore condecoravimus, omnia iura et privilegia tribuimus quae sunt uniuscuiusque propria ex Iuris Canonici praescriptis. Earum vero Praesules iis omnibus fruentur iuribus et privilegiis, iisque obligationibus tenebuntur, quae ceteris sacrorum Antistitibus tum Metropolitis tum Episcopis concedi et imponi solent. Ad Archiepiscopum autem Salisburiensem quod attinet, facultatem facimus, sicut et ceteris eiusdem dignitatis Praesulibus, in suae dicionis finibus sive Crucem ante se ferendi dum sacri ritus peraguntur, sive pallio uti in caeremoniis celebrandis, postquam tamen illud in publico Consistorio postulaverit et obtinuerit.

Curabunt venerabiles Fratres, cui Ecclesiae contigerunt gubernandae, quas modo condidimus, ut unaquaeque earum ad normas Iuris iuxtaque latas a S. Congregatione Fidei Propagandae leges, seminarium saltem elementarium habeat, quo bonae spei pueri ad sacerdotii munus benigne a Deo vocati, recte educentur. Unde, cum in Bulauaiensi dioecesi nullum exstet, volumus ut quam primum ibidem condatur; quod in Guelensi iam est, reficiatur idemque, si opus fuerit, augeatur; quod vero archidioecesis Salisburiensis habet, eo utantur Episcopi totius Provinciae Rhodesiae Meridionalis suarum dioecesium pueris natu maioribus excipiendis, iisque philosophia atque theologia sane imbuendis. Mensas episcopales ea bona constituent, quae iisdem Vicariatibus Apostolicis erant, ex quibus novae Sedes originem ducunt; sive pecunia quam S. Congregatio de Propaganda Fide mittere solet; sive stipes oblata a fidelibus christianis sive Curiarum emolumenta. Tum in archidioecesi Salisburiensi, cum in duobus novis dioecesibus, promovenda Dei cultui itemque iuvando Praesuli in suis maioribus negotiis obeundis, Canonicorum Collegium condatur : quod si fieri statim nequeat,, concedimus ut eorum loco Consultores dioecesani, qui dicuntur, eligantur, qui statim a suo munere cessabunt ac Canonici creati fuerint. Quas' normas vel iussa Codex Iuris Canonici habet de Vicarii Capitularis electione, Sede vacante, vel de cleri et populi iuribus et obligationibus, vel denique de regimine et administratione cuiuscumque Ecclesiae per orbem, eadem volumus omnino servari etiam ad novas Ecclesias quod attinet.

Harum vero Litterarum praescripta et decreta exsequenda curabit venerabilis Frater Caelestibus Iosephus Damiano, quem memoravimus, vel ille qui eo tempore quo res ad effectum deducenda erit, eidem Delegationi in Africa Meridionali praeerit. Cui vero contigerit negotium perficiendum, ei omnes potestates facimus quae sint ad idem persolvendum necessariae, quas poterit etiam subdelegare cuilibet viro dummodo in ecclesiastica dignitate constituto. Idem venerabilis Frater documenta exaranda curabit, eaque sinceris exemplis ad S. Congregationem Fidei Propagandae quam primum mittenda.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria, praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac-

Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderetur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die primo mensis Ianuarii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo quinto, Pontificatus Nostri sexto decimo.

CELSUS Card. COSTANTINI
S. R. E. Cancellarius

PETRUS Card. FUMASONI BIONDI
S. Congr. de Propaganda Fide Praefectus

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*
Albertus Serafini, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

In Canc. Ap. tab., vol. LXXXIX, n. 92.

II

DE OGOJA.
(OGOGIAENSIS)

APOSTOLICA PRAEFECTURA DE OGOJA, IN NIGERIA, AD GRADUM EVEHITUR DIOECESIS, IISDEM SERVATIS FINIBUS ET IN POSTERUM «OGOGIAENSIS» NUNCUPATAE.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Apostolicum, quo divinitus fungimur, officium Nos movet in primis ut catholicae rei gubernationi atque administrationi per terrarum orbem qua aptiore potest ratione consulamus. Quapropter Apostolicam Praefecturam de Ogoja, in Nigeria, ad dioecesis perducere gradum censemus, cum pietate et industria Sodalium Societatis a S. Patricio pro Missionibus, qui-

bus concredita est, tanta in dies susceperit incrementa ut id veluti expostulare videatur. Qua de re, post auditum quid venerabilis Frater Iacobus Robertus Knox, Archiepiscopus titulo Melitenaeus et in Africa Orientali et Occidentali Britannica Apostolicus Delegatus, de hoc sentiret negotio ; ratum pariter habentes et confirmantes quod venerabiles Fratres Nostri S. R. E. Cardinales Sacrae Congregationi Christiano Nomini Propagando praepositi censuerunt faciendum ; re attento animo considerata atque eorum consensum supplentes, qui in hoc negotio aliquid iuris sese habere arbitrentur, certa scientia eorum quae decreturi sumus, de Nostra summa et apostolica potestate haec quae sequuntur decernimus ac statuimus. Apostolicam de Ogoja Praefecturam, iisdem servatis finibus, ad dioecesis dignitatem evehimus, *Ogogiaensis* posthac appellandae, quam curis committimus Sodalium eiusdem Societatis a S. Patricio pro Missionibus, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis nutum. Ogogiaensis praeterea Ecclesia metropolitanae Onitshaensi Sedi suffraganea erit, cuius Metropolitis Ogogiaenses pro tempore Episcopi optimo subicientur iure. Qui sacrorum Antistites sedem ac domicilium in principe urbe Ogoja, a qua nova dioecesis suum mutuatur nomen, habebunt atque episcopalem cathedram in eiusdem urbis templo collocabunt, quod aptius iis videbitur. Huic Ecclesiae eiusque Pastori ea omnia iura et privilegia tribuimus, quibus ceterae episcopales Sedes ceterique per orbem eiusdem dignitatis Praesules decorari solent ; hi vero iisdem oneribus tenebuntur. Quod autem attinet ad Canonicorum Collegium, Ogogiaensis Episcopus onus habebit istiusmodi coetus constituendi ; at usque dum rerum locorumve difficultates id impediant, concedimus ut eorum loco dioecesani eligantur Consultores, qui Episcopo prudenti consilio et alacri opera fideliter assint. Praecipimus etiam ut seminarium saltem elementarium in eadem Sede condatur pueris excipiendis et educandis, quos Deus ad sacerdotium vocaverit. Episcopalem autem mensam, quae dicitur, ea constituent bona, si qua sint, quae Apostolicae Praefecturae de Ogoja accedebant ; vel emolumenta quae ad episcopalem Curiam pervenient, vel denique pecuniae a Sacra Congregatione Fidei Propagandae et a christifidelibus offerendae. Quod ad regimen et administrationem novae huius dioecesis attinet, vel ad electionem Vicarii Capitularis, sede vacante, vel ad cleri populique iura et onera, ea serventur quae Codex Iuris Canonici praecipit. Ut autem ea quae Nostris his Litteris praecipimus efficiantur, venerabilem Fratrem Iacobum Robertum Knox, quem supra diximus, deligimus vel eum qui eo tempore quo haec decreta ad rem adducentur, Apostolicae in Africa Orientali et Occidentali Britannica praeerit Delegationi; cui vero

contigerit hoc exsequendum negotium, illi necessarias ad id potestates facimus, cuilibet subdelegandas, si opus fuerit, viro, qui ecclesiastica dignitate polleat. Iubemus pariter ut idem venerabilis Frater hoc confectum negotium in tabulas referat, quarum fide digna exempla ad S. Consilium de Propaganda Fide quam primum transmittet.

Has vero Litteras nunc et in xDosteruni efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die primo mensis Ianuarii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo quinto, Pontificatus Nostri sexto decimo.

CELSUS Card. COSTANTINI
S. R. E. Cancellarius

PETRUS Card. FUMASONI BIONDI
S. Congr. de Propaganda Fide Praefectus

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

f Alfonsus Carinci, Archiep. tit. Seleuc, *Decanus Prot. Apost.*
Franciscus Hannibal Ferretti, *Proton. Apost.*

Loco ffi Plumbi

In Cane. Ap. tab., vol. LXXXIX, n. 98.

III

NORVEGTAE SEPTEMTRIONALIS

APOSTOLICA PRAEFECTURA NORVEGIAE SEPTEMTRIONALIS AD GRADUM PERDUCITUR APOSTOLICI VICARIATUS, IISDEM FINIBUS AC NOMINE SERVATIS.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quoniam arcana Dei voluntate universam christianorum familiam sacro regimus imperio ac paterna sollicitudine fovemus, nihil habemus antiquius quam ut « Ecclesia Dei vivi, columna et firmamentum veritatis)) (I Tim. 3, 15) in omnibus terrarum orbis populis vivida ac feracissima floreat atque secura in amplitudinem crescat; ea enim, in hac misera temporum morumque inclinatione, supernae veritatis splendore homines una illuminare potest eorumque saluti una consulere. Quam ob rem, cum in Norvegia Septentrionali catholicum nomen tam laeto auspicio profecerit, prorsus esse tempus censemus ut in ea aptior Ecclesiae administratio disponatur, atque idcirco Apostolica Praefectura inibi exsistens ad Apostolici Vicariatus gradum perducatur. Hoc praeterea suadere videntur praeclara virtutis ac sollertiae documenta, sive a sacerdotibus sive a fidelibus eiusdem Praefecturae data, digna profecto quae merito existimationis testimonio donentur. Audito igitur consilio S. Congregationis Fidei Propagandae, re attento studio considerata, atque consensu eorum suppleto, qui in hoc negotio sua quomodocumque interesse arbitrentur, de summa Nostra potestate, qua pollemus in universam Ecclesiam, haec quae sequuntur decernimus atque statuimus. Apostolicam Norvegiae Septemtrionalis Praefecturam ad Apostolici Vicariatus gradum ac dignitatem evehimus, eodem nomine iisdemque finibus servatis : cui propterea eiusque pro tempore Praesuli ea omnia iura atque honores tribuimus, quibus ceteri per terrarum orbem Vicariatus eorumque sacrorum Antistites honestari solent ; Praesuli vero eadem imponimus officia et onera, quibus ceteri Apostolici Vicarii tenentur. Quem modo condidimus Vicariatum Norvegiae Septemtrionalis curis concredimus Sodalium Congregationis Missionariorum a S. Familia, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis nutum; bona scilicet spe fore ut ipsi, quem ad modum adhuc optime animis quaerendis

servandisque ibidem adlaboraverunt, ita et in posterum sua studia atque curas in continentem catholicae religionis progressum omnibus posthabitis impendant. Volumus denique ut is, qui haec Nostra iussa curaverit exsequenda, acti negotii documenta exaret, eorumque fide digna exempla ad S. Congregationem de Fide Propaganda quam primum mittat. Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die duodevicesimo mensis Februarii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo quinto, Pontificatus Nostri sexto decimo.

CELSUS Card. COSTANTINI
Ä. R. E. Cancellarius

PETRUS Card. FUMASONI BIONDI
S. Congr. de Propaganda Fide Praefectus

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*
Caesar Federici, *Proton. Apost.*

Loco £& Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. LXXXX, n. 28.

IV

URBIS BENINENSIS - KADUNAENSIS - DE OTURKPO

(DE KABBA)

E DIOECESIBUS URBIS BENINENSIS ET KADUNAENSIS ATQUE EX APOSTOLICA PRAEFECTURA DE OTURKPO QUAEDAM TERRITORIA DISTRAHANTUR^ QUAE IN NOVAM DISPONUNTUR APOSTOLICAM PRAEFECTURAM, ((DE KABBA)) NOMINANDAM.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Illa suavissimae spei verba, quibus Christus multos praedixit ab oriente et occidente venturos atque cum Abraham et Isaac et Iacob in caelorum regno consessuros (cfr. Mt. 8, 11), dum summa Nos afficiunt laetitia, continentem faustumque animadvertentes rei christianae progressum, Nos pariter arcano movent instinctu, ut insomni labore ac sollicitudine aptiores in dies universis terrae gentibus aditus patefaciamus ad Ecclesiam sanctam, superni illius regni imaginem atque praenuntiam. Quo ducti consilio, preces libentissime probamus venerabilis Fratris Iacobi Roberti Knox, Archiepiscopi titulo Melitenaei atque in Africa Orientali et Occidentali Britannica Apostolici Delegati, quibus ipse a Romana Sede postulavit ut in Nigeria, in regione scilicet iam virtute et operibus insigni, alia Apostolica erigeretur Praefectura : compertum enim habemus, ubi plures suppeditent sacerdotes et sacra multiplicentur incepta, inibi catholicam religionem uberrime florere atque commodius animos ad Christum duci. Ratum igitur habentes quid venerabiles Fratres Nostri S. R. E. Cardinales S. Consilio Fidei Propagandae praepositi hoc in negotio faciendum arbitrati sint ; post rem

attentissime, sicuti decebat, consideratam atque eorum consensum suppletum, qui aliquid iuris in ea quomodocumque habeant; de summa Nostra potestate haec quae sequuntur decernimus ac iubemus. E dioecesibus Urbis Beninensis et Kadunaensi atque ab Apostolica Praefectura de Oturkpo, in Nigeria, eas separamus partes, quae civilem Provinciam de Kabba efficiunt; ex iisque, ita in unum redactis, Apostolicam condimus Praefecturam, a principe eiusdem provinciae urbe *de Kabba* nominandam. Quam Praefecturam Sodalibus Nobis dilectissimis Congregationis a S. Spiritu curandam et administrandam tradimus, ad Nostrum tamen et Romanae Sedis nutum; bona cum spe eos esse quam sollertissime in eodem allaboraturos, ut et fideles in fide confirment et eos, qui adhuc in superstitionum tenebris miseri iacent, in supernae gratiae vindicent libertatem. Novam igitur de Kabba Praefecturam eiusque pro tempore Ordinarium omnibus decoramus honoribus iuribusque, quibus ceterae per terrarum orbem Praefecturae earumque Praesules fruuntur; hos tamen et oneribus astringimus, quae Ius Canonicum Apostolicis Praefectis imponit. Volumus denique ut haec Nostra decreta exsequenda curet venerabilis Frater Iacobus Robertus Knox, quem supra diximus, vel is qui, eo tempore quo eadem Nostra iussa ad rem adducentur, Apostolicae in Africa Orientali et Occidentali Britannica Delegationi praeerit; ei vero, cui omne opus contigerit efficiendum, ad id necessarias potestates facimus, cuilibet viro, si opus fuerit, subdelegandas, ecclesiastica tamen dignitate pollenti. Qui autem rem egerit, effecti negotii documenta exarabit eorumque fide digna exempla ad S. Congregationem Fidei Propagandae quam primum mittet. Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detreetaverit, sciat se

poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae apud S. Petrum, die uno et vicesimo mensis Februarii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo quinto, Pontificatus Nostri sexto decimo.

CELSUS Card. COSTANTINI
8. R. E. Cancellarius

PETRUS Card. FUMASONI BIONDI
S. Congr. de Propaganda Fide Praefectus

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

f Alfonsus Carinci, Archiep, tit. Seleuc, *Decanus Proton. Apost.*
Albertus Serafini, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

In Cane. Ap. tab. vol. LXXXX, n. 28.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

BEATA MARIA V. ((DOMINA NOSTRA A GRATIIS IN POLGARIA)) PRAECIPUA CAELESTIS PATRONA ELIGITUR OMNIUM SOLEIS OBLONGIS PER NIVES PROLABENTIUM EX ITALIA, QUI ((SCIATORI)) VULGO APPELLANTUR.

PIUS PP. XIÍ

Ad perpetuam rei memoriam. — Quae « abiit in montana » (Cf. Luc, I, 39), castis visceribus portans Divinum Redemptorem, Beatae Mariae Virginis honori recte constituta sunt editis in iugis vel alpinis camporum spatiis domicilia religionis, unde etiam utilitates maximae solent in homines manare, qui hisce temporibus voluptatis causa montes conscendunt atque, ut corpora exerceant, oblongis soléis per ni ves delabuntur. Efficitur enim, ut, dum in hac ludiera versantur arte vel huiuscemodi certamine ad victoriam contendunt, ad res quoque divinas revocentur et, auspice Alma Deipara, ad pariendum sibi in christianae vitae agone bravium compellantur. Praesit ergo iis, qui hac lusoria oblectantur exercitatione, Augusta Virgo ; eam, quae est « candida si-

cut nix», iidem sibi proponant ad imitandum, adeo ut morum integritatem nusquam non consectentur ; ea duce, ad fastigium nitantur virtutum christianarum. In locis autem, ubi ludi per nives soléis oblongis prolabentium potissimum fiunt, annumeranda est regio venusta, in dorso montis, intra Tridentinae archidioecesis fines, porrecta, quam « Folgaria)) vulgo appellant. Aedem ibi Beatae Mariae Virgini, opiferae sacram homines, qui ita exercentur, ac gens alpina praecipue consueverunt celebrare, Caelorum ut Reginae debitos praestent honores submissasque preces adhibeant. Quae animorum alacritas amplis est aucta incrementis Mariano, qui proxime praeteriit, Anno ; quo vertente Deiparae Imago eo in Templo exculta, auctoritate Petriani Canonicorum Collegii, per Dilectum Filium Nostrum Angelum Iosephum Sanctae Romanae Ecclesiae Presbyterum Cardinalem Roncalli, Venetiarum Patriarcham, aurea est diademate redimita. Vota igitur eorum, apud quos haec insignis Aedes tam est religiosa, depromens, dilectus filius Minister Generalis Ordinis Fratrum Minorum Capulatorum, quibus idem Templum montanum creditum est, Nos enixe rogavit, ut Beatam Mariam Virginem, nomine <(Dominae Nostrae a gratiis in Folgária » invocatam, omnium ex Italia soléis oblongis per nives prolabentium caelestem apud Deum Patronam renuntiaremus. Nos autem, cupientes, ut Christifidelium vita omnis atque etiam, quibus exercerentur, artes ad religionis pietatisque rationes conformarentur, et ad Deiparae cultum, in tanto temporum ac rerum discrimine, impensius illi provocarentur, preces huiusmodi, Venerabilis Fratris Caroli De Ferrari, Archiepiscopi Tridentini, ampla commendatione suffultas, libenti animo censuimus excipiendas. Quae cum ita sint, Nos, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Beatam Mariam Virginem, titulo « Dominae Nostrae a gratiis in Folgaria » insignem, omnium per nives oblongis soléis prolabentium ex Italia, « sciatori » vulgo appellatorum, praecipuam apud Deum *Patronam* constituimus ac declaramus, cunctis adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis, quae principalibus coetuum sive ordinum Patronis rite competunt. Contrariis quibuslibet nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus,

super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die VII mensis Ianuarii, anno MDCCCCLV, Pontificatus Nostri sexto decimo.

PIUS PP. XII

II

VENERABILES DEI FAMULI LEO IGNATIUS MANGIN ET PAULUS DENN, SACERDOTES SOCIETATIS IESU; PETRUS TCHOU, VIR LAICUS; ANNA WANG, PUELLA VIRGO SAECULARIS ET SOCII LII, SACERDOTES ATQUE CHRISTIFIDELES, MARTYRES, BEATI RENUNTIANTUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Scisso e Corde Iesu nata Ecclesia (cfr. *Hymnum ad Vesperas festi Ssmi Cordis Iesu),* cruciatus doloresque Divini Redemptoris per labentia tempora solita est renovare, ut quam nominis christiani hostes omni vexationis genere multotiens exagitent. Immanissima vero procella hoc ineunte saeculo, cum hominum genus universum per Leonem Pp. XIII, imm. mem., Decessorem Nostrum, eidem Sacratissimo Cordi esset devotum, in candidarti hanc Servatoris Sponsam est apud Sinenses concitata. Sed, ut in hostiles insectationes olim habitas, ita in huiusmodi tumultum recte cadunt verba Sancti Augustini, Doctoris incliti : « Nam quid fecit mare saeviendo, nisi diem, quem hodie celebramus? Martyres occidit, semina sanguinis sparsit, seges Ecclesiae pullulavit » *(Enarr. in ps. LAXXVIII; PL,* XXXVII, 1126). Iuvat igitur Nos hoc augusto tempore sanctisque gaudiis referto, quo Christi de morte inferisque triumphantis memoria recolitur, non paucos numero viros et feminas, religionis causa in Sinis enecatos, rutilo agmini eorum inserere, qui ex acerrimus tormentis laureati victores in eiusdem aeterni Regis aulam abierunt; scilicet tanto honore quattuor decorare sacerdotes e Societate Iesu, Evangelii apud eam gentem praecones, et quinquaginta duos fideles ex ordine laicorum, quibus illi illorumve sodales fuerunt duces ad eximiam virtutem. Per oves, sanguine fuso Christum testatas, ingentem sibi peperit laudem catholicus Sinarum populus, per pastores, qui veritatis nuntium morte confirmavere, illustratur Loyolana Familia, quae ab ipso suo initio impense studuit, ut

» » » S. E. il sig. prof. Hahn Otto, di Gottinga (Germania;, Docente di Fisica, *Socio della medesima Accademia.*

» » » S. E. il sig. prof. Heisenberg Werner Karl, di Gottinga (Germania), Docente di Fisica, *Socio della medesima Accademia.*

» » » S. E. il sig. Hess Walter Rudolf, di Zurigo (Svizzera), Docente di Fisiologia, *Socio della medesima Accademia.*

» » » S. E. il sig. prof. Julia Gaston, di Parigi (Francia), Docente di Matematica, *Socio della medesima Accademia.*

» » » S. E. il sig. prof. ìsTiehans Paul, di Vevey (Svizzera), Docente di Terapia cellulare, *Socio della medesima Accademia.*

ï) » » S. E. il sig. prof. Tiselius Arne, di Upsala (Svezia), Docente di Biochimica, *Socio della medesima Accademia.*

» » » S. E. il sig. prof. Virtanen Arturi J.y di Helsinki (Finlandia), Docente di Chimica, *Socio della medesima Accademia.*

» » » S. E. il sig. prof. Von Laue Max, di Gottinga (Germania), Docente di Cristallografia, *Socio della medesima Accademia.*

» » » S. E. il sig. prof. De Broglie Louis, di Parigi (Francia)

Docente di Fisica, *Socio della medesima Accademia.*

5 aprile 1955. S. E. il sig. prof. Weyl Hermann, di Zurigo (Svizzera), Docente di Fisica Matematica, *Socio della medesima Accademia.*

29 » » L'Illmo e Revmo Monsig. Trezzi Giuseppe, *Prelato Votante Soprannumerario del Supremo Tribunale della Segnatura-Apostolica.*

5 maggio » Il Revmo Padre Ciappi Luigi, dell'Ordine dei Frati Predicatori, *Maestro del Sacro Palazzo Apostolico.*

11 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Micara Clemente, *Protettore delle Figlie della Misericordia del Terz'Ordine di S. Francesco* (Roma).

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di nominare :

23 maggio 1955. il Revmo Monsig. Felice Ugo, *Promotore di Giustizia nel Tribunale della Sacra Romana Rota.*

31 » » L'Emo e Revmo Signor Card. Ciriaci Pietro, *Presidente della Commissione Pontificia per la Interpretazione autentica del Codice di Diritto Canonico.*

Parimenti con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di nominare :

Prelati Domestici di Sua Santità :

12 maggio 1952. Monsig. O'Connell Timoteo P. della diocesi di Worcester.

25 gennaio 1955. Monsig. Rast Giovanni, della diocesi di Losanna Ginevra e Friburgo.

19 febbraio » Monsig. Boyle Giacomo, delParcidiocesi di Nuova York.

26 » Monsig. Wynne Daniele Giuseppe, della diocesi di Saginaw.

1 marzo » Monsig. Loreti Adelmo, della diocesi di Anagni.

31 » » Monsig. Magnico Francesco, delParcidiocesi di Bologna.

8 aprile Monsig. Fortini Carlo, della medesima arcidiocesi.

6 maggio » Monsig. Castegnaro Bortolo, della diocesi di Vicenza.

Camerieri segreti soprannumerari di Sua Santità:

29 marzo 1954. Monsig. Clark Alano Carlo, della diocesi di Southwark.

19 febbraio 1955. Monsig. Guilfoyle Giorgio, delParcidiocesi di Nuova York,

» » » Monsig. Wilders Giacomo, della medesima arcidiocesi.

5 maggio » Monsig. Lupieri Antonio, delParcidiocesi di Udine.

3 giugno » Monsig. Carew Guglielmo, delParcidiocesi di S. Giovanni di Terranova.

ONORIFICENZE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di conferire :

La Gran Croce dell'Ordine Piano :

17 marzo 1955. A S. Ecc. il sig. Chamoun Camillo, Presidente della Repubblica del Libano.

La Commenda dell'Ordine Piano :

3 marzo 1955. Al Conte Fani Ciotti Mario (Roma).

Il Cavalierato dell'Ordine Piano :

8 febbraio 1955. Al sig. Sayyid Abdulla Mulla Salen (Kuwait).

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe cimile :

6 marzo 1952. Al sig. Daudt de Oliveira Giovanni, dell'arcidiocesi di S. Sebastiano di Rio de Janeiro.
» » » Al sig. de Oliveira Sampaio Paolo, della medesima arci diocesi.
24 » 1954. Al sig. Saona Cortavitarte Mario, della diocesi di Tacna.
12 febbraio 1955. Al sig. de Lucena Giovanni (Portogallo).
19 » » Al sig. Dell'Amore Giordano, dell'arcidiocesi di Milano.
24 marzo » Al sig. Farrusi Marcello Cirillo, della diocesi di Cerignola.

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe militare :

2 marzo 1955. Al Gen. Rossi Silvio (Roma).
» » » Al Gen. Ferri Guido (Roma).

La Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

19 luglio 1954. Al sig. Rombach Guglielmo, dell'arcidiocesi di Paderborna.

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile :

6 marzo 1954. Al sig. Pannenbecker Otto, dell'arcidiocesi di Colonia.
12 maggio Al sig. Gendebien Paolo, dulìa diocesi di Tournai.
25 giugno Al sig. Commette Edoardo, dell'arcidiocesi di Lione.
10 luglio A3 sig. Grotti Enzo, dell'arcidiocesi di Bologna.
12 » Al sig Gciselberger Giovanni, della diocesi di Passavia.
26 agosto Al sig. Guidotti Luciano, della diocesi di Piracicaba.
» » Al sig. Habechian Pietro, della medesima diocesi.
13 settembre Al sig. Nolan Giovanni, della diocesi di Paterson.
Al sig. O'Brien Guglielmo, della medesima diocesi.

1	ottobre	1954.	Al	sig. Chevalier Leone, della diocesi di Tournai.
4	novembre		Al	sig- Bodet Carlo, della diocesi di Angers.
o	»	»	Al	sig. Orozco Guglielmo, delParcidiocesi di Messico.
11	gennaio	1955.	Al	sig. Snoeks Maurizio, delParcidiocesi di Malines.
18	»		Al	sig. Boland Paolo, della diocesi di Liegi.
24	»	»	Al	sig. Ábrego Carlo, delParcidiocesi di Angelopoli.
27	»		Al	sig. De Forgellinis Giovanni, delParcidiocesi di Napoli.
29	»	»	Al	sig. Galantino Angelo, delParcidiocesi di Taranto.
18	febbraio		Al	sig. Saraceni Gioacchino (Roma).
26	»	»	Al	sig. Ferrara Luigi, delParcidiocesi di Catanzaro.
11	marzo	»	Al	sig. Piccolo Salvatore, della diocesi di Nola.
24	»	»	Al	sig. Lapiccirella Vincenzo, della diocesi di Cerignola.
28	»	»	Al	sig. Kaelin Giuseppe, della diocesi di Basilea e Lugano.
»		»	Al	sig. Mueller Edmondo, della medesima diocesi.

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe militare :

2	marzo	1955.	Al	sig. Jadevaia Francesco (Roma).
3	»	»	Al	sig. Barberini dei Principi don Francesco (Roma).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile :

23	gennaio	1954.	Al	sig. Altmeyer Augusto, delParcidiocesi di Colonia.
»	»	»	Al	sig. Stuesser Francesco, della medesima arcidiocesi.
6	aprile		Al	sig. Becker Pietro, della medesima arcidiocesi.
5	maggio		Al	sig. Ainsa Francesco, della diocesi di El Paso.
»	»	»	Al	sig. Boverie Roberto F., della medesima diocesi.
	»	»	Al	sig. Famariss Walter Jr., della medesima diocesi.
		»	Al	sig. Flood Michele, della medesima diocesi.
	»	»	Al	sig. Gallagher Francesco, della medesima diocesi.
»	»	»	Al	sig. Ivey Beniamino K., della medesima diocesi.
»	»	»	Al	sig. Morgan Bernardo, della medesima diocesi.
»	»	»	Al	sig. Navarro Vittorio E., della medesima diocesi.
»	»	»	Al	sig. Segura Encarnación, della medesima diocesi.
»		»	Al	sig. Sullivan Wimbert R., della medesima diocesi.
»	»	»	Al	sig- Velardo Luigi, della medesima diocesi.
»		»	Al	sig. Viramontes Giuseppe Maria, della medesima diocesi.
24		»	Al	sig. Carrière Laurier, della diocesi di Alessandria (Canada).
»	»	»	Al	sig. MacDonald Donald A., della medesima diocesi.
5	giugno	»	Al	sig. Meyer Enrico, delParcidiocesi di Parigi.
14	giugno	»	Al	sig. Bodenreider Giovanni, della diocesi di Saint-Dié.
»	»	»	Al	sig. Dunan Andrea, della diocesi di Viviers.
10	luglio	»	Al	sig. Massot Giovanni L., della diocesi di Belley.
26	»	»	Al	sig. González Chávez Elia, delParcidiocesi di Guadalajara.
»	»	»	Al	sig. Martínez Rivas Antonio, della medesima arcidiocesi.
11	agosto	»	Al	sig. de Jong Marino, delParcidiocesi di Malines.
»	»		Al	sig. Nees Gustavo, della medesima arcidiocesi.

9	settembre	1954.	Al sig. Andrieu Giovanni Battista, dell'arcidiocesi di Lione.
»	»	»	Al sig. Ghavet Luigi, della medesima arcidioeesi.
»	»	»	Al sig. Longuet Elia, della diocesi di Tarbes e Lourdes.
13	»	»	Al sig. Barton Giorgio, della diocesi di Paterson.
»	»	»	Al sig. Broderick Edoardo, della medesima diocesi.
	»		Al sig. Dwyer Guglielmo, della medesima diocesi.
»		»	Al sig. Hinchlifïe Giovanni, della medesima diocesi.
»	»	»	Al sig. Johnson Guglielmo, della medesima diocesi.
		»	Al sig. McCoy Giovanni, della medesima diocesi.
»	»	»	Al sig. Szerbo Francesco, della medesima diocesi.
23		»	Al sig. Cad well A. M., dell'arcidiocesi di Santa Fé.
	»	»	Al sig. Chavez Davide, della medesima arcidioeesi.
»	»	»	Al sig. Di Lisio Giuseppe, della medesima arcidioeesi.
»	»		Al sig. Doherty Gerolamo, della medesima arcidioeesi.
»			Al sig. Flaska Giovanni, della medesima arcidioeesi.
	»	»	Al sig. Kelly Giovani, della medesima arcidioeesi.
		»	Al sig. Lopez Alfredo, della medesima arcidioeesi.
			Al sig. Moynahan Brian, della medesima arcidioeesi.
		»	Al sig. Raskob Beniamino, della medesima arcidioeesi.
»	»	»	Al sig. Rowe Francesco, della medesima arcidioeesi.
»	»	»	Al sig. Shea Timoteo Edoardo, della medesima arcidioeesi.
30			Al sig. Grobon Marcello, dell'arcidiocesi di Lione.
	»	»	Al sig. Levrat Enrico, della medesima arcidioeesi.
»	»	»	Al sig. Bornaert Giacomo, della diocesi di Tournai.
»	»		Al sig. Dollat Paolo, della diocesi di Troyes.
»	»		Al sig. Lunardini Adriano, della medesima diocesi.
»	»		Al sig. Simonnet Leopoldo, della medesima diocesi.
4	ottobre		Al sig. Ryelandt Giuseppe V. M., della diocesi di Bruges.
12	»	»	Al sig. Rogers Guglielmo, della diocesi di Salt Lake City.
»	»		Al sig. Salleon-Terras Andrea, della diocesi di Viviers.
14	»	»	Al sig. Genin Giuseppe, dell'arcidiocesi di Lione.
»	»	»	Al sig. Tilmann Alberto, della diocesi di Osnabrück.
4	novembre	»	Al sig. Halopeau Stanislao, della diocesi di Angers.
»		»	Al sig. Richard Francesco, della medesima diocesi.
»	»		Al sig. Pénard Giuseppe, della diocesi di Moulins.
»	»	»	Al sig. Phelips Giovanni, della medesima diocesi.
	»	»	Al sig. Rigondet Enrico, della medesima diocesi.
8	»	»	Al sig. Depuydt Camillo, della diocesi di Bruges.
»		»	Al sig. Borserine Edwin, dell'arcidiocesi di Kansas City in Kansas.
		»	Al sig. Daly Tommaso, della medesima arcidioeesi.
»	»	»	Al sig. De Coursey Vincenzo, della medesima arcidioeesi.
	»	»	Al sig. Malone Giacomo, della medesima arcidioeesi.
»	»	»	Al sig. Nusbaum Leo, della medesima arcidioeesi.
»	»	»	Al sig. Rettenmaier Alberto, della medesima arcidioeesi.
11	»	»	Al sig. Sullivan Enrico, della diocesi di Providence.
19	»	»	Al sig. Desgagné Antonio, della diocesi di Chicoutìmi.
23	»	»	Al sig. McGill Giacomo, della diocesi di Superior.
2fr	»		Al sig. Uribe Labastida Luigi, dell'arcidiocesi di Messico.

11 gennaio 1955. Al sig. Bos Emilio, delParcidiocesi di Malines.
» » Al sig. Fremeau Edoardo, della medesima arcidiocesi.
» » » Al sig. Lebeer Giovanni, della medesima arcidiocesi.
» » » Al sig. Mitchell Guglielmo Enrico, della diocesi di Savannah-Atlanta.
8 febbraio » Al sig. Cavezzale Luigi, delParcidiocesi di Milano.
» » - » Al sig. Superchi Carlo, della medesima arcidiocesi.
18 » » Al sig. Italiano Giovanni (Roma).
3 marzo Al sig. Tierney Michele, delParcidiocesi di Dublino.
16 » » Al sig. Sassen Giuseppe, della diocesi di Haarlem.
24 » Al sig. Morra Francesco, della diocesi di Cerignola.

La Gran Croce dell'Ordine di san Silvestro Papa :

26 febbraio 1955. A S. E. il Gen. Minano Mendocilla Carlo, Ministro della Guerra del Perù.
14 marzo A S. E. il sig. Mattarella Bernardo, Ministro dei Trasporti della Repubblica Italiana.
16 » » Al sig. Gasbarrini Antonio, delParcidiocesi di Bologna.
» » » Al Conte Paolucci di Valmaggiore Raffaele (Roma).
28 » Al sig. Belton Andrea, delParcidiocesi di Cape Town.

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa:

16 marzo 1955. Al sig. Corelli Ferdinando (Roma).
» » » Al sig. Hruska Curzio (Roma).

La Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa :

11 agosto 1954. Al sig. de Roeck Luigi, delParcidiocesi di Malines.
29 gennaio 1955. Al sig. Durso Domenico, delParcidiocesi di Catania.
» » » Al sig. Viola Ignazio, della medesima arcidiocesi.
7 febbraio » Al sig. Parrini Eugenio (Roma).
10 marzo Al sig. Casnati Francesco (Roma).

La Commenda dell'Ordine di san Silvestro Papa:

24 gennaio 1951. Al sig. De Aguiar Goulart Fabio, delParcidiocesi di S. Paolo del Brasile.
28 febbraio » Al Conte Von Spee Ulderico, delParcidiocesi di Colonia.
28 marzo » Al sig. Hoffmann Ugo, delParcidiocesi di Friburgo in Brisgovia.
3 ottobre 1953. Al sig. Wehrle Alberto, della diocesi di Tacna.
29 ottobre » Al sig. Franchi Franco (Roma).
11 agosto 1954. Al sig. Crussol Luciano, delParcidiocesi di Malines.
» » » Al sig. Debaisieux Giorgio, della medesima arcidiocesi.
» » » Al sig. de Smedt Giacomo, della medesima arcidiocesi.
» » Al sig. Hoet Giuseppe, della medesima arcidiocesi
» » » Al sig. Quarré Guglielmo, della medesima arcidiocesi.
» » » Al sig. Von Goidsenhoven Francesco, della medesima arcidiocesi.
1 ottobre » Al sig. Scarpa Francesco, della diocesi di Sorocaba.

8	ottobre	1954.	Al sig.	Arreaza Cardier Giuseppe, della diocesi di Ciudad Bolivar.
22	»	»	Al sig.	McPhillips Giacomo, dell'arcidiocesi di Dar-es-Salaam.
9	novembre	»	Al sig.	Lanci Giuseppe, dell'arcidiocesi di S. Paolo nel Brasile.
Ì0	dicembre	»	Al sig.	Mertens Enrico L., dell'arcidiocesi di Malines.
8	gennaio	1955.	Al sig.	Meo Marino, del patriarcato di Venezia.
11	»	»	Al sig.	Allard Antonio Clemente, della diocesi di Liegi.
>)	»	»	Al sig.	Peeters Carlo, dell'arcidiocesi di Malines.
29	»	»	Al sig.	Frascaroli Carlo, della diocesi di Alessandria.
»	»	»	Al sig.	BiancM Caranda Pietro, dell'arcidiocesi di Taranto.
7	febbraio		Al sig.	Cardinale Gaetano, dell'arcidiocesi di Monreale.
»	»		Al sig.	Vianello Carlo, del patriarcato di Venezia.
	»		Al sig.	Fava Gioacchino (Roma).
9	»		Al sig.	Griselli Vincenzo Mario, della diocesi di Ivrea.
16	»		Al sig.	Paparatti Domenico (Roma).
18	»		Al sig.	Fortuzzi Amleto (Roma).
»	»		Al sig.	Gabrielli Giovanni, della diocesi di Adria.
10	marzo		Al sig.	Spadaro Sapienza Dino, dell'arcidiocesi di Catania.

NECROLOGIO

25	marzo	3955.	Monsig.	Kirmann Alfonso, Vescovo tit. di Assura.
30	»	»	Monsig.	Kolb Giuseppe Ottone, Arcivescovo di Bamberga.
»	»	»	Monsig.	Mendes de Conceiçao Santos Emanuele, Arcivescovo di Evora.
5	aprile	»	Monsig.	García Caballeros Giorgio, Vescovo di Quezaltenango.
14		»	Monsig.	Marishall Enrico Vincenzo, Vescovo di Salford.
27		»	Monsig.	Beretti Francesco, Arcivescovo tit. di Leontopoli di Pamphilia.
8	maggio	»	Monsig.	Rhéaume Luigi, Vescovo di Timmins.
12	»	»	Monsig.	Gomes de Oliveira Emanuele, Arcivescovo di Goiás.
19	»	»	Monsig.	Arida Antonio Pietro, Patriarca di Antiochia dei Maroniti.
27		»	Monsig.	Vieira de Melo Severino, Arcivescovo di Teresina.
30		»	Monsig.	Domenech y Valls Rigoberto, Arcivescovo di Saragozza.
11	giugno	»	Monsig.	Chabalier Giovanni Battista, Vescovo tit. di Faran, Vicario Apostolico di Pnom-Penh.
14		»	Monsig.	Turquetil Arsenio, Vescovo tit. di Tolemaide di Fenicia.

An. **et vol. XXXXV1I** **24 Iulii 1955** **(Ser. II, y. XXII) - N. 9**

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XII

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

MALACENSIS
(KUALA LUMPURENSIS - PINANGENSIS)

A MALACENSI ARCHIDIOECESI QUAEDAM TERRITORIA DETRAHUNTUR, E QUIBUS DUAE EFFICIUNTUR DIOECESES, ((KUALA LUMPURENSIS)) AC ((PINANGENSIS)) NOMINANDAE.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Malacensis archidioecesis, ob studia insomnemque industriam sacerdotum e Societate Parisiensi Missionibus ad exteras gentes habendis, quibus ipsa est commissa, in christianae virtutis splendore hoc tempore tantopere profecit, ut nunc sive indigenae cleri meritis sive fidelium frequentia sive egregiorum operum copia felicissime floreat. Huc praeterea accedit quod eadem ita in latitudinem patet, ut unius Praesulis, licet sòllertissimi, vires vix multiplicatis universi populi necessitatibus pares haberi possint. Quae animo considerantes, cum summus Deus Nobis gravissimum imposuerit onus Ecclesiae sanctae consulendi eidemque aptiorem in dies administrationem ubique terrarum comparandi, preces libenter admittimus venerabilis Fratris Martini Lucas, Archiepiscopi titulo Adulitani et in India Apostolici Internuntii, qui ab hac Romana Sede postulavit ut a Malacensi Sede, Nobis et Apostolicae

Cathedrae directa subiecta, plura distraherentur territoria, ex quibus duae efficerentur dioeceses : laetam enim fìrmamqué concipimus spem fore ut hae novae Ecclesiae almae sint christianorum parentes atque altrices. Audito igitur consilio venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi Fidei Propagandae praepositorum, post rem attente consideratam atque consensum eorum suppletum qui in hac re aliquid habeant iuris vel se habere putent, de summa Nostra potestate sequentia statuimus. A Malacensi archidioecesi civiles separamus Civitates, quibus vulgo sunt nomina : *Negri Sembüan, Pahang, Trangganu, Selangor,* ex iisque novam condimus dioecesim, *Kuala Lumpurensem* ab urbe Kuala Lumpur nominandam; item ex eadem Malacensi Ecclesia Civitates separamus de *Peralc, Kelantan, Kedah, Perlis* atque Britannicam coloniam de *Penang,* ex iisque dioecesim constituimus, *Pinangensem* ab urbe Penang appellandam. Fines eapropter duarum dioecesium finibus aequabuntur omnium simul Civitatum, quae utramque constituunt. Quarum Ecclesiarum sedes in ipsis erit urbibus, quas memoravimus, cathedra praeterea Kuala Lumpurensis Episcopi in templo S. Ioanni sacro collocabitur, quod in urbe Kuala Lumpur exstat, Episcopi vero Pinangensis in aedibus B. M. V., caelo receptae ligetur, in Pinangensi urbe. Sive igitur Kuala Lumpurensi atque Pinangensi dioecesibus, sive cathedralibus hisce templis, nunc constitutis, sive earum pro tempore Praesulibus omnia privilegia atque honores concedimus, quae ad ceteras pari dignitate Ecclesias, ad cathedrales aedes atque ad earum Episcopos recto iure spectant. Praesules tamen propriis officiis atque oneribus volumus oneratos, quem ad modum omnes per terrarum orbem Episcopi similiter obstringuntur. Volumus autem ut hae novae dioeceses uti suffraganeae subdantur Malacensi Ecclesiae, quam hoc ipso die jper Nostras Litteras « Cum per apostolicas » metropolitana honestavimus dignitate, earumque Praesules iuri Malacensis Archiepiscopi sint obnoxii. Harum praeterea curationem Ecclesiarum saeculari clero committimus. Quo vero accuratius in dies adulescentuli illi instituantur, qui animorum amoris atque Evangelii nuntiandi cupidi ad sacerdotium aspirent, curent iidem Praesules, ubi primum poterunt, ut seminarium saltem elementarium in sua quodque Sede condatur. Episcopalis mensa iis constabit bonis, si qua sint, quae territoriis a Malacensi Sede distractis, pro rata parte, accedebant, sive emolumentis Kuala Lumpurensi ac Pinangensi Curiis obventuris, sive pecunia a S. Consilio Fidei Propagandae et a fidelibus offerenda. Volumus insuper ut, quoadusque Canonicorum Collegium nequeat constitui, Consultores dioecesani in unaquaque Ecclesia renun-

tientur, quorum consilio et opere Episcopi subleventur. Quod autem attinet ad Vicarii Capitularis, Sede vacante, electionem, ad fidelium et sacerdotum iura et onera aliaque huiusmodi, ea servari praecipimus quae Iure Canonico iubentur. Quod denique ad clerum spectat, decernimus ut simul atque hae Litterae ad exsecutionem deductae fuerint, eo ipso clerici Ecclesiae illi habeantur ascripti, in cuius finibus legitime degunt. Quae Nostris Litteris praecipimus venerabilis Frater Martinus Lucas efficienda curabit, vel is qui eo tempore, quo haec iussa ad rem adducentur, Apostolicae in India praeerit Internuntiaturae ; cui vero contigerit exsequendum negotium, illi omnes necessarias ad id facimus potestates, cuilibet subdelegandas, si opus fuerit, viro ecclesiastica dignitate praedito. Idem pariter venerabilis Frater confectum negotium in tabulas referet earumque fide digna exempla ad S. Consilium Fidei Propagandae quam primum mittet. Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineat. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae apud S. Petrum, die quinto et vicesimo mensis Februarii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo quinto, Pontificatus Nostri sexto decimo.

CELSUS Card. COSTANTINI
8. R. E. Cancellarius

PETRUS Card. FUMASONI BIONDI
8. Congr. de Propaganda Fide Praefectus

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

Franciscus Hannibal Ferretti, *Proton. Apost.*
Silvius Sericano, *Proton. Apost.*

Loco £8 Plumbi

In Ap. Cane, tal., vol. LXXXX, n. 29.

II

MALACENSIS
(MALACENSIS - SINGAPOBENSIS)

IN REGIONE MALACENSI NOVA PROVINCIA ECCLESIASTICA CONSTITUITUR, ((MALACENSIS - SINGAPORENSIS)) APPELLANDA.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Cum per apostolicas Litteras « Malacensis archidioecesis », hac ipsa die datas, aliquot ab eadem Sede detractis territoriis dioeceses Kuala Lumpurensem et Pinangensem erexerimus; cumque audito venerabili Fratre Martino Lucas, Archiepiscopo titulo Adulitano, eodemque in India Apostolico Internuntio, censuerint venerabiles Fratres Nostri, S. R. E. Cardinales S. Congregationi Fidei Propagandae praepositi, novam ex iis ecclesiasticam provinciam esse constituendam, optime arbitrantes magna cum fidelium utilitate fieri, si plures eiusdem regionis Episcopi consilia in unum conferant; Nos eorum sententiam omnino probantes, eorumque consensum supplentes quorum quoquo modo intersit negotium, de apostolica potestate qua universo christianorum gregi praesumus, haec quae sequuntur decernimus et iubemus. Quod territorium Malacensis archidioecesis comprehendebat, quodque, per apostolicas Litteras divisum, in tres circumscriptiones ecclesiasticas patet : in Malacensem nempe archidioecesim, et duas dioeceses quibus sunt nomina Kuala Lumpurensis et Pinangensis ; hoc omne territorium.in novae provinciae ecclesiasticae formam redigimus, iisdem finibus terminandae ac tres Ecclesiae e quibus constat, quarum prima metropolitana erit, sumpto nomine *Malacensis-ßingaporensis,* ceterae vero suffraganeae. Cuius amplissimae dignitatis causa, quam archidioecesis adepta est, ea omnia iura et honores quae reliquis per orbem sive Ecclesiis eiusdem gradus sive earum Praesulibus tribui solent, haec eadem etiam modo conditae Metropoli et eius Archiepiscopo concedi volumus, impositis tamen huic sacrorum Antistiti iisdem quoque oneribus et obligationibus. Poterit igitur Archiepiscopus Metropolita Malacensis-Singaporensis in omni suae provinciae territorio et Crucem ante se ferre in sacris caerimoniis peragendis, et pallio uti iuxta leges Ecclesiae. Quae his Litteris iussimus

exsequenda curabit venerabilis Frater Martinus Lucas, cuius mentionem fecimus, omnibus ad id factis potestatibus, quas poterit ipse cuilibet viro subdelegare, dummodo in ecclesiastica dignitate constituto. Postquam vero negotium peractum fuerit, idem venerabilis Frater documenta fieri studebit, quorum exemplum, sincera fide exaratum, ad S. Congregationem Christiano Nomini Propagando quam cito transmittet. Quod si eo tempore quo res agenda erit, alius Apostolicae Internuntiaturae in India praeerit, huic eadem sive mandata damus sive potestates facimus. Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficaeitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Kos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat ; quin imo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die vicesimo quinto mensis Februarii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo quinto, Pontificatus Nostri sexto decimo.

CELSUS Card. COSTANTINI
8. B. E. Cancellarius

PETRUS Card. FUMASONI BIONDI
8. Congr. de Propaganda Fide Praefectus

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Begens

Franciscus Hannibal Ferretti, *Proton. Apost.*
Silvius Sericano, *Proton. Apost.*

Loco £B Plumbi

In Ap. Cane, tao., vol. LXXXX, n. SO.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

BEATA MARIA V. ((A MERCEDE)) PRAECIPUA PATRONA CAELESTIS CONSTITUITUR REGIONIS « BARLOVENTO)) APPELLATAE, INTRA FINES CARACENSIS ARCHIDIOECESIS POSITAE.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Praeclaram Virginem Mariam a Mercede a multo tempore praecipuis accepimus excoli obsequiis a Christifidelibus regionis, cui nomen « Barlovento » quaeque finibus Archidioecesis Caracensis ac Dicionis Venetiolae continetur. Unde factum est ut Sacrorum administri, publicae rei Moderatores, municipiorum praefecti ac populus Deo devotus plagam illam incolentes, Eam sibi Patronam elegerint, cuius praesidio numquam non uterentur. Quod ut Nostra auctoritate confirmaremus, Venerabilis Prater Lucas Villelmus Castillo Hernández, Caracensis Archiepiscopus, preces Nobis adhibuit. Nos autem, minime dubitantes quin eius regionis Christifideles ex huiusmodi Patrocinio fructum sint amplissimum consecuturi, vota illa libenti animo volumus explere. Quapropter, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra, deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Beatam Mariam Virginem a Mercede praecipuam *Patronatu* Caelestem regionis, vulgo «Barlovento» nuncupatae et intra fines Archidioecesis Caracensis positae, confirmamus seu constituimus ac declaramus, omnibus adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis, quae principalibus regionum Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis non obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque ad quos spectant, seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane

fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xn mensis Februarii, anno mdccccliv, Pontificatus Nostri quinto decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

Gildo Brugnola
a Brevibus Apostolicis

II

VENERABILIS DEI FAMULUS MARCELLINUS IOSEPHUS BENEDICTUS CHAMPAGNAT, SACERDOS, INSTITUTI PARVULORUM FRATRUM MARIAE FUNDATOR, BEATUS RENUNTIATUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Praeclara quidem caritatis est exercitatio egentium corporibus curam adhibere et afferre levationem, magis autem aliorum inservit commodis, qui animos ad religionem et humanitatem informat, ut recte ait Sanctus Bernardus, Ecclesiae Doctor, cuius ex ore melle dulcior Auxit oratio : « Si enim pium est praebere escam corpori, multo misericordius escam animae impartiri, quod est proprie magistrorum» *(Serm. I in Nat. Dom.; P.* L., CLXXXIV, 829). Quae ars, si cum virtute coniungatur, in haud modicam vertere solet hominum utilitatem, et qui ex religionis praescripto in ea versantur, iis laudis praeconium non immerito tribuitur. In quibus numerum obtinet Marcellinus Iosephus Benedictus Champagnat, Sodalitatis .Parvulorum Fratrum Mariae auctor, quem hodie Beatorum Caelitum honoribus condecorare statuimus. Hunc ergo egregium virum imitando exprimant illi, quibus propositum est, ut adulescentes doctrinis erudiant, hac praesertim aetate, qua pueriles animi haud raro corruptelarum illecebris falsarumque opinionum commentis irretiuntur. Qui praeceptor pius consultusque die vicesima mensis Maii, anno millesimo septingentésimo undenonagesimo, susceptus est in lucem in oppido, cui appellatio *Marlhes* quodque tunc intra Aniciensis dioecesis fines positum erat, nunc vero ad Lugdunensem pertinet Archidioecesim. Parentes autem eius Ioannes Baptista Champagnat et Maria Chirat, non ita ampla

fortuna praediti, decem, quos. pepererunt, filiorum rationibus studiose consulebant, praecipuum vero familiae praesidium in domesticis ponebant virtutibus. Qui parvulum postero die, quo sollemme Servatoris caelos ascendentis agebatur, baptismate sancto curaverunt abluendum; quod recte festo eo die factum esse videtur propterea quod novus Ecclesiae alumnus non fluxas huius saeculi res erat consectaturus, sed caelestes, sed sempiternas. Matri ac praesertim piae amitae cordi fuit, ut tenellum eius animum utilissimis fingerent praeceptis et ad christianae sapientiae rationem componerent. Hac igitur usus domestica disciplina, Marcellinus Iosephus Benedictus a prima aetate vitam transigebat e virtutis lege ceterisque praefulgebat in exemplum. Itaque religiosus ac bene moratus puer, cum esset undecim annos natus, paratus erat ad suscipiendam primum, cum laetissima fructuum copia, divinam animi alimoniam. Litteris domi paulum institutus, parentibus inserviebat ad opus rusticum atque etiam modicam mercaturam, qua erat prudentia, exercebat. Eum autem, de capessendis sacris muneribus non cogitantem, Deus vocavit, ut, qua publicus administer suus, lucrum faceret praeclarum et immensum. Quodam enim sacerdote auctore, adulescens, sextum decimum annum agens, ad clericorum ordinem constituit se aggregare. Postquam ergo apud cognatum aliquod tempus est commoratus, a quo litterarum rudimenta disceret, in sacrum Seminarium, cui vulgatum nomen *Verrières,* se contulit, ubi minoribus disciplinis institueretur; quibus septem annos ingenium omni cum diligentia excoluit, haud praetermittens, quod erat ipsi potissimum, quin pietatis ornamentis animum locupletare^ Quo curriculo emenso, ad maius, quod dicunt, transiit Seminarium, in divinarum rerum scientia non parvos effecturas progressus. Dum ergo alacre studium confert ad comparandam doctrinam, sollemne tamen ei fuit mentem a saeculo sevocare et ad caelestia erigere, linguam compescere, supernis meditandis rebus vacare. Qui praeterea a teneris unguiculis Beatam Mariam Virginem omni prosecutus erat genere honoris, in sacro illo ephebeo per diligens eius exstitit cultor et nuntius. Cum ergo optimi quidam sacerdotii candidati, in quibus Famulus Dei fuit, de Alma Deipara frequentes haberent inter se sermones, constituerunt Societatem condere, cuius esset eius gloriam adaugere atque religionis fines propagare sive puerorum institutione sive sacris expeditionibus ad gentes ethnicas. Quibus in circulis Marcellinus Iosephus Benedictus suasit, ut etiam religiosi fratres laici accierentur ad egregium huiusmodi opus exsequendum, praesertim ad christianae doctrinae litterarumque elementa pueris tradenda. Quod propositum ut ad rem de-

duceret, a piis sodalibus est eidem mandatum. Cum ergo ad laudem alumni sacrorum eximii profecisset, Famulus Dei die vicesima secunda mensis Iulii, anno millesimo octingentesimo sexto decimo, ad sacerdotalem dignitatem est provectus. Antequam autem apostolicum aggrederetur opus, ad Marianae religionis sedem insignem, quam *Fourvière* vulgo appellant, accessit, ubi, lacrimarum vim profundens, augustae Virgini se vitamque suam devovit. Paulo post eorum, qui praeerant, iussu in curiam, cui nomen *La Valla,* missus est, ubi parocho esset a sacris adiutor. Est autem memorandum sacrum ministerium ibi non paucis obstructum esse difficultatibus, quod in montis clivo pagus ille erat quasi affixus pluresque viculi, eodem pertinentes, in regione impervia hic illic iacebant. Unde etiam factum est, ut incolae haud raro veritatis christianae tenerentur ignoratione. Est autem hic recens a sacerdotio iuvenis omni studio annisus, ut pueritiam formaret Fidei praeceptionibus, admissa confitentibus aures assidue commodaret, de rebus divinis diceret sollerter atque candido genere orationis. Vigil quoque pastor eo contendit, ut pravas tolleret consuetudines, praesertim enormem saltandi voluptatem, librorum improbatae lectionis usum, ebriositatem, pessimum denique morem exsecranda in Deum verba evomendi. **Ut** autem firmaret inceptum, praesertim quod ad iuventutis religiosam pertineret institutionem, adiutricem operam fratrum laicorum expetivit ; quod consilium, ut supra dictum est, cum esset sacrae militiae tiro, animo iam agitarat. Assidens enim pro manere cuidam puero morienti, eum praecipua doctrinae christianae capita animadvertit ignorare ; quem quidem ad vitae exitum rite comparavit, tamen, quin huiusmodi malo mederetur, iam non est moratus. Ascivit igitur adulescentem, Ioannem Baptistam Audras, castis moribus virtutisque studio commendatum, qui, una cum Ioanne Maria Granjon, primus **exstitit** sodalis religiosae Societatis Parvulorum Fratrum Mariae, quam in domo humili atque inopi ab omni re prope curiales aedes instituit ; tenerum scilicet posuit surculum qui in proceram arborem erat exiturus. Dei enim beneficio evenit, ut plures in dies ipsi se adiungerent eiusdem consilii participes, eiusdem laboris consortes. Quos ergo congregaverat alumnos pius sacerdos ut amantissimus pater est moderatus et ad sanctimoniam adipiscendam muneraque recte obeunda suasionibus, praeceptis, maxime vero exemplo suo provocavit ; <c illa namque vox », ut ait Sanctus Gregorius Magnus, Decessor Noster, « libentius auditorum cor penetrat, quam dicentis vita commendat» *(Reg. Past.,* c. 3; *P. L.,* LXXVII, 28). Pluribus igitur in locis ludos aperuit, ubi par-

vuli Parvulis Fratribus Mariae magno cum fructu utebantur magistris. Quorum sodalitas cum tot augeretur incrementis, Famulus Dei ampliorem sedem, quae esset quasi caput et centrum, in quodam recessu — *Hermitage* est vulgo appellatus — constituit. Quo in opere exigendo ut caementarius laboribus sese frangere ipse non dubitavit. Quemadmodum autem solet auro adhiberi obrussa, ut eius bonitas probetur, ita Servi Dei virtus et constantia acriter est temptata. Haud semel enim in vehementem est adductus invidiam et in culpam vocatus; quibus pressus angustiis, patientiae atque modestiae speciem prae se tulit eximiam. Postquam, anno millesimo octingentesimo vicesimo quarto, facultas ei facta est munere adiutoris a sacris se abdicandi, omne ingenium omneque studium ad ornandam augendamque societatem contulit : non eum deterruit a nobili incepto adversa, qua conflictabatur, valetudo, non sodalium quorundam ad saeculum transfugarum discessus, non aeris alieni, quo interdum opprimebatur, vis, neque infregerunt eius, qui soli Deo haerebat, spem conanima ad irritum redacta, cum de sodalitate publice agnoscenda ageret. Quam ut stabiliret, leges prudentiae plenas perscripsit atque, anno millesimo octingentesimo vicesimo sexto, se Aliosque suos votorum sponsione Deo obligavit. Egregium quoque virum Ioannem Claudium Colin, necessitudine secum coniunctum ex quo ambo in sacro Seminario Lugdunensi degerant, magnopere adiuvit ad Societatem Mariae condendam, ita ut eius quasi alter habeatur auctor ; hoc enim percupivit, ut magna Familia religiosa, sacerdotes ex ea sodalitate et Parvulos Fratres complectens atque sub Deiparae vexillis militans, eius gloriam quoquoversus propagaret. Postmodum autem id consilii captum est, ut Marianae huius consociationis utraque pars sui iuris esset et utraque supremum suum haberet moderatorem. Tamen viribus deficientibus et ingravescente morbo, indefatigatus Dei eiusque Matris administer ad metam iam properavit; quam antequam attingeret, a sodalibus, qui sibi praeesset, electus est, ita ut ante legiferi patris mortem res omnes recte componerentur. Non vero solum in vitae actione Marcellinus Iosephus Benedictus tot facta edidit insignia et commemoranda, sed etiam, si intimos animi sensus species, virum se praebuit perfectae cumulataeque virtutis. Solebat enim multum temporis in rerum divinarum contemplatione insumere omnemque cogitationem in uno Deo fìgere et locare. Nullum inchoavit opus nisi post enixas Deo adhibitas preces, haec saepe usurpans : « Nisi Dominus aedificaverit domum, in vanum laboraverunt, qui aedificant eam » *(Ps.* CXXXVI, 1) ; supernis quoque donis locupletatus et religiosae vitae studiosus, pri-

marias eius virtutes, paupertatem, castiinoniam, oboedientiam coluit quam maxime. Quin voluntariae inopiae tantum tribuit, ut cultum sive in veste sive in victu sive in suppellectile a suis acerrime amoveret. Ab omni f astu et arrogantia alienus, modeste de se existimavit, atque omni genere afflictationis se consueverat discruciare, praesertim ieiunio, frigore, incommodis itinerum, quae pedibus semper conficiebat. Consideratus atque providens sibique constans, ad unius Dei voluntatem vitam omnem accommodavit; rebus in secundis et adversis aeque bilaris, voluit, ut sodalitatis suae alumni Deo servirent cum animi laetitia. Praecipuo autem amoris impetu in caelestem ferebatur Matrem, quam religiosae Familiae suae habebat Summam veluti Moderatricem atque <(Ordinarium » appellabat « Subsidium ». Quae Sabbato ante sollemne Pentecostes, die sexta Iunii, anno millesimo octingentesimo quadragesimo, filium hunc suum, omnibus religionis praesidiis ad vitae exitum confirmatum, complexu recepit, atque fidelem servum muneribus inenarrabilibus est remunerata. Morti piissimi sacerdotis sodales, quos, antequam decederet, ad virtutis studium, quasi testamentum faciens, excitaverat, communi dolore illacrimaverunt. Corpus in continens elatum est sepulcreturn, unde, anno millesimo octingentesimo undenonagesimo, in sacram aedem translatum fuit. Singularem vero sanctimoniae famam, quo Famuli Dei nomen in dies magis celebrabatur, Deus caelestibus signis videbatur comprobare. Quapropter Causa de Beatorum Caelitum nonoribus eidem tribuendis agi coepta est, atque post ordinarios, quos dicunt, processus, Commissio introductionis Causae, apud Sacram Rituum Congregationem instituendae, a Leone PP. XIII, imm. mem., Decessore Nostro, die nona mensis Augusti, anno millesimo octingentesimo nonagésimo sexto, obsignata. Apostolicis deinde inquisitionibus rite absolutis, de virtutibus theologalibus et cardinalibus Venerabilis Marcellini Iosephi Benedicti Champagnat est disceptatum; quas omnibus perspectis et expensis , ab eo heroum in modum cultas esse Benedictus PP. XV, fel. rec, item Decessor Noster, lato decreto die undecima mensis Iulii, anno millesimo nongentesimo vicesimo, edixit. Exercita postea quaestione de miraculis, quae eiusdem invocato nomine a Deo ferebantur patrata, omnique re in suetis comitiis diligenter exquisita, Nos die tertia mensis Maii, hoc anno millesimo nongentesimo quinquagesimo quinto, •de duobus pronuntiavimus constare. Unum tantum superfuit discutiendum, num Famulus Dei inter Beatos Caelites tuto foret recensendus. Quod plane factum est. Omnes enim Purpurati Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi Patresque Consultores id fieri posse cunctis sententiis affirmaverunt. Quorum exceptis suffragiis, Nos die undevicesima mensis

Maii, hoc anno, ad Venerabilis Famuli Dei Marcellini Iosephi Benedicti Champagnat sollemnem Beatificationem *tuto* procedi posse ediximus. Quae cum ita sint, Nos, vota Instituti Parvulorum Fratrum Mariae explentes, harum Litterarum vi atque auctoritate Nostra Apostolica, facultatem facimus, ut Venerabilis Dei Famulus Marcellinus Iosephus Benedictus Champagnat, Sacerdos, *Beati* nomine in posterum nuncupetur, eiusque corpus ac lipsana, seu reliquiae, non tamen in sollemnibus supplicationibus deferendae, publicae Christifidelium venerationi proponantur, atque etiam, ut eiusdem Beati imagines radiis decorentur. Praeterea eadem auctoritate Nostra concedimus, ut de illo quotannis recitetur Officium de Communi Confessorum non Pontificum cum lectionibus propriis per Nos approbatis, et Missa de eodem Communi cum orationibus propriis approbatis celebretur, iuxta Missalis et Breviarii Romani rubricas. Huiusmodi vero Officii recitationem Missaeque celebrationem fieri dumtaxat largimur in dioecesibus Aniciensi, ad quam locus natalis Beati ipsius olim pertinebat, et Lugdunensi, cuius intra fines hic diem obiit supremum ; itemque in Templis et Sacellis ubique terrarum sitis, quibus Institutum Parvulorum Fratrum Mariae et Societas Mariae utuntur, ab omnibus Christifidelibus, qui horas canonicas recitare teneantur, et, quod ad Missas attinet, a Sacerdotibus omnibus, ad Templa seu Sacella, in quibus eiusdem Beati festum agatur convenientibus. Largimur denique, ut Sollemnia Beatificationis Venerabilis Marcellini Iosephi Benedicti Champagnat, servatis servandis, in Templis seu Sacellis, quae diximus, celebrentur, diebus legitima auctoritate statuendis, intra annum, postquam sollemnia eadem in Sacrosancta Patriarchali Basilica Vaticana fuerint peracta. Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus* Apostolicis nec non Decretis de non cultu editis ceterisque quibuslibet contrariis. Volumus autem, ut harum Litterarum exemplis, etiam impressis, dummodo manu Secretarii Sacrae Rituum Congregationis subscripta sint atque eiusdem Congregationis sigillo munita, eadem prorsus fides adhibeatur, quae Nostrae voluntatis **significatione** hisce ostensis Litteris, haberetur.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxix mensis Maii, Dominica Pentecostes, anno mdcccclv, Pontificatus Nostri septimo decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

Gildo Brugnola
a Brevibus Apostolicis

III

VENERABILES DEI FAMULI IOANNES BAPTISTA TURPIN DU CORMIER EIUSQUE XII SOCII SACERDOTES SAECULARES; IOANNES BAPTISTA TRIQUERIE, SACERDOS EX ORDINE FRATRUM MINORUM CONVENTUALIUM, EIUSDEM SOCIUS; MARIA LHUILIER EIUSQUE III SOCIAE; IACOBUS BURIN, PAROCHUS, MARTYRES, BEATI RENUNTIANTUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Quasi hortus inexhausta affluens venustate, Ecclesia collucet, cuius laudes praedicans ait Sanctus Cyprianus : « floribus eius nec lilia nec rosae desunt » *(E p.* VIII ; *P. L.,* IV, 255). Quae enim candet piis operibus confessorum castoque decore virginum, eadem, sanguine Martyrum purpurascens, veluti germina fundit ardentissimi coloris. Quamquam autem .nulla paene fuit aetas, qua cruore non honestaretur eorum, qui vitam pro Christo profuderunt, mirum tamen quam collegit gloriam eximiam temporibus illis, quibus tumultus' Galliam totam prevasit ibique civilibus fluctibus tumuerunt omnia. Tum enim Christifideles, nominis Catholici assertores fortissimi, catervatim interfecti, quasi ingens exercitus victor, amplissima tulerunt tropaea, ita ut in rem apte cadant verba eiusdem Sancti Cypriani, qui et ipse divinam veritatem sanguine suo testatam fecit : « Quale illud fuit sub oculis Dei spectaculum gloriosum, quale in conspectu Christi Ecclesiae suae gaudium, ad pugnam, quam tentaverat hostis inferre, non singulos milites, sed tota simul castra prodiisse » *(Ep. ad Comelium; P. L.,* III, 858-859). Quorum Fidei testium non paucis iam decreti sunt sollemnes Beatorum Caelitum honores, et, quos iniqui iudices damnarunt quasi homines scelestos, cum essent insontes, eos populus christianus deprecatores habet apud sanctissimum iudicem Deum. Facimus igitur libenter, ut horum numero alios hodie augusto ritu addamus eiusdem certaminis eiusdemque gloriae consortes, undeviginti dicimus Martyres, qui mori maluerunt quam

peccato se commaculare. Est etiam quod radiantia haec lumina proponamus Catholicae Familiae, nam temporibus hisce, quibus Ecclesia iterum hic illic infense petitur, erigendi sunt animi ad sequenda exempla intrepidae virtutis atque fidei inconcussae. Imprimis vero gaudemus in nobili hac turma plurimos esse sacrorum administros, quos hostium immanitas adducere potuerit nulla, ut ab officio discederent neve sacrae obsequerentur potestati. Hi strenui athletae Christi omnes, qui Beatorum in caelo ordinibus inseruntur, cum noluissent improbatum a Pio PP. VI, rec. mem., Decessore Nostro, iusiurandum dare et, in iudicium vocati, a Catholicae religionis desciscere institutis, in urbe Valle Guidonis vel continente agro, anno millesimo septingentésimo nonagésimo quarto, supplicio affecti sunt. De quorum vita expositituris occurrunt Nobis primo quattuordecim sacerdotes, qui die vicesima prima mensis Ianuarii, eodem anno, guillotiniana machina simul necati, martyrii palmam simul adepti sunt. Qui, cum essent aut aetate provecti aut adversa laborarent valetudine, non acti erant in exsilium ut alii non pauci iurisiurandi illius detractores, sed in Valleguidonensi coenobio, cui vulgaris appellatio *Patience* undeque impie eiectae fuerant Clárales virgines, publica attinebantur custodia. Expugnata autem urbe ab iis, qui bellum ad veterem civitatis formam vindicandam susceperant, sacerdotes illi e vinculis sunt emissi. Sed brevis data temporis usura, quo libertate fruerentur ; paulo enim post iterum potiti sunt imperio homines novarum rerum studiosi atque nomini Catholico maxime infesti. Die igitur vicesima mensis Ianuarii, ut supra dictum est, uno anno expleto a supplicio sumpto de rege Ludovico XVI, quattuordecim iidem sacerdotes a consilio seditiosorum in iudicium adducti sunt ac statim atrocibus perculsi sententiis. Sunt autem hi : I. Ioannes Baptista Turpin Du Cormier in urbe Valle Guidonis commissam sibi paroeciam a Sanctissima Trinitate ut pastor perdiligens est moderatus. Totus enim fuit in muneris sui partibus obeundis, quippe qui omne tempus insumeret in erudiendis indoctis, relevandis pauperibus, invisendis aegrotis, peccatoribus revocandis ad curam salutis sempiternae. Commendabatur haec pia alacritas suavitate morum, qua comem se in alios praebuit, et non vulgaribus, quae prodidit, virtutis exemplis. Forti animo recusavit, ne iusiurandum, quod ad civilem constitutionem cleri pertinebat, i arar et alteramque, cui verba adiciebantur *Liberté-Egalité.* Iniqua igitur lege ab officio curionis amotus, tamen fidelibus suis privatim adesse qua sacrorum administer non desiit, donec, anno millesimo septingentésimo

nonagésimo secundo, cum sociis contrusus est in carcerem. Quos cum dignitate praecederet — decani enim munus ei mandatum esse constat — ultimus iussus est progredi ad carnificem : hymnum recitans *Te Deum laudamus* tabulatum conscendit, ubi parata erat letalis machina, et, postquam axibus sodalium cruore oblitis pia fixit oscula, ferro peremptus est, laudes divinas cantaturus in aevum. II. Ioannes Maria Gallot, sacerdos a sacris adiutor in urbe Valle Guidonis et in pago, cui nomen *Bazougers,* idemque pietatis magister monialium ex Ordine Sancti Benedicti, vitam degit cum virtute, secretam a turba. A recta conscientia non discedens, a vetito abhorruit iureiurando, et, martyrio coronatus, ex huius saeculi tenebris et angustiis ad beatissimam concessit immortalitatem. III. Iosephus Pelle, vir pietatis studio commendatus, sed paulum asper et subagrestis, primo in curia Valleguidonensi a Sanctissima Trinitate est sacro munere functus, deinde apud Clárales virgines coenobii, cui nomen *Patience.* Qui cum ad supplicium procederet, ita est intrepidus Christi sacerdos spectatores allocutus : « Docuimus vos, quomodo viveretis, iam discite a nobis, quomodo moriamini ». IV. Renatus Ludovicus Ambroise eidem curiae a Sanctissima Trinitate in urbe Valle Guidonis ut sacrorum administer inservivit. Iansenianam haeresim, cuius erroribus fuerat aliquandiu implicatus, eiuravit estque, cum fuisset in ius ductus, iterum palam exsecratus. Veram denique sinceramque fidem sanguinis sui pignore confirmavit. V. Iulianus Franciscus Morin De La Girardière, cum apud Meduanenses pastorale munus aliquot annos esset exsecutus, propter corporis vitium in urbem Vallem Guidonis se recepit ; ubi in fratris domo vitam ducens umbratilem, annisus est, ut nepotes optimis institueret disciplinis egenisque afferret levamentum. A religione officii sacerdotalis non declinans, neutrum dedit iusiurandum nec se divelli passus est a Christo, qui servum fidelem, saeva morte affectum, praemio donavit inenarrabili. VI. Franciscus Duchesne iam in christianae vitae agone haud modicam sibi peperit laudem; nam, sacerdos cumulatae virtutis, vitam egit aeternarum rerum contemplationi deditam, voluntariis se discrucia vit macerationibus acriterque sibi imperavit ; e supremo denique certamine victor discedens, a Rege Martyrum accepit bravium. VII. Iacobus André, yir alta praeditus mente et caritate erga pauperes insignis, primo in vico, cui nomen *Rouez-en-Champagne,* ut adiutor a sacris, deinde in oppido *Rouessé-Vassé* appellato, ut parochus fidelibus studiosam adhibuit curationem. Impietati forti animo obnisus, fulgentem promeruit Christi testium coronam. VIII. Andreas Duliou, postquam pluribus in locis sacri ministerii mu-

nera minora exercuit, curam loci *Saint-Fort* administravit. Cum voluisset Deo potius parere quam hominibus, capitis damnatus est sacerdos alienae salutis diligens, suae immemor utilitatis. IX. Ludo vicus Gastineau nominis famam adeptus est propterea quod pueros instituebat scite naviterque et multis princeps erat ac magister ad ineundam rationem vitae sanctioris ; documentum autem dedit omnium praeclarissimum mortem oppetiendo propter Christum. X. Franciscus Migoret Lambeardière in curionis officio cum laude versatus, ingenium etiam ac studium ad puerorum contulit institutionem. A publico actore, suae quondam disciplinae alumno, acerbe accusatus, mira usus est moderatione vitaeque anteposuit mortem, ne peccaret in vitae auctorem. XI. Iulianus Moulé, perinde ac Martyr, qui proxime dictus est, praestiterat quidem iusiurandum, quod a constitutione civili cleri appellabant, sed certis adiectis condicionibus ; postquam autem Pius PP. VI id iurare fas esse negavit, irritum idem esse voluit; alterum deinde, cui nomen *lÀbertê-Fgalité,* omnino non dedit. E paroecia oppidi *Saulges,* sibi creditae, expulsus et in custodiam traditus, de saeculo moriendo triumphavit. XII. Augustinus Emmanuel Philippot quinquaginta annos praefuit curiae loci, qui vulgo *Bazouge-des-Alleuœ* audit, pietatis, diligentiae, lenitudinis in omnes non obscura edens specimina. Et hic prius iusiurandum ita fere iuravit, ut vi careret, atque, altero repudiato, devexam aetatem martyrio reddidit illustrem. XIII. Petrus Thomas, munus sacerdotis adiutoris in paroecia, cui appellatio *Teuton,* et sacri administri in hospitio infirmorum oppidi *CMteau-Oontier* exercens, qua esset virtute et ingenio, luculenter ostendit ; ad summam vero profecit laudem ferrum recipiendo propter fidem, quam integram servavit Ecclesiae. XIV. Ioannes Baptista Triquerie, ' civis Valleguidonensis, sacerdos ex Ordine Fratrum Minorum Conventualium, postquam coenobio in oppido *Olonne* egregie praefuit, virgines Clárales ut consultus magister pietatis non uno in loco ad sanctimoniam assequendam instruxit et comparavit. Elucebat in eo studium praecipuum rerum divinarum atque Franciscalis disciplinae diligentia maxima. Cum esset ei religio quidquam praeter fas et aequum agere, neutrum iusiurandum dedit, ita ut dignus sit habitus qui per mortem cruentam ad supernam eveheretur sedem, ubi vitam beatissimam viveret in aevum infinitum. Non solum autem hi sacerdotes de hostium immanitate victoriam reportarunt eximiam, sed quattuor etiam virgines eadem in urbe vel regione eademque fere tempestate pro Christo fortissime decertaverunt. XV. Francisca Mézière, a monialibus sodalitatis *Dominae Nostrae*

a Caritate de Evron educata, ad pueros instituendos se contulit in *parvis,* quos vocabant, *ludis,* quique ad paroecias pertinebant. Nolens iurare quod turbulentae civitatis moderatores iusserant, desiit docere atque aegrotorum ctirationi se devovit. Coniecta in vincula, die quinta mensis Februarii, eodem anno millesimo septingentésimo nonagésimo quarto, guillotiniano supplicio est necata. Quod antequam subiret, lectissima virgo carnificibus, quasi ingentis beneficii auctoribus, gratias egit. XVI. XVII. Francisca Tréhet et Ioanna Véron, religiosae mulieres e sodalitate *Dominae Nostrae a Caritate,* quam diximus, cum in pago *Dompierre* puellas ad pietatem humanitatemque informassent, ab osoribus nominis Catholici, altera die tertia decima mensis Martii, altera die vicesima eiusdem mensis et anni, iniquissimo iudicio damnatae statimque interfectae, ad Caelestem Sponsum Regemque Aeternum triumphantes abierunt. XVIII. Maria Lhuilier, parentibus orbata, ab ineunte aetate vitam duxit in tenebris et luctu. In religiosas sodales *Hospitalarias a Misericordia Iesu* ascripta, ex quo tempore a Sancta Monica ipsa appellabatur, infirmis ut ancilla modesta sedulo deservivit. Die vicesima secunda mensis Iunii, eodem anno, quod recusarat, ne contra leges Ecclesiae praestaret iusiurandum, ferro interempta, Beatarum Virginum agmini est aggregata. XIX. Iacobus Burin, parochus pagi *Saint-Martin-de Conviée* in agro Valleguidonensi, cum Apostolicas Litteras, quibus iusiurandum illud improbatum fuit, in Templo palam legisset, e munere discedere coactus est. Perrexit autem, de domo fugiens in domum, pastoralis officii curas in Christifideles clam impendere. Tamen dolo proditus, die septima decima mensis Octobris, quem diximus, anno, ab insectatorum caterva, manibus tenens calicem sacrificum, plumbeis glandibus est confossus. Quibus invictis Christi testibus ut Beatorum Caelitum tribuerentur honores, post ordinarios, quos vocant, processus, quaestio de eorundem martyrio atque martyrii causa est proposita, apud Sacram Rituum Congregationem agenda. Commissionem vero introductionis Causae Nos die secunda mensis Martii, anno millesimo nongentesimo quinquagesimo secundo, propria obsignavimus manu. Perfectis deinde omnibus, quae ex Sacri eiusdem Consilii institutis cognoscenda fuerant ac pertractanda, coactisque de more coetibus, quorum generalis coram Nobis die tertia mensis Maii, hoc anno, celebratus est, Nos, decreto eadem die expedito, de horum Venerabilium Famulorum Dei martyrio et martyrii causa tam manifesto constare ediximus, ut, concessa a signis seu miraculis omnique alia opportuna dispensatione, ad reliqua procedi posset. Id unum superfuit

discutiendum, num, stante approbatione martyrii martyriique causae ac dispensatione a signis seu miraculis, tuto procedi posset ad sollemnem eorundem undeviginti Famulorum Dei Beatificationem. Quod plane factum est. Omnes enim Purpurati Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi, Praelati Officiales Patresque Consultores id fieri posse cunctis sententiis affirmaverunt. Quorum exceptis suffragiis, Nos die undevicesima mensis Maii, hoc anno, ad undeviginti Venerabilium Servorum Dei, quos diximus, sollemnem Beatificationem *tuto* procedi posse ediximus. Quae cum ita sint, Nos, vota cleri ac populi Galliae religiosarumque sodalitatum, quarum interest, explentes, Apostolica Nostra auctoritate, harum Litterarum vi perpetuumque in modum facultatem facimus, ut Venerabiles Dei Famuli Ioannes Baptista Turpin Du Cormier eiusque duodecim socii sacerdotes saeculares atque socius e clero religioso Ioannes Baptista Triquerie, deinde Maria Lhuilier eiusque tres sociae virgines, ac denique Iacobus Burin, sacerdos, martyrio affecti, *Beati* in posterum nuncupentur, eorumque reliquiae, si exstent, non tamen in sollemnibus supplicationibus deferendae, publicae Christifidelium venerationi proponantur, eorundemque Servorum Dei imagines radiis decorentur. Praeterea eadem Nostra auctoritate concedimus, ut de illis quotannis recitetur Officium de Communi plurimorum Martyrum cum Lectionibus propriis per Nos approbatis, et Missa de eodem Communi cum orationibus propriis approbatis celebretur, iuxta Missalis et Breviarii, cum Romani tum Ordinis Seraphici, rubricas. Eiusmodi vero Officii recitationem Missaeque celebrationem fieri dumtaxat largimur in dioecesibus, ubi unusquisque horum Famulorum Dei natus est, et in dioecesi Valleguidonensi, cuius intra fines, martyrio coronati, migrarunt e vita ; itemque in omnibus Templis et Sacellis, ubique terrarum sitis, quibus universus Ordo Fratrum Minorum ac virgines Clárales, et Congregationes *Dominae Nostrae a Caritate de Evron,* et *Hospitalariarum a Misericordia Iesu* utuntur, ab omnibus, qui horas canonicas recitare teneantur, et, quod ad Missas attinet, ab omnibus sacerdotibus ad Templa seu Sacella, in quibus eorundem Beatorum festum agatur, convenientibus. Largimur denique, ut sollemnia Beatificationis horum Famulorum Dei, servatis servandis, in dioecesibus, quas diximus, atque in Templis ac Sacellis, quae item memoravimus, die per Ordinarios, ad quos pertinet, designando, celebrentur, intra annum, postquam sollemnia eadem in Sacrosancta Patriarchali Basilica Vaticana rite fuerint peracta. Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis atque Decretis de non cultu editis, ceterisque quibusvis contrariis. Volu-

mus autem, ut harum Litterarum exemplis, etiam impressis, dummodo manu Secretarii Sacrae Rituum Congregationis subscripta sint atque eiusdem Congregationis sigillo munita, etiam in iudicialibus disceptationbus, eadem prorsus fides adhibeatur, quae Nostrae voluntatis significationi, hisce ostensis Litteris haberetur.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XIX mensis Iunii, Dominica III post Pentecosten, anno MDCCCCLV, Ponficatus Nostri septimo decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO BRUGNOLA
a Brevibus Apostolicis

EPISTULAE

I

AD EXCMUM P. D. ALBERTUM LÉVAME, ARCHIEP. TIT. CHERSONESITANUM IN ZECHIA, NUNTIUM IN HIBERNIA APOSTOLICUM, DENA LUSTRA SACERDOTII IMPLENTEM.

PIUS PP. XII.

Venerabilis Frater, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Iucundam profecto memoriam diei illius, quo primum Sacrum quinquaginta, adhinc annos rite Deo perlitasti, te propediem esse renovaturum libenti animo percepimus. Hac enimvero temporis diuturnitate cogitationes curasque tuas in honorem Dei proximorumque salutem contulisti. Sacerdotio equidem initiatus, concredita tibi in primaevo iuventutis fiore officia diligenter obiisti, praesertim quum apud cives tuos Monacensis Principatus sacro ministerio aliquot per annos perfunctus •es. Deinde apud Apostolicas Legationes sive in quibusdam Europae Rebuspublicis sive in pluribus Meridianae ipsius Americae regionibus tradita tibi munera peregisti. Quae quidem erga Ecclesiam merita respiciens Noster ven. memoriae Decessor Pius XI ad Archiepiscopi dignitatem duos ac viginti abhinc annos te evehere tibique laboriosas Nuntii Apostolici partes voluit conferre. Quae quidem munia primo apud nationes Salvatorianam, Honduriensem et Guatemalensem, postea in Pa-

raquaria et Uraquaria, tum in Aegypto adsidue gessisti et nunc in perdilecta Nobis geris Hibernia. Quapropter Nos, Venerabilis Frater, laetam eiusmodi faustitatis opportunitatem nacti, tibi de sacro ministerio tam diu exercito ex animo gratulamur instantique prece Deum exoramus, ut incolumen vegetumque seros te servet in annos, uberibus plane donis solaciisque caelestibus exornatos. Quo interea auspicati eventus celebratio Hiberniensi populo salutarior evadat, tibi ultro facultatem damus, ut, die constituta, post Sacrum pontificali ritu peractum, adstantibus fidelibus nomine Nostro Nostraque auctoritate benedicas, plenariam indulgentiam iisdem proponens, ad Ecclesiae praescripta lucrandam. Supernarum denique gratiarum praenuntia peculiarisque Nostrae caritatis testis sit Apostolica Benedictio, quam tibi, Venerabilis Frater, cunctoque Hiberniae clero ac populo peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petram, die xn mensis Maii, anno MDCCCCLV, Pontificatus Nostri septimo decimo.

PIUS PP. XII

II

AD EXCMUM P. D. SIMONEM CONRADUM LANDERSDORFER, PASSAVIENSEM EPISCOPUM, SAECULO EXEUNTE A CONDITA SODALITATE ((KOLPING)) OPIFICUM CATHOLICORUM.

Am bevorstebenden Pfingstfest findet in Ihrer Bischofsstadt anlässlich der Jahrhundertfeier der dortigen Kolpingsfamilie und der Einweihung ihres neuen Heims ein Treffen von Gesellen und Meistern aus den europäischen Ländern deutscher Zunge statt. Sie haben, Ehrwürdiger Bruder, Uns den Treu-und Ergebenheitsgruss Ihrer Kolpingsfamilie übermittelt, »die um Unseren Segen für die Pfingstfeier des Kolpingswerk.es bittet. Wir leihen dieser Bitte ein um so geneigteres Ohr, als Sie in Ihrem Schreiben ,die Mitarbeit der Söhne Adolf Kolpings am inneren Wiederaufbau des .deutschen Volkes nach dem Zusammenbruch mit hohem Lob bedenken vond Uns damit bestätigen, was Wir auch von anderer Seite hören.

Jahrhundertfeiern laden ein zur Rückschau auf die Grundkräfte, die dem gefeierten Werk seine Dauer verliehen haben. Und in der Tat, nur die immer wieder erfolgende Rückbesinnung auf die Ziele, die der

Stifter eines Werkes ihm-gesetzt hat, kann dessen Lebendigkeit nnd Blüte gewährleisten.

Nun hat der ehrwürdige Gründer der Gesellenvereine sein Werk aufgebaut auf zwei Einsichten und ihre Verwirklichung ihm als Ziel gesetzt. Die erste von ihnem lautet : Religion und Leben bilden eine Einheit. Der Trennung beider hat Kolping ein eindeutiges Nein entgegengerufen. Ihm war es eine Selbstverständlichkeit, dass der christliche Glaube das ganze Dasein zu durchfluten hat. Wo sozial Verwahrloste am Wege lagen, war die Kirche die Erstberufene, sich ihrer anzunehmen. Um Christi willen, aus der Verantwortung, die er als Priester Christus gegenüber trug, und aus Liebe zu Christus, hat Kolping die ihrem Schicksal überantworteten Wanderburschen von überallher im Gesellenheim gesammelt, um dort die christliche Erziehung des Elternhauses, die nur unterbrochen war, wiederaufzunehmen, oder aber, wo sie versagt hatte, im Ganzen zu ersetzen. Das Ziel war immer der ebenso lebens- und berufstüchtige, wie der charakterlich gereifte, durch und durch katholische Mensch. Dieses Ziel hat keine Änderung und keine Abschwächung erfahren. Die Schöpfung Adolf Kolpings wird bestehen, solange es ihr lebendig vor Augen schwebt, solange in ihr Religion und Leben jene Einheit bilden, aus der sie ihr Stifter ins Dasein gerufen hat.

Die zweite Einsicht, von der Adolf Kolping sich leiten liess, lautet : die Familie ist die Urzelle und das Vorbild alles Gemeinschaftslebens. Einer Gesellschaftsauffassung, welche die gemeinschaftbildenden Menschen nur kennt als Gütererzeuger und Güterverbraucher, die sich also erschöpft in Produktion und Konsum und damit jegliches Gemeinschaftsleben entseelt und atomisiert — einer solchen Auffassung ruft Kolping abermals ein entschiedenes Nein entgegen. Für ihn sind die christliche Familie, der sittlich gewertete Stand und Beruf, die gute Kameradschaft und Nachbarschaft die Grundlagen des Gemeinschaftslebens. Die Familie vor allem : Verfassung und Gesetz, sie mögen noch so vollkommen sein, nützen nichts, wenn die Familie krank ist und versagt — wie oft hat Adolf Kolping diesem Gedanken Ausdruck verliehen ! Seine Schöpfung, der « Gesellenverein », sollte im Grossen wie im Kleinen, als Ganzes und in seinen Zweigen, selbst Familie sein und die jungen Menschen darauf vorbereiten, Gründer und Väter echt christlicher Familien werden zu können. Diese doppelte Beziehung auf die Familie war seiner Stiftung wesentlich und muss ihr wesentlich bleiben. Sonst wäre sie nicht mehr das, als was Adolf Kolping sie ins Dasein gerufen hat.

Der « Gesellenverein » hat an Zeitgemässheit nicht verloren ; er ist

âeute fast zeitgemässer als vor 100 Jahren. Dabei wird es von untergeordneter Bedeutung sein, wenn der Begriff des « Gesellen » bzw. « Meisters » einen gewissen Wandel erfährt. Worauf es ankommt, ist •ein anderes : Mögen die Söhne Adolf Kolpings sich immer und lebendig bewusst sein, dass sie nicht irgend einen Verein mit einem profanen Zweck bilden, dass sie vielmehr vor eine hohe religiöse und soziale Aufgabe gestellt sind. Die Einsicht, dass die Erfüllung dieser Aufgabe heute noch viel schwieriger ist als vor 100 Jahren, mag für sie, für die geistlichen Präsides wie für die grosse Familie der Gesellen, nur ein Ansporn sein, ihr ganzes und bestes Wollen für das gesteckte Ziel einzusetzen. Wenn sie Beter sind wie ihr Vater Adolf Kolping, werden sie es mit Gottes Gnade auch heute erreichen.

Dass ihnen die Huld und Gnade Gottes in Fülle zuteil werde, als Unterpfand dessen erteilen Wir ihnen allen in herzlichem Wohlwollen den Apostolischen Segen.

Aus dem Vatikan, den 19. Mai 1955

PIUS PP. XII

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

i

DECRETUM

PROSCRIPTIO LIBRI ET PROHIBITIO EPHEMERIDEM

Feria IV, die 8 Iunii 1955

In generali consessu Supremae Sacrae Congregationis S. Officii, Emi ac Revmi Domini Cardinales rebus fidei ac morum tutandis praepositi, praehabito RR. DD. Consultorum voto, damnarunt atque prohibuerunt :

1. librum, qui inscribitur Boleslaw Piasecki, Zagadnienia Istotne, Warszawa, <c Pax », 1954.

2. hebdomadarium, quod inscribitur Dzis i Jutro, Varsaviae.

Et die 24 eiusdem mensis et anni, Ssfiius D. N. D. Pius divina Providentia Pp. XII relatam Sibi Emorum resolutionem adprobavit, confirmavit et publicari iussit.

Datum Romae, ex Aedibus S. Officii, die 28 Iunii 1955.

Marius Crovini, *Supremae S. Congr. S. Officii Notarius*

II

DECRETUM

PROHIBITIO EPHEMERIDUM

Feria IV, die 8 Iunii 1955

In generali consessu Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii, Emi ac Revmi Domini Cardinales rebus fidei ac morum tutandis praepositi, praehabito RR. DD. Consultorum voto, damnarunt atque prohibuerunt ephemerides quae inscribuntur :

1. A Kerestz, Budapest;

2. Bulletin Catholique Hongrois, Budapest.

Et die 24 eiusdem mensis et anni, Ssmus D. N. D. Pius divina Providentia Pp. XII relatam Sibi Emorum resolutionem adprobavit, confirmavit et publicari iussit.

Datum Romae, ex Aedibus S. Officii, die 28 Iunii 1955.

Marius Crovini, *Supremae S. Congr. S. Officii Notarius*

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

i

BTJRGENSIS - COMPOSTELLANAE - OVETENSIS VALLISOLETANAS ET ALIARUM

DECRETUM

DE MUTATIONE FINIUM DIOECESIUM

Quum sollemnibus Conventionibus, die xxvn mensis Augusti anni MCMLiii initis, Apostolica Sedes et Hispanicum Gubernium praeter cetera constituerint ut praesentes dioecesium fines, ne plures civiles provincias complecterentur, paulatim, collatis utrimque consiliis, immutarentur, Excmus P. D. Hildebrandus Antoniutti, Archiepiscopus titularis Synnadensis in Phrygia et in Hispania Nuntius Apostolicus, rebus cum Hispanico Gubernio opportune compositis, ab eadem Apostolica Sede postulavit ut quae iam pridem constituta fuit ecclesiasticorum finium immutatio in civilibus provinciis regionum vulgo Galicia, Asturias, León et Castilla interim perficeretur.

Sanctissimus Dominus Noster Pius Div. Prov. Pp. XII, praehabitis favorabilibus votis Emi P. D. Ferdinandi S. R. E. Card. Quiroga y Palacios, Archiepiscopi Compostellani necnon Excruorum PP. DD. dioecesium de quibus agitur Ordinariorum, ratus huiusmodi finium immutationem animarum utilitati profuturam, oblatis precibus benigne annuere dignatus est.

Quapropter, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu de plenitudine Apostolicae potestatis, praesenti Consistoriali Decreto distrahit :

1. ab archidioecesi *Vallisoletana* paroeciam *Tarazona de Guaren®* nuncupatam;

2. a dioecesi *Zamorensi* paroecias quattuordecim in territorio civilis provinciae vulgo « Valladolid » et quinque in finibus civilis provinciae vulgo « Salamanca » exstantes ;

3. a dioecesi *Palentina* undenonaginta paroecias quae intra finessunt civilis provinciae vulgo « Valladolid », parvum territorium archipresbyteratus «Liebaña» nuncupati in civili provincia vulgo « Santander » exstans et territorium « Hinojal de Pisuerga » finibus civilis provinciae vulgo ((Burgos » comprehensum ;

4. a dioecesi *Salmantina* paroecias duas vulgo *Cañizal* et *Valcesa-de Guareña* in provincia civili vulgo « Zamora » sitas ;

5. a dioecesi *Abulensi* paroecias viginti tres quae intra fines sunt, civilis provinciae vulgo « Valladolid » ;

6. a dioecesi *Segobiensi* sexdecim paroecias in finibus exstantes civilis provinciae « Valladolid » ;

7. a dioecesi *Legionensi* territorium quod ad eam hucusque pertinuit et extra fines civilis provinciae « León » nuncupatae invenitur, scilicet, paroecias : quadraginta quinque in finibus praefatae civilis provinciae « Valladolid », duodeviginti intra fines civilis provinciae vulgo- « Zamora » et tandem centum quinquaginta septem in territorio civilis provinciae « Palencia » vocatae comprehensas ;

8. a dioecesi *Asturicensi* paroecias : duodecim, vulgo appellatas « *Castrogonsalo, Castropepe, Bardal, Villaveza, Santovenia, Vidayanez,, Revellinos, San Augustin del Pozo, Villaf afila, Otero, Villarin, Br età* » in. fines patentes civilis provinciae « Zamora », sequentes viginti tres nuncupatas : « *Alcoba, Villanueva de Carrizo, Cimanes del Tejar, Azadón,, Carrizo de la Ribera, Quintanilla de Sollamas, Llamas de la Ribera, San Román de los Caballeros, Villaviciosa de la Ribera, Santa Maria dei Páramo, Lagunadalga, San Pedro de Dueñas, Zambrocinos, Zotes del Páramo, Villaestrigo, Laguna de Negrillos, San Salvador de Negrillos,. C on f orcos, Cabañeros, Villamor de la Laguna, Ribera de Grajat, Graf ai de la Rïbera, La Antigua* », tres in territorio vulgo « Castro Caldelas »,. intra fines exstantes civilis provinciae « Orense » nuncupatae, decem in territorio vulgo « Quiroga » in finibus civilis provinciae cui nomen « Lugo » comprehensas et tandem paroeciam *San Pedro de Gudiña.* appellatam ;

9. ab archidioecesi *Compostellana* territorium « Beariz » appella-

tum cum tribus paroeciis intra fines civilis provinciae vulgo « Orense » patentibus ;

10. a dioecesi *Tudensi* vicariatum foraneum « Ribadavia » nuncupatum una cum duodecim paroeciis, atque territoria vulgo « Padrenda » et « Desteriz » quae intra fines civilis provinciae vulgo « Orense » sese extendunt;

11. a dioecesi *Mindoniensi* paroecias *Camarinas, Jomes* et *Miño* appellatas atque archipresbyteratum quem vocant « Mellid » cum sex eius paroeciis et duabus filialibus ecclesiis in territorio civilis provinciae vulgo ((Lugo » exstantibus ;

12. a dioecesi *Auriensi* territoria vulgo « Bubal » cum eius quinque paroeciis, et « Torbeo » cum paroecia vulgo *Nogueira* intra fines civilis provinciae « Lugo », atque insuper duodecim paroecias, intra fines civilis provinciae vulgo <(Zamora » patentes, appellatas : « *Aciberos, Castreslos, Castromil, Chanos, Edradas, Edroso, Hermisende San Cipriano, Hermisende Santa Maria, Lubián, Padornelo, Tejera, Yillanueva de la Sierra » ;*

13. a dioecesi *Tmcensi in Hispania* totum territorium quod ad eam hucusque pertinuit et intra fines civilis provinciae vulgo « León » patet, alterum territorium vulgo « Begonte » cum quattuor paroeciis totidemque filialibus ecclesiis, et tandem paroeciam *San Pedro de Espiñeira* appellatam intra fines civilis provinciae vulgo ((Orense » sitam ;

14. ab archidioecesi *Burgensi* sexaginta octo paroecias quae in finibus sunt civilis provinciae vulgo « Palencia » ;

15. ab archidioecesi *Ovetensi* vicariatus foraneos vulgo « Benavente » cum septem paroeciis et ecclesia filiali, atque « Valencia de don Juan » cum sex paroeciis, centum insuper sexaginta paroecias una cum undeviginti filialibus ecclesiis, territorium vulgo « Armellada » cum quattuor eius paroeciis, quod in provincia civili « León » invenitur, paroecias et filiales ecclesias trium archipresbyteratuum vulgo « Taramundi », « Buron » et « Suarna » intra fines civilis provinciae vulgo « Lugo » comprehensas, et tandem territorium «Tresviso » appellatum cum duobus paroeciis totidemque filialibus ecclesiis *Bâbago et B aeras* in finibus civilis provinciae « Santander » nuncupatae exstantibus.

Mutatis hac ratione praefatarum dioecesium finibus, eadem Sanctitas Sua adnectit :

1. archidioecesi *Vallisoletanae* totum territorium a finitimis dioecesibus distractum atque intra fines civilis provinciae vulgo « Valladolid » comprehensum, scilicet, paroecias : viginti tres dioecesi Abulensi,

quadraginta quinque Legionensi, undenonaginta Palentinae, sexdecim Segobiensi et tandem quattuordecim Zamorensi hucusque adscriptas ita ut tota hinc Vallisoletana archidioecesis in totam pateat civilem provinciam « Valladolid » nuncupatam, exceptis duabus paroeciis *Boales* et *Quintanilla del Molar* nuncupatis quae inveniuntur in territorio vulgo enclave civili provinciae civilis ((Valladolid ».

2. dioecesi *Zamorensi* paroecias: *Cañizal* et *Valeesa de Guareña* vulgo appellatas e dioecesi Salmantina, duodecim supra memoratas e dioecesi Asturicensi, duodeviginti e dioecesi Legionensi disiunctas in territorio civilis provinciae vulgo « Zamora », pertinentes ad archipresbyteratus quos vocant « Villafrechos, Villalobos et Villalpando » et tandem praefatum vicariatum foraneum « Benavente » ab archidioecesi Ovetensi dismembratum, ita ut tota Zamorensis dioecesis intra fines civilis provinciae vulgo « Zamora » deinceps contineatur ;

3. dioecesi*Palentinae* paroecias centum quinquaginta septem a dioecesi Legionensi, et sexaginta octo ab archidioecesi Burgensi per praesens Decretum separatas ;

4. dioecesi *Salmantinae* memoratam paroeciam *Tarazona de Cuareña* ab archidioecesi Vallisoletana dismembratam atque paroecias quinque e dioecesi Zamorensi, utpote intra limites civilis provinciae « Salamanca » sitas, distractas ;

5. dioecesi *Legionensi* paroecias : sex praefati vicariatus foranei « Valencia de don Juan » et centum quinquaginta septem, una cum undeviginti filialibus ecclesiis, ab archidioecesi Ovetensi separatas, viginti tres quas supra memoravimus ex Asturicensi dioecesi seiunctas quae in territorio civilis provinciae <(León » continentur, et tandem paroecias archipresbyteratus « Liebafia » e dioecesi Palentina distractas ;

6. dioecesi *Asturicensi* duodecim praefatas paroecias a dioecesi Auriensi separatas, insuper totum territorium dioecesi Lucensi in Hispania hucusque adscriptum et intra fines civilis provinciae « León » patens, et tandem paroecias vulgo *Santa Cruz del Sil, Suarbol* ac *Volouta,* atque memoratum territorium « Armellada » ab archidioecesi Ovetensi distractum ;

7. archidioecesi *Burgensi* territorium quod supra memoravimus « Hiño jal de Pisuerga » a dioecesi Palentina distractum ;

8. archidioecesi *Compostellarne* paroecias *Camarinas, Jornes* et *Miño* e dioecesi Mindoniensi, vi huius Decreti dismembratas ;

9. dioecesi *Auriensi* paroecias tres in territorio vulgo « Castro Caldelas » exstantes et paroeciam quae appellatur *San Pedro de Q-udiña*

e dioecesi Asturicensi separatas, paroecias duodecim vicariatus foranei « Ribadavia », insuper territoria vulgo « Desteriz » et « Padrenda » e dioecesi Tudensi distracta, paroecias quae *Beariz, Girazga* et *Lebozán* nuncupantur ab archidioecesi Compostellana dismembratae et tandem paroeciam vulgo *San Pedro de Espiñeira* quam supra memoravimus;

10. dioecesi *Luoensi in Hispania* praefatos archipresbyteratus vulgo « Mellid », « Buron » et « Suarna » cum paroeciis et filialibus ecclesiis, atque supra memorata territoria « Quiroga », « Bubal » et « Torbeo » cum paroecia vulgo *Nogtteira;*

11. dioecesi *Mindoniensi* territorium « Begonie » atque paroecias et filiales ecclesias archipresbyteratus « Taramundi » intra limites civilis provinciae « Lugo » comprehensas;

12. dioecesi *Santanderiensi* memoratum territorium « Tresviso » cum paroeciis et filialibus ecclesiis ab archidioecesi Ovetensi separatis.

Mandat insuper Sanctitas Sua ut omnia acta et documenta memoratarum paroeciarum clericos, fideles et bona temporalia respicientia ab eis ad quos spectat, quamprimum fieri poterit, suae cuique Curiae Episcopali tradantur.

Ad clerum autem quod attinet, statuit ut simul ac praesens Decretum ad effectum deductum fuerit clerici dioecesi illi censeantur incardinati in cuius territorio legitime degunt.

Ad haec omnia exsecutioni mandanda Sanctissimus Dominus Noster memoratum Exc. P. D. Hildebrandum Antoniutti deputare dignatus est, necessarias et opportunas eidem tribuens facultates, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad S. Congregationem Consistorialem, quam primum, remittendi authenticum exemplar actus peractae exsecutionis.

Quibus super rebus praesens edi iussit Consistoriali Decretum perinde valiturum ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent.

Datum Romae, ex Aedibus S. Congregationis Consistorialis, die 17 Octobris 1954.

£8 Fr. A. I, Card. Piazza, Ep. Sabinen, et Mandalenen., *a Secretis*

L.©S.

Iosephus Ferretto, *Adsessor*

II

DECRETUM

DE CONVENTU EPISCOPORUM SEU ((CONFERENCE CATHOLIQUE CANADIENNE))

Qua benevolentia Canadensem Ditionem Apostolica Sedes usque prosequi consuevit, quaque sollecitudine spiritualia Christifidelium emolumenta promovere, libenti equidem animo Normas ad Episcoporum Conventum seu « Conférence Catholique Canadienne » recte moderandum, ab universae Ditionis Sacrorum Antistibus statutas , die 4 Iulii 1948 recognoscere et « ad quinquennium » adprobare decrevit.

Quo elapso temporis spatio, Emi ac Revnii PP. DD. Iacobus Carolus .S. R. E. Cardinalis McGuigan, Archiepiscopus Torontinus, et Paulus Aemilius S. R. E. Cardinalis Léger, Archiepiscopus Marianopolitanus, •ceterisque Exnii Ditionis Canadensis Archiepiscopi et Episcopi humiliter expostulaverunt ut Normas de praefati Conventus regimine, prout infra edicuntur, Apostolica Sedes iterum adprobare dignaretur.

Omissis

Porro Ssñius Dominus Noster Pius, Divina Providentia PP. XII, ratus ex unitis Pastoribus viribus uberiores pietatis ac religionis fructus in animarum commodum iugiter posse colligi, porrectis precibus benigne annuendum censuit.

Quapropter Idem Ssmus Dominus Noster, praehabito favorabili voto Excmi P. D. Ioannis Panico, Archiepiscopi titularis Iustinianensis et in Ditione Canadensi Delegati Apostolici, de consilio infrascripti Cardinalis Sacrae Congregationis Consistorialis Secretarii, Normas de Conventus Episcoporum in Ditione Canadensi regimine, quae supra referuntur, ad nutum Sanctae Sedis adprobare dignatus est.

Datum Romae, ex Aedibus S. C. Consistorialis, die 23 Ianuarii 1955.

£8 Fr. A. I. Card. Piazza, Ep. Sabinen, et Mandelen., *a Secretis*

Ii. i£g S.

Iosephus Ferretto, *Adsessor*

III

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Pius Divina Providentia Papa XII, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

die 7 Martii 1955 — Cathedrali Ecclesiae Duitamensi, noviter erectae, praefecit R. D. Iosephum Ioachim Flórez, parochum Sancti Vincentii in dioecesi Succursensi et Sancti Aegidi.

die 20 Aprilis — Titulari episcopali Ecclesiae Lauzadenae R. D. Vincentium Marchetti Zioni, canonicum Capituli metropolitam et rectorem seminarii centralis S. Pauli in Brasilia, quem deputavit Auxiliarem Emi ac Revmi P. D. Caroli Carmeli S. R. E. Cardinalis de Vasconcelos Mota, Archiepiscopi S. Pauli in Brasilia.

— Titulari episcopali Ecclesiae Attudensi R. P. D. Antonium Macedo, e Congregatione Sanctissimi Redemptoris, quem deputavit Auxiliarem Emi ac Revmi Caroli Carmeli S. R. E. Cardinalis de Vasconcelos Mota, Archiepiscopi S. Pauli in Brasilia.

— Titulari archiepiscopali Ecclesiae Phasianae Exc. P. D. Arcturum Mery Beckdorf, hactenus Episcopum Valdiviensem, quem constituit Coadiutorem etiam « Sedi datum » Exc. P. D. Alf ridi Silva Santiago, Archiepiscopi Ss. Conceptionis.

die 21 Aprilis — Titulari episcopali Ecclesiae Antiochenae ad Meandrum R. D. Vincentium Araujo Matos, ab archidioecesi Fortalexiensi, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Francisci de Assis Pires, Episcopi Cratensis.

die 2 Maii — Metropolitanae Ecclesiae Limanae Exc. P. D. Ioannem Eduardum Landázuri, hactenus Archiepiscopum titularem Rhoinensem.

die 5 Maii —. Cathedrali Ecclesiae Nelsonensi R. P. D. Thomam J. Me Carthy, Antistitem Urbanum, e dioecesi Londinensi.

die 9 Maii — Cathedrali Ecclesiae Uruguaianensi R. D. Aloisium Philippum de Nadal, cathedralis metropolitanae ecclesiae Portalegrensis in Brasilia canonicum et parochum.

die 11 Maii ••— Cathedrali Ecclesiae Tubaraoensi, noviter erectae,. Exc. P. D. Anselmum Pietrulla, hactenus Episcopum Campinae Grandis.

die 16 Maii — Metropolitanae Ecclesiae Bambergensi R. D. Iosephum

Schneider, professorem Theologiae Moralis in Academia eiusdem civitatis Bambergensis.

die 19 Maii — Coadiutorem cum iure successionis Exc. P. D. Ioannis Piccioni, Episcopi Liburnensis, Exc. P. D. Andream Pangrazio, Episcopum titularem Caesariensem in Thessalia.

die 20 Maii — Metropolitanae Ecclesiae Eborensi Exc. P. D. Emmanuelem Trindade Salgueiro, hactenus Archiepiscopum titularem Mitylenensem.

die 21 Maii .— Titulari archiepiscopali Ecclesiae Sardianae R. P. D. Iosephum Sensi, ex archidioecesi Consentina, Antistitem Urbanum, quem deputavit Nuntium Apostolicum in Republica Costaricensi.

die 28 Maii — Cathedrali Ecclesiae Matrisfontis Exc. P. D. Iacobum D. Scanlan, hactenus Episcopum Dunkeldensem.

die 2k Maii — Titulari episcopali Ecclesiae Zertensi R. D. Emmanuelem Dei Rosario, parochum in urbe Gubat in dioecesi Sorsogonensi, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Exc. P. D. Michaelis Acebedo y Flores, Episcopi Calbayogani.

— Titulari episcopali Ecclesiae Ubazensi R. P. Patritium Cronin, e Societate Sancti Columbani pro Missionibus apud Sinenses, quem constituit Praelatum nullius Praelaturae nullius Ozamisanae.

die 21 Maii —• Cathedrali Ecclesiae Dunkeldensi R. D. Gulielmum Hart, parochum D. N. J. C. Salvatoris, ex archidioecesi Glasguensi.

die SO Maii — Cathedrali Ecclesiae Maioricensi Exc. P. D. Iesum Enciso Viana, hactenus Episcopum Civitatensem.

die 2 Iulii — Cathedrali Ecclesiae Bellicensi R. P. D. Renatum Fourrey, Antistitem Urbanum, Vicarium Generalem archidioecesis Senonensis.

die 11 Iunii — Cathedrali Ecclesiae Civitatensi R. D. Iosephum Bascuñana Llopez, Vicarium Generalem dioecesis Oriolensis.

die llf Iunii — Titulari episcopali Ecclesiae Apollonidensi R. D. Iosephum a Iesu Pimiento, directorem consociationis Actionis Catholicae dioecesis Succursensis et Sancti Aegidii, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Aemilii Botero González, Episcopi Pastopolitani.

die 21 Iunii — Cathedrali Ecclesiae Zacatecensi R. D. Antonium López Aviña, parochum in pago vulgo Gómez Palacio, archidioecesis Durangensis.

die 23 Iunii — Titulari episcopali Ecclesiae Antiochenae parvae Revmum D. Iacobum Eugenium Ludovicum Ménager, Vicarium Gene-

ralem dioecesis Versaliensis, quem deputavit Auxiliarem Exc, P. D. Alexandri Renard, Episcopi Versaliensis.

die 24 Iunii —- Titulari archiepiscopali Ecclesiae Anazarbensi Exc. P. D. Iosephum Le Gouaze, hactenus Archiepiscopum Portus Principis.

die 28 Iunii — Titulari episcopali Ecclesiae Christopolitanae, Rev. D. Ottonerà Spülheck, e dioecesi Misnensi, archipresbyterum parochum Ssmae Trinitatis in Lipsia urbe, quem constituit Coadiutorem etiam Sedi datum Exc. P. D. Henrici Wienken, Episcopi Misnensi.

die S Iulii — Metropolitanae Ecclesiae Portus Principis R. D. Franciscum Poirier, e dioecesi Capitis Haitiani, rectorem seminarii maioris Sancti Iacobi.

yi

DESIGNATIO PRO TRIBUNALI SECUNDAE INSTANTIAE

Archiepiscopus Kansanopolitanus in Kansas designavit semel pro •semper pro appellationibus a suo Tribunali Ordinarium S. Ludovici; quam designationem Ssmus Dominus Noster per Rescriptum S. C. Consistorialis diei 8 Iunii 1955 adprobare dignatus est.

SACRA CONGREGATIO RITUUM

i

VALLEGUIDONEN.

BEATIFICATIONIS SEU DECLARATIONIS MARTYRII VENERABILIUM SERVORUM DEI IOANNIS BAPTISTAE TURPIN DU CORMIER EIUSQUE XII SOCIORUM SACERDOTUM SAECULARIUM; NECNON EIUS SOCII SACERDOTIS REGULARIS IOANNIS BAPTISTAE TRIQUERIE, O. F.M. CONV. ; MARIAE LHUILIER EIUSQUE TRIUM SOCIARUM ; IACOBI BURIN, PAROCHI.

SUPER DUBIO

An constet de martyrio eiusque causa et de signis et miraculis, in casu et ad effectum de quo agitur.

Plurimas inter victimas, quae teterrima anno 1794 saeviente in Gallia insectatione occubueruht, gloriosum obtinent locum quindecim Sacerdotes, pastoralibus officiis addicti, et quatuor mulieres, quarum tres

ludimagistrae munus et aegrotis medendis curas praestabant, alia vero Soror conversa, qui Valle Guidonis sanguinem capitis oMruncatione, ne impium ederent iuramentum, effuderunt.

Porro « *qui mihi ministrat,* dicit Dominus, *me sequatur, et ubi sum ego et minister meus erit* » (Io. 12, 26). Omnes Iii Christo ministrabant; vitam enim suam sacerdotes, sacro ministerio, mulieres, caritatis operibus, pro animorum salute impendebant. Christum itaque vel in passione ac morte secuti sunt. Digni itaque facti sunt, qui praemio ab Ipso promisso honestarentur in caelo, gloriam cum Eo assequendo, in terra quoque cultum ab hominibus in exemplum et solamen. *((Visi quidem sunt oculis insipientium mori, illi autem sunt in pace* » (Sap. 3, 2).

Quum autem Causa haec sit antiqua, nostra Historica Sectio, cui de iure officium hoc competit, documenta diligenter conquisivit et cribravit ; ex quibus evidenter constat omnes, de quibus modo est quaestio, vere martyres esse agnoscendos. Hi sunt : 1. Ioannes Baptista Turpin du Cormier; 2. Ioannes Maria Gallot; 3. Iosephus Pelle; 4. Renatus Ludovicus Ambroise; 5. Iulianus Franciscus Morin de la Girar diere; 6. Franciscus Duchesne ; 7. Ioannes Baptista Triquerie ; 8. Iacobus André; 9. Andreas Dulou; 10. Ludovicus Gastineau; 11. Franciscus Migoret ; 12. Iulianus Moulé ; 13. Augustinus Emmanuel Philippot ; 14. Petrus Thomas ; 15. Iacobus Burin ; 16. Francisca Mézière ; 17. Francisca Tréhet; 18. Ioanna Véron et 19. Maria Lhuilier (Soror Sancta Monica).

Omnes isti, viri et mulieres, excepto Iacobo Burin, in carcerem detrusi sunt et, eo quod iusiurandum a civili gubernio praescriptum praestare fortiter restiterunt, capite damnati et obtruncati ad Dominum evolarunt. Si qua dubitatio desumi potuisset ex anteacta fide nonnullorum, haec omnino refellitur sive confessione peractae abiurationis coram iudicibus, uti fecit Servus Dei Renatus Ludovicus Ambroise, sive mortis voluntaria acceptione et perpessione pro fide et disciplina ; quod eorum orthodoxiam saltem in fine plene ostendit. Iacobo vero Burin, quamvis proditorie occiso, martyrii tamen palma denegari nequit. Ipse enim tempore quo iusiurandum civilis Constitutionis Cleri a parochis .aliisque sacerdotibus expetebatur, iuramentum emisit quidem, verum talibus vallaverat condicionibus in favorem fidei disciplinaeque ecclesiasticae, ut hoc ad legislatorum mentem nullius redderetur momenti. Immo quatuor menses post publice coram christifidelibus in ecclesia Breve Pii Papae VI iuramentum Constitutionis civilis Cleri, tunc demum coiidemnans, perlegit ; quapropter parochiali beneficio fuit privatus atque in exsilium pulsus. Anno 1792 lata fuit lex deportationis contra eos e

Clero qui iuramentum hoc non praestitissent, quae poena in mortis damnationem post biennium fuit aucta. Famulus Dei, uti plures alii sacerdotes, inter quos recensendus est Sanctus Andreas Fournet, ne Christi fideles sacris privarentur, mutata veste nomineque reticito, hac illae vagantes, pluribus obnoxii periculis ac privationibus, praetulit ibidem manere. Conscius itaque erat se morte plectendum si in gubernantium incidisset manus, paratusque igitur ad imminens martyrium. Die 17 Octobris 1794 dolose, ut Poenitentiae Sacramentum ministraret, ad quandam domum accitus, illuc advolavit; verum admonitus locum in quo aderat a militibus mox invasum iri, fugae se dedit, calicem secumferens. Miles autem quidam sclopeti ictu eum interfecit; qui, inspecto calice, sacerdotem se occidisse gavisus est sclopetumque prae gaudio osculatus est.

Documentis historicis perpensis solidum iactum fuit fundamentum ut Causa haec, die 2 Martii 1952 introducta, ad ulteriora procedere posset. Inde coram Revino Cardinali Clemente Micara, eiusdem Causae Ponente, die 22 Iunii superioris anni, Antepraeparatoria Congregatio habita fuit; Praeparatoria vero die 25 Ianuarii anni huius, Generalis demum coram Ssmo D. N. Pio Papa XII hodierna die 3 Maii, in qua idem Revmus Cardinalis dubium posuit : *An constet de martyrio eiusque causa et de signis seu miraculis, in casu et ad effectum de quo agitur.* Revnii Cardinales ceterique unanimi suffragio de martyrio constare affirmarunt; ideoque dispensationem a signis pertractandis a Summo Pontifice postularunt.

Beatissimus Pater, Sacra iam litata Hostia, postulationi assentiens, Congregatione exacta, coram Cardinalibus Ponente et S. Rituum Congregationis Praefecto nec non R. P. Salvatore Natucci, Fidei Promotore Generali, meque a Secretis, edixit : *ita constare **de** martyrio et causa martyrii Ioannis Baptistae Turpin du Cormier et Sociorum, ut, concessa a signis seu miraculis omnique alia et necessaria dispensatione, procedi possit ad ulteriora.*

Hoc autem decretum promulgari et in acta S. Rituum Congregationis referri iussit.

Datum Romae, die 3 Maii, Anno Domini 1955.

C. Card. Cicognani, *Praefectus*

L. © S.

f A. Carinci, Archiep. Selene, *Secretarius*

II

LUGDUNEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VENERABILIS SERVI DEI MARCELLINI IOSEPHI BENEDICTI CHAMPAGNAT, SACERDOTIS, FUNDATORIS INSTITUTI PARVULORUM FRATRUM MARIAE.

SUPER DUBIO

An, stante approbatione virtutum et duorum miraculorum, Tuto *procedi possit ad praedicti Venerabilis sollemnem Beatificationem.*

Ille sane perfectus est magister, qui non solum est eruditus et mitis ut discipulos scientia imbuat, eorum animum attentum retinens amoremque sibi concilians, sed, et praecipue, sollicitus ut eos ad Deum dirigat, spirituale bonum intendens. Quoniam autem Deus « omnia nos habere voluit per Mariam », Venerabilis Marcellinus Iosephus Benedictus Champagnat, quem divina Providentia Instituti Magistrorum, quibus Parvulorum Fratrum Mariae nomen indidit, legiferum Patrem elegit, verbo et exemplo ferventissimam erga divinam Matrem in suorum Fratrum animos religionem inseruit, ut hi vicissim hanc in discipulos inserant et sic horum magisterium efficax ac perfectum evadat.

Verbo et exemplo diximus ; ipse enim adeo in Beatae Virginis amore refulsit, ut ab ea munifice fuerit repensatus, quoniam sub eius patrocinio et auxilio ad vitae sanctitatem pervenit, uti servato iuris ordine constat. Sanctitatis etenim fama post eius mortem erumpente, nec annorum decursu defervente, vix licuit, canonicae inquisitiones ordinaria auctoritate fuere peractae, atque Romam delatae, et causa apud Sacram hanc Congregationem, Leonis XIII fel. rec. auctoritate fuit introducta. Apostolicis processibus conditis, aliisque de iure servatis, die 11 Iulii anno 1920 virtutes a Benedicto Papa XV fel. rec, die vero 3 mensis huius duo miracula fuere a Pio Papa XII fel. regn. approbata.

Ut autem iuridice constet omnia a sacris canonibus pro Beatificatione praescripta ad unguem servata fuisse, necesse est ut integra Sacra haec Rituum Congregatio, omnibus actis perpensis, Summum Pontificem certiorem faciat Tuto procedi posse ad Beatificationem.

Favorabilem suffragium seu Revrñi Cardinales, seu Officiales Praelati cunctique Patres Consultores unanimiter die 18 mensis huius ediderunt. Quod votum cum gaudio Beatissimus Pater excipiens, ratum habuit et

hodierno die, Domini Ascensioni sacro, confirmavit, edicens : Tuto *procedi posse ad sollemnem Venerabilis Marcellini Iosephi Benedicti Champagnat Beatificationem.*

Hoc autem decretum rite promulgari, in acta S. Rituum Congregationis referri Apostolicasque Litteras sub Piscatoris anulo de sollemnibus Beatificationis in Patriarchali Vaticana Basilica quandocumque celebrandis Sanctitas Sua expediri mandavit.

Datum Romae, die 19 Maii, Anno Domini 1955.

C. Card. Cicognani, *Praefectus*

L. & S.

^

f A. Carinci, Archiep. Seleuc, *Secretarius*

III

VALLE GUIDONEN. -

BEATIFICATIONIS SEU DECLARATIONIS MARTYRII VENERABILIUM SERVORUM DEI IOANNIS BAPTISTAE TURPIN DU CORMIER EIUSQUE XII SOCIORUM SACERDOTUM SAECULARIUM ; NECNON EIUS SOCII SACERDOTIS REGULARIS IOANNIS BAPTISTAE TRIQUERIE O. F. M. CONV. ; MARIAE LHUILIER EIUSQUE TRIUM SOCIARUM; IACOBI BURIN, PAROCHI.

SUPER DUBIO •

An, stante approbatione martyrii et dispensatione ad tramitem canonis 2116 2 C. I. C. a miraculis seu signis, Tuto *procedi possit ad "sollemnem eorundem Venerabilium Servorum Dei Beatificationem.*

Vel a mundi initio, magis autem contra Christi ecclesiam, furens diaboli eiusque sectatorum malitia acerrimas insectationes permovet' neque ullo umquam tempore saeculorum decursu ab atrocibus suppliciis ipsaque morte inferendis abstinuit; quod divino asseveratum est oraculo : « Consurgunt reges terrae et principes conspirant simul adversum Dominum et adversum Christum eius» (Ps. 2, 2).

Millium martyrum milia interfecti sunt, sed sua morte de propriis carnificibus victoriam sunt consecuti, quia horum consilia delendae Ecclesiae incassum cesserunt; de ipsis vero martyribus perbelle canit ecclesia : « Quae vox quae poterit lingua retexere — quae tu martyribus munera praeparas, rubri nam fluido sanguine fulgidis — cingunt tempora laureis ».

Amor erga Deum, assequendi praemii fiducia, Spiritus Sancti gratia eos fortissimos reddit. Proinde pro Christo « furias atque minas truces calcarunt hominum saevaque verbera; caeduntur... more bidentium, non murmur resonat, non querimonia... corde impavido mens bene conscia conservat patientiam ».

Mirabile fortitudinis huius exemplum quindecim Sacerdotes quatuorque mulieres, anno 1794 Valleguidone in Gallia capite obtruncata nobis exhibent, quorum martyrium a Ssmo D. N. Pio Papa XII die 3 mensis huius fuit approbatum. Hi autem sunt : 1. Ioannes Baptista Turpin du Cormier; 2. Ioannes Maria Gallot; 3. Iosephus **Pelle;** 4. Renatus Ludovicus Ambroise ; 5. Iulianus Franciscus Morin de la Girardière; 6. Franciscus Duchesne; 7. Ioannes Baptista Triquerie; 8. Iacobus André; 9. Andreas Duliou; 10. Ludovicus Gastineau; 11. Franciscus Migoret; 12. lulianus Moulé; 13. Augustinus Emmanuel Philippot; 14. Petrus Thomas; 15. Iacobus Burin; 16. Francisca Mézière; 17. Francisca Tréhet; 18. Ioanna Véron et 19. Maria Lhuilier (Soror Sancta Monica).

Martyrio iuridice recognito, ut ad formalem sollemnemque Beatificationem progredi possit, a sacris canonibus requiritur ut Sacra haec Congregatio, iuridicis actis perpensis, Summo Pontifici suam mentem aperiens, Tuto procedi posse affirmet. Quod factum est. Rmi enim Cardinales huic Congregationi praepositi, Officiales Praelati Patresque Consultores unanimi concordique consensu, die 18 mensis huius favorabile hoc suffragium ediderunt. Quod Ssnius D. **N.** Pius Papa XII benigne excipiens, edixit : Tuto *procedi posse ad Venerabilium Ioannis Baptistae Turpin Du Cormier et Sociorum Martyrum sollemnem Beatificationem.*

Hoc autem decretum promulgari, in acta S. Rituum Congregationis referri Litterasque Apostolicas sub anulo Piscatoris de Beatificationis sollemnibus in Patriarchali Vaticana Basilica quandocumque celebrandis expediri mandavit.

Datum Romae, in festo Dominicae Ascensionis, die 19 Maii, Anno Domini 1955.

C. Card. Cicognani, *Praefectus*

L. © S.

f A. Carinci, Archiep. Seleuc, *Secretarius*

IV

OFFICIUM ET MISSA IN FESTO B. MAREE VIRGINIS REGINA

Die 31 Maji

BEATiE MARIAE VIRGINIS REGINAE

Duplex II classis

Omnia de Communi Festorum B. Mariœ Virginis, prceter ea quœ hic habentur propria.

IN I VESPERIS

Capitulum *Eccli. 2If, 5 et 7*

Ego ex ore Altissimi prodívi, primogénita ante omnem creatúram : ego in altissimis habitávi, et thronus mens in columna nubis.

Hymnus Ave, maris stella.

f. Salve, Regina misericordiae. *(T. P.* Alleluja.)

Ex qua natus est Christus, Rex noster. *(T. P.* Alleluja.)

Ad Magnif. Ant. Beata quae credidisti, * quae dicta sunt tibi a Domino; cum Christo regnas in aeternum. *(T. P.* Alleluja.)

Oratio

Concede nobis, quaesumus, Dómine : ut, qui solemnitatem beatae Mariae Virginis Reginae nostrae celebramus ; ejus muniti praesidio, pacem in praesenti et gloriam in futuro consequi mereámur. Per Dominum.

Completorium de Dominica.

AD MATUTINUM

Iuvit. Christum Regem, qui suam coronávit Matrem, * Venite, adoremus. *(T. P.* Alleluja.) Ps. 94 Venite, exsultémus.

Hymnus

Rerum supremo in vértice
Regina, Virgo, sisteris,
Exuberánter omnium
Ditata pulchritudine.

Princeps opus f ormósior
Yerbo creanti praénites,
Praedestináta Filium,
Qui protulit te, gignere.

Ut Christus alta ab arbore
Rex purpuratus sanguine,
Sic passionis particeps,
Tu Mater es viventium.

Tantis decora laudibus,
Ad nos ovantes réspice,
Tibique sume grátulans
Quod fundimus praeconium.

Jesu, tibi sit gloria,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre, et almo Spiritu,
In sempiterna saecula. Amen.

In I Nocturno

f. Salve, Regina misericordiae. *(T. P.* Alleluja.)
Rj. Ex qua natus est Christus, Rex noster. *{T. P.* Alleluja.)

De libro Ecclesiastici

Lectio I *Cap.* ***24>*** *5-11*

Ego ex ore Altissimi prodivi, primogénita ante omnem creatúram : ego feci in caelis ut oriretur lumen indeficiens et sicut nébula texi omnem terram. Ego in altissimis habitávi, et thronus meus in columna nubis. Gyrum caeli circuivi sola et profundum abyssi penetravi, in fluctibus maris ambulavi et in omni terra steti et in omni pópulo et in omni gente primatum habui et omnium excelléntium et humilium corda virtute calcavi et in his ómnibus réquiem quaesivi et in hereditate Domini moráborl

Rj. Beata es, Maria, quae credidísti Dómino : perfecta sunt in te quae dicta sunt tibi. * Ecce exaltáta es super choros Angelorum ad caelestia regna. *(T. P.* Alleluja.) **f.** Ave, María, gratia plena, Dominus tecum. Ecce.

Lectio II *Cap. %k,* ***U****-16*

Ab initio et ante saecula creata sum et usque ad futurum saeculum non désinam et in habitatione sancta coram ipso ministravi. Et sic in

Sion firmata sum et in civitate sanctificator similiter requiévi, et in Jerusalem potestas mea. Et radicavi in pópulo honorificáto, et in parte Dei mei hereditas illius, et in plenitudine sanctorum detentio mea.

Regalem dignitatem Virginis Mariae recolamus, * Quia cum Christo regnat in aeternum. *(T. P.* Alleluja.) **f.** Gloriam Reginae nostrae celebramus. Quia.

Lectio III *Cap. 2k, 21^-80*

Ego mater pulchrae dilectionis et timoris et agnitiónis et sanctae spei. In me gratia omnis viae et veritatis, in me omnis spes vitae et virtutis. Transite ad me, omnes qui concupiscitis me, et a generationibus meis implémini ; spiritus enim meus super mel dulcis, et hereditas mea super mel et f avum. Memoria mea in generationes saeculorum. Qui edunt me, adhuc esurient, et qui bibunt me, adhuc sitient; qui audit me non confundatur, et qui operantur in me, non peccábunt ; qui elucidant me, vitam aeternam habebunt.

Rj. Elegit eam Deus, et praelegit eam ; * Coronam gloriae posuit super caput ejus. *(T. P.* Alleluja.) **f.** Et in tabernaculo suo habitare fecit eam. Coronam gloriae. Gloria Patri. Coronam gloriae.

In II Nocturno

f. Stabat iuxta crucem Jesu Mater ejus. *{T. P.* Alleluja.)
In passióne socia, totius mundi Regina. *(T. P.* Alleluja.)

Sermo sancti Petri Canisii Presbyteri

De Maria Deipara Virgine incomparabili, lib. 15, c. IS

Lectio IV

Cur beatissimam Virginem Mariam Reginae nomine, Damascénum, Athanásium aliosque secuti, non compellémus, cujus et pater David rex inclitus, et filius Rex regum Dominiisque dominantium sine fine imperans, laudem in Scripturis praestantissimam tenent? Regina est insuper, si cum illis conferatur, quibus veluti régibus, caeleste regnum cum Christo, Rege summo, contigit, utpote illius coherédibus, et in eodem veluti throno, ut Scriptura loquitur, cum illo collocatis. Regina est etiam nulli electorum secunda, sed simul Angelis et hominibus tanto praelato dignius, quo nihil illa sublimius ac sanctius esse potest, quae sola cum Deo Patre Filium habet communem, et quae supra se Deum et Christum tantum, infra se vero reliqua videt omnia.

Rj. Suscipe verbum, Virgo Maria, quod tibi a Dómino transmissum est: * Ecce conci pies et páries Deum pariter et hominem. *(T. P.* Alleluja.) tf. Et Regina vocáberis super omnes gentes. Ecce.

Lectio V

Magnus Athanasius perspicue dixit : Mariam non modo Deiparam, sed etiam Reginam et Dominam proprie vereque censeri, quandoquidem Christus ex ipsa matre Virgine natus, Deus et Dominus idemque Rex maneat. De hac igitur Regina dictum illud Psalmógraphi interpretatur : Adstitit Regina a dextris tuis in vestitu deauráto. Non ergo solum caeli, sed et caelorum Regina recte dicitur Maria, utpote mater Regis Angelorum, Reglsque caelorum et amica et sponsa. A te vero, augustissima Regina, eademque fidissima Mater Maria, quam sine fructu pie nullus implorat, et cui mortales omnes beneficiorum memoria sempiterna devincti sunt, etiam atque etiam reverenter oro et obsecro, ut hoc qualecumque observantiae erga te meae testimonium ratum et gratum habere velis, utque oblati muneris exiguitatem studiósa offerentis voluntate metiri ac tuo praepotenti Filio comprobare digneris.

Rj. Ecce positus est hic in ruinam et resurrectionem multorum, * Et tuam ipsius animam pertransiit gladius. *(T. P.* Alleluja.) t- Ave, Christi Mater, passionis socia, totius mundi Regina. Et tuam.

Lectio VI

Ex Litteris Encyclicis Pii Papae duodècimi

Litt. Encycl. Ad caeli Reginam, *diei 11 Octobris 195k*

E christianae vetustátis monumentis, e liturgicis precibus, ex indito christiano pópulo religionis sensu, ex operibus arte confectis, undique collegimus voces quae asserunt Deiparam Virginem regali dignitate praestare ; rationes etiam quas sancta theologia ex divina' fidei thesauro deducéndo ástruit, eandem veritatem prorsus confirmare argiiimus. Tot ex allatis testimoniis quasi latissime résonans concentus efficitur qui extollit regii honoris praecelsum fastigium Dei hominumque Matris, cui cuncta creata subsunt, quae est : « Exaltáta super choros Angelorum ad caelestia regna. » Cum vero, maturo pondera toque consilio, persuasum Nobis habeamus magna oritura esse Ecclesiae emolumenta, si quasi in suo candelabro rutilántior lucèrna posita, illa solide probata veritas manifèstior ómnibus refúlgeat, Apostólica Nostra Potestate decernimus

et instituimus festum Mariae Reginae, quod toto terrarum orbe quotannis die tricésimo primo mensis Maji est celebrandum.

Rj. Signum magnum apparuit in caelo : * Mulier amieta sole, et luna sub pedibus ejus, et in capite ejus coróna stellárum duodecim. *(T. P.* Alleluja.) **f.** Cujus Filius regnat in aeternum. Mulier. Gloria Patri. Mulier.

In III Nocturno

f. Beatam me dicent omnes generationes. *(T. P.* Alleluja.)
tf. Quia fecit mihi magna qui potens est. *(T. P.* Alleluja.)

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam

Lectio VII *Cap. 1, 26-88*

In illo tempore : Missus est Angelus Gabriel a Deo in civitatem Galilaeae, cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, et nomen Virginis Maria. Et reliqua.

Homilia sancti Bonaventurae Episcopi

Sermo de regia dignitate B. Mariæ Virginis

Beata Maria Virgo, summi Regis mater est per generosam conceptionem, secundum quod dicitur in verbo sibi dicto ab Angelo : Ecce, inquit, concipies et páries filium ; et postea : Dabit ei Dominus sedem David patris ejus, et regnábit in domo Jacob in aeternum, et regni ejus non erit finis. Ac si apèrte dicat : Concipies et páries filium Regem, in regali solio aeternáliter residentem, ac per hoc tamquam Mater Regis regnábis, et ut Regina in regali sólio residébis. Si enim decet filium honorem matri dare, decet ut ei communicet thronum regalem ; unde Virgo Maria, quia concepit eum, qui habet in fèmore scriptum : Rex regum et Dominus dominantium, statim ex quo concepit Filium Dei, Regina fuit, non solum terrae, sed etiam caeli, quod designatum est in Apocalypsi ubi dicitur : Signum magnum apparuit in caelo : mulier amieta sole, et luna sub pedibus ejus, et in capite ejus coronai stellárum duodecim.

Rf. Ecce Virgo concipiet et pariet Filium, * Et vocabitur nomen ejus Admirabilis, Deus, Fortis. *(T. P.* Alleluja.) **f.** Super solium David et super regnum ejus sedébit in aeternum. Et vocabitur.

Lectio VIII

Maria Regina est praeclarissima quantum ad gloriam, quod bene designat Propheta in psalmo qui specialiter est de Christo et Virgine Maria, ubi primo dicitur de Christo : Sedes tua, Deus, in saeculum saeculi, et»

paulo post de Virgine : Adstitit regina a dextris tuis, hoc est in potioribus bonis, quod quidem dictum est quantum ad gloriam mentis. Sequitur : In vestitu deaurato, in quo exprimitur vestitus gloriosae immortalitátis, quem décuit habere Virginem in sua Assumptione. Absit enim ut vestimentum illud quo opértus est Christus, quod etiam fuit perfecte sanctificátum in terra per Verbum incarnatum, fiat cibus vérmium. Sicut décuit Christum dare gratiam Matri suae plenissimam in sua Conceptione, sic décuit tribuere plenissimam gloriam in ipsius Matris Assumptione. Et ideo tenendum est quod Virgo, gloriósa in ánima et corpore, sedeat juxta Filium.

Exaltáta es, sancta Dei Genitrix, * Super choros Angelorum ad caelestia regna. *(T. P.* Alleluja.) f. Intercéde pro nobis ad Dominum Jesum Christum. Super choros. Gloria Patri. Super choros.

Lectio IX

Maria Regina est et dispensátrix gratiae, quod designatum fuit in libro Esther, ubi dicitur : Parvus fons qui crevit in fluvium, et in lucem et solem conversus est. Virgo Maria sub figura Esther comparatur diffusióni fontis et luminis, propter diffusionem gratiae quantum ad duplicem usum, actionis licet et contemplationis. Gratia enim Dei, quae est medicativa generis humani, per ipsam ad nos descendit quasi per aquaeductum, quia ad ipsam Virginem pertinet dispensatio gratiae non per modum principii, sed per modum mèriti. Mérito igitur Virgo Maria est excellentissime Regina in comparationem ad plebem, cum impetrat veniam, superat pugnam, et distribuit gratiam, et consequenter perducit ad gloriam.

Te Deum laudamus.

AD LAUDES

Capitulum *Eccli. 2Jf, 5 et 7*

Ego ex ore Altissimi prodívi, primogénita ante omnem creatúram; ego in altissimis habitávi, et thronus meus in columna nubis.

Hymnus

O gloriósa virginum,
Sublimis inter sidera,
Qui te creavit, parvulum
Lacténte nutrís ubere.

Quod Heva tristis ábstulit,
Tu reddis almo germine :
Intrent ut astra flébiles,
Caeli reclúdis cardines.

Tu Regis alti jánua
Et aula lucis fúlgida :
Vitam datam per Virginem,
Gentes redempta[1], plaudite.

Jesu, tibi sit gloria,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre, et almo Spiritu,
In sempiterna saecula. Amen.

f. Maria Virgo caelos ascendit. *(T. P.* Alleluja.)

Rf. Cum Christo regnat in aeternum. *(T. P.* Alleluja.)

Ad Bened. Ant. Regina mundi dignissima, * Maria, Virgo perpétua^ intercéde pro nostra pace et salute, quae genuisti Christum Dominum,. Salvatorem omnium. *(T. P.* Alleluja.)

Oratio

Concede nobis, quaesumus, Domine : ut, qui solemnitatem beatae Mariae Virginis Reginae nostrae celebramus ; ejus muniti praesidio,, pacem in praesenti et gloriam in futuro consequi mereâmur. Per Dominum.

Et fit commemoratio S. Petronillas Virg. :

Ant. Simile est regnum caelorum homini negotia tòri quaerenti bonas margaritas : inventa una pretiosa, dedit omnia sua, et comparavit eam. *(T. P.* Alleluja.)

t. Diffusa est gratia in labiis tuis. *(T. P.* Alleluja.)

R> Propterea benedixit te Deus in aeternum. *(T. P.* Alleluja.)

Oratio

Exaudi nos, Deus salutaris noster : ut, sicut de beatae Petronillae Virginis tuae festivitate gaudemus; ita piae devotionis erudiámur affectu. Per Dominum.

AD HORAS

Ad Horas psalmi de feria currenti, reliqua de festo.

Ad Primam

In Responsorio brevi dicitur versus : Qui natus es.

Ad Absolutionem Capituli

- . *Lectio brevis*

Qui audit me, non confundatur, et qui operantur in me, non peccábunt : qui elucidant me, vitam aeternam habebunt. Tu autem.

Ad Tertiam

Capit. Ego ex ore Altissimi, *ut supra ad Laudes.*

Extra Tempus Paschale

Rj. *br.* Salve, * Regina misericordiae. Salve. **f.** Ex qua natus est Christus, Rex noster. Regina misericordiae. Gloria Patri. Salve.

f. Stabat iuxta crucem Jesu Mater ejus. **Rj.** In passióne socia, totius mundi Regina.

Tempore Paschali

rJ. *br.* Salve, Regina misericordiae, * Alleluja, alleluja. Salve. **f.** Ex qua natus est Christus, Rex noster. Alleluja, alleluja. Gloria Patri. Salve.

f. Stabat juxta crucem Jesu Mater ejus, alleluja. rJ. In passióne socia, totius mundi Regina, alleluja.

Ad Sextam

Capitulum *Eccli. 2k, 9-11*

In omni terra steti et in omni pópulo, et in omni gente primatum habui, et omnium excelléntium et humilium corda virtute calcavi.

Extra Tempus Paschale

Rf. *br.* Stabat juxta crucem Jesu * Mater ejus. Stabat, **f.** In passióne socia, totius mundi Regina. Mater ejus. Gloria Patri. Stabat.

f. Beatam me dicent omnes generationes. **Rj.** Quia fecit mihi magna qui potens est.

Tempore Paschali

RÍ. *br.* Stabat juxta crucem Jesu Mater ejus, * Alleluja, alleluja. Stabat, **f.** In passióne socia, totius mundi Regina. Alleluja, alleluja. Gloria Patri. Stabat.

f. Beatam me dicent omnes generationes, alleluja. **Rf.** Quia fecit mihi magna qui potens est, alleluja.

Ad Nonam

Capitulum *Eccli. 2^ 30-31*

Qui audit me, non confundétur, et qui operantur in me, non peccâbunt : qui elucidant me, vitam aeternam habebunt.

Extra Tempus Paschale .

%. br. Beatam me dicent * Omnes generationes. Beatam, **f.** Quia fecit mihi magna qui potens est. Omnes generationes. Gloria Patri. Beatam,

f. Maria Virgo caelos ascendit, Cum Christo regnat in aeternum.

Tempore Paschali

%. br. Beatam me dicent omnes generationes, * Alleluja, alleluja. Beatam, **f.** Quia fecit mihi magna qui potens est. Alleluja, alleluja. Gloria Patri. Beatam.

t. Maria Virgo caelos ascendit, alleluja. Rj. Cum Christo regnat in aeternum, alleluja.

IN II VESPERIS

Capitulum et Hymnus ut in I Vesperis.

f. Maria Virgo caelos ascendit. *(T. P.* Alleluja.)

r/. Cum Christo regnat in aeternum. *(T. P.* Alleluja.)

Ad Magnif. Ant. Beata Mater, * et intacta Virgo Maria, gloriósa Regina mundi, intercéde pro nobis ad Dominum. *(T, P.* Alleluja.)

Completorium de Dominica.

AD MISSAM

Introitus. Gaudeamus omnes in Dómino, diem festum celebrantes sub honore beatae Mariae Virginis Reginae : de cujus solemnitate gaudent Angeli, et colláudant Filium Dei. *(T. P.* Alleluja, alleluja.)

Ps. kh)% Effundit cor meum verbum bonum : dico ego carmen meum Regi.

f. Gloria Patri.

Oratio

Concede nobis, quaesumus, Dómine : ut, qui solemnitatem beatae Mariae Virginis Reginae nostrae celebramus ; ejus muniti praesidio, pacem in praesenti et gloriam in futuro consequi'mereámur. Per Dominum.

Et, in Missis privatis tantum, fit commemoratio B. Petronillas Virg.

Oratio

Exaudi nos, Deus salutaris noster: ut, sicut de beatae Petronillae Virginis tuae festivitate gaudemus ; ita piae devotionis erudiámur affectu. Per Dominum.

... Lectio libri Sapientiae

Eccli. 2k, 5 et 7, 9-11, 80-81

Ego ex ore Altissimi prodívi, primogénita ante omnem creatúram; ego in altissimis habitávi, et thronus meus in columna nubis. In omni terra steti et in omni pópulo, et in omni gente primatum habui, et omnium excelléntium et humilium corda virtute calcavi. Qui audit me, non confundétur, et qui operantur in me, non peccábunt ; qui elucidant me, vitam aeternam habebunt.

Alleluja, alleluja, f. Beata es, Virgo Maria, quae sub cruce Domini sustinuisti, alleluja, f. Nunc cum eo regnas in aeternum. Alleluja.

Extra Tempus Paschale dicitur :

Graduale. Apoc. 19, 16. Ipse habet in vestiménto et in fèmore suo scriptum : Rex regum, et Dominus dominantium, t. *Ps. kk> 10.* Regina adstat ad dexteram ejus, ornata auro ex Ophir.

Alleluja, alleluja, f. Salve, Regina misericordiae, tu nos ab hoste protege, et mortis hora suscipe. Alleluja.

Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam

Luc. 1, 26-33

In illo tempore : Missus est Angelus Gabriel a Deo in civitatem Galilaeae, cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, et nomen Virginis Maria. Et ingressus Angelus ad eam, dixit : Ave, gratia plena : Dominus tecum : benedicta tu in mulieribus. Quae cum audisset, turbata est in sermóne ejus : et cogitábat, qualis esset ista salutatio. Et ait Angelus ei : Ne tí meas, Maria, in venisti enim gratiam apud Deum : ecce concipies in útero, et páries filium, et vocábis nomen ejus Jesum. Hic erit magnus, et Filius Altissimi vocabitur, et dabit illi Dominus Deus sedem David patris ejus : et regnábit in domo Jacob in aeternum, et regni ejus non erit finis.

Credo.

Offertorium. Regali ex progénie Maria exorta refulget ; cujus precibus nos adiuvari, mente et spiritu devotissime poscimus. *(T. P.* Alleluja.)

Secreta

Accipe, quaesumus, Dómine, munera laetántis Ecclesiae, et beatae Virginis Mariae Reginae suffragantibus meritis, ad nostrae salutis auxilium provenire concede. Per Dominum.

Pro S. Petronilla

Secreta

Accepta tibi sit, Dómine, sacrátae plebis oblatio pro tuorum honore Sanctorum : quorum se meritis de tribulatione percepisse cognoscit auxilium. Per Dominum.

Praefatio de B. Maria Y ir g. Et te in festivitate.

Communio. Eegina mundi dignissimi, Maria Virgo perpétua, intercéde pro nostra pace et salute, quae genuisti Christum Dominum, Salvatorem, omnium. *(T. P.* Alleluja.)

Postcommunio

Celebratis solemniis, Dómine, quae pro sanctae Mariae, Eeginae nostrae, festivitate peregimus : ejus, quaesumus, nobis intercessióne fiant salutaria ; in cujus honore sunt exsultánter impleta. Per Dominum.

Pro S. Petronilla

Postcommunio

Satiásti, Dómine, familiam tuam muneribus sacris : ejus, quaesumus, semper interventione nos réfove, cujus solemnia celebramus. Per Dominum.

In Martyrologio Romano

Die SI Maii, primo loco

Festum Beatae Mariae Virginis Reginae

DECRETUM

Instituto per Litteras Encyclicas « Ad caeli Reginam » a Summo Pontifice Pio Papa XII festo Mariae Reginae, aequum erat eiusmodi ditare officio et Missa propria, quo regalis Mariae dignitas liturgicum etiam suum haberet splendorem. Quapropter Sacra Rituum Congregatio, de mandato Sanctissimi Domini Nostri, suprascriptum officium cum Missa et Elogium pro Martyrologio Romano, approbavit, illudque in festo B. Mariae Virginis Reginae, celebrando die 31 Maii, sub ritu duplici secundae classis, ab universa Ecclesia adhibendum iussit ; reposito festo S. Angelae Mericiae die primo Iunii. Servatis de cetero rubricis. Contrariis non obstantibus quibuslibet. Die 31 Maii 1955.

C. Card. Cicognani, *Praefectus*

L. © S.

f A. Carinci, Archiep. Seleuc, *Secretarius*

An. et vol. XXXXVII 27 Iulii 1955 (Ser. II, v. XXII) - N. 10

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP, XII

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

BANDIERMASINENSIS
(DE SAMARINDA)

AB APOSTOLICO VICARIATU BANDIERMASINENSI QUAEDAM TERRITORIA DETRAHUNTUR, QUIBUS NOVUS QUIDAM VICARIATUS CONSTITUITUR, DE SAMARINDA APPELLANDUS.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quod Christus, rerum futurarum providus, mirabili illa de grano sinapis enarratione adumbravit (Matth. 13, 31 seq.), apertisque verbis praedixit (Io. 10, 16), fore videlicet ut omnes populi per hominum aetates, christianae fidei splendore illuminati, ad ipsum luminis fontem ac supernae veritatis cathedram, quae est Ecclesia, essent venturi, id in Ecclesiae sanctae progressu et incremento fit verum, ad quam in dies gentes accurrunt, divinae gratiae salutem petiturae. Quod cum ut alibi ita etiam in insula « Borneo » feliciter accidat, censuit amplissimus S. R. E. Cardinalium coetus, S. Congregationi Fidei Propagandae praepositus, sive venerabili Fratre audito Georgio de Jonghe d'Ardoye, Archiepiscopo titulo Misthiensj eodemque in Indonesia Apostolico Internuntio, sive Ordinario cuius interest, optime fieri, si in iis oris novus Vicariatus Apostolicus conderetur, catholicae religionis intendendae

et augendae gratia. Quam venerabilium Fratrum Nostrorum sententiam omnino probantes, post rem diu consideratam eorumque consensum suppletum qui in hoc negotio aliquid iuris habeant, de apostolica Nostra potestate, quam a Christo accepimus, haec quae sequuntur statuimus et decernimus. A Vicariatu Apostolico Bandiermasinensi eam regionem separamus quae civili territorio vulgo « Residency of East Kalimantan » comprehenditur, excepta tamen parte eiusdem regionis, cui nomen apud populum « Kewedanaan Kutai Selatan », exque ea novum Vicariatum Apostolicum erigimus, qui de *Samarinda* dicetur, cum omnibus iuribus, honoribus, oneribus et obligationibus quae sunt propria omnium ecclesiasticarum circumscriptionum eiusdem dignitatis. Quae iura et onera, ut par est, ad Vicarium ipsum spectabunt, cui nova Ecclesia credetur, sive primus sit, sive quilibet de Vicariorum serie. Hunc Vicariatum dilectis filiis credimus Sodalibus a S. Familia, ea spe ut quam « Borneo » insulae terram sua strenuitate suoque labore Christo et Ecclesiae florentem fecerunt, eandem non modo multiplicata virtute in fidei solident firmitate, sed etiam Iesu Christi amore acti, eos qui adhuc extra christianum ovile commorantur, infinita dilectione quaerant, vocent, ad Ecclesiam trahant. Quae his Litteris praescripsimus, haec venerabilis Frater exsequenda curabit Georgius de Jonghe d'Ardoye, cuius meminimus ; cui omnes potestates concedimus ad negotium peragendum, cuilibet viro delegandas, si opus fuerit, in ecclesiastica dignitate constituto. Qui venerabilis Frater, praeterea, documenta exarari faciet, eaque sinceris exemplis ad S. Congregationem Christiano Nomini Propagando quam cito transmittet. Si vero quo tempore res erit ad exitum deducenda alius Internuntiaturae Apostolicae in Indonesia praeerit, hic omnia Nostra mandata persequetur. Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat ; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae

Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detreetaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die uno et vicesimo mensis Februarii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo quinto, Pontificatus Nostri sexto decimo.

CELSUS Card. COSTANTINI
8. R. E. Cancellarius

PETRUS Card. FUMASONI BIONDI
8. Congr. de Propaganda Fide Praefectus

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*
Caesar Federici, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. LXXXX, n. 27.

Il

DE FINLANDIA
(HELSINKIENSIS)

APOSTOLICUS VICARIATUS DE FINLANDIA AD GRADUM DIOECESIS EVEHITUR, ((HELSINKIENSIS)) APPELLANDAE, QUAE DIRECTO APOSTOLICAE SEDI SUBICITUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Evangelii paginae atque ceterarum Scripturarum testimonia id luculentissime ostendunt venisse Christum in terras, ut homines, semper ad ea quae sunt huius incertae vitae proni ac intenti, quaererent ante omnia regnum Dei et iustitiam eius (Matth. VI, 33) ac per fidei firmitatem et sinceram in Deum et homines caritatem ad caelos iter facere possent. Quod et Nos, Christum imitantes, universi gregis eius cura suscepta, vehementer cupimus et expetimus. Cum ergo in Vicariatu Apostolico de Finlandia sacerdotum labor, opitulante Dei gratia, magnos eosque laetos fructus in christiana veritate diffundenda ediderit ; cumque provideatur fidem catholicam haud minora in eadem regione incrementa esse capturam, si idem Vicariatus in dioecesis formam redigatur; Nos

huiusmodi **S.** Congregationis Fidei Propagandae consilium probantes, post rem magna consideratione reputatam, eorum consensum supplentes qui in hoc negotio ius aliquod habeant vel arbitrentur se habere, de Nostra summa et apostolica potestate haec decernimus et iubemus. Apostolicum Vicariatum, cui appellatio est de Finlandia, ad dioecesis dignitatem evehimus, cui ab illustri Helsinki urbe, quae est princeps eius regionis, *Helsinkiensi* cognomen indimus, omnibus iuribus et honoribus tributis quae ceteris Ecclesiis concedi solent ad hoc deeoris evectis; eius vero Praesulibus non modo iura et potestates dari volumus quae ad ceteros per orbem Episcopos iure pertinent, sed etiam onera et obligationes imponi. Helsinkiensis dioecesis erit Nobis et huic Apostolicae Sedi directo subiecta atque iurisdictioni S. Consilii Fidei Propagandae rite obnoxia. Cuius praeterea dioecesis Episcopus domicilium in urbe Helsinki habebit ; cathedram vero populo docendo collocabit in templo S. Henrici martyris, quo ad hodiernum diem tamquam pro cathedrali Vicarius utebatur. Curabit idem sacer Pastor ut in sua dioecesi seminarium extruatur, recipiendis et educandis pueris, quos suavis Christi gratia ad sacerdotium invitaverit; itidem ut Canonicorum Collegium in cathedrali templo condatur, quorum maiestate sacrorum rituum splendor augescat, quorumque sincero consilio Episcopi opus iuvetur. Attamen usquedum hic sacerdotum coetus constituatur, concedimus ut, pro Canonicis Consultores dioecesani interim deligantur. Episcopalis mensa, quam vocant, iis bonis et pecuniis componetur, quae vel Curiae novae dioecesis obvenient, vel a populo christiano sponte dabuntur, vel denique a S. Congregatione Fidei Propagandae mitti solent. Iura et obligationes cleri et populi ea erunt quae Codice Iuris Canonici continentur ; idem dicendum de electione Vicarii Capitularis, Sede vacante, de regimine, administratione, cura dioecesis, aliisque huiusmodi. Quae denique his Litteris praescripsimus efficienda curabit venerabilis Frater Villelmus Cobben, adhuc Vicarius Apostolicus de Finlandia et Episcopus titulo Amathusius in Palaestina Prima, quem hodie aliis Litteris cathedrali Sedi Helsinkiensi praeficimus ; cui omnes potestates agendae rei concedimus, cuilibet viro, si opus fuerit, subdelegandas, dummodo in ecclesiastica dignitate constituto. Qui praeterea venerabilis Frater, re-perfecta, documenta exarari iubebit, quorum exempla, sincere scripta, ad S. Congregationem Fidei Propagandae cito mittet. Quod si casu eveniat ut, quo tempore sint haec decreta ad rem adducenda, alius Apostolico Vicariatui de Finlandia praesit, eidem negotii perficiendi onus iniungimus et ad id tribuimus facultates. Has

vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat ; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die vicesimo quinto mensis Februarii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo quinto, Pontificatus Nostri sexto decimo.

CELSUS Card. COSTANTINI
8. *R. E. Cancellarius*

PETRUS Card. FUMASONI BIONDI
8. *Congr. de Propaganda Fide Praefectus*

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

. f Alfonsus Carinci, Archiep. tit. Seleuc, *Decanus Proton. Apost* ¡
Albertus Serafini, *Proton. Apost.*

Loco £8 **Plumbi**

In *Cane. Ap. tab., vol. LXXXX, n. 38.*

III

DE KAGOSHIMA
(KAGOSHIMAENSIS)

APOSTOLICA PRAEFECTURA DE KAGOSHIMA AD GRADUM DIOECESIS EVEHITUR

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Qua sollicitudine divus Paulus conditas christianorum familias fovebat perpetuoque amore curabat, eadem et Nos, qui onus habemus universi hominum gregis custodiendi, ad singulas Ecclesias respicimus, eo semper consilio ut quae iis prodesse intellexerimus, eadem et agamus. Qua de re, cum Praefectura Apostolica de Kagoshima, in Iaponia, studioso cleri saecularis, qui dicitur, labore haud minima christianae fidei susceperit incrementa, simulque prospiciatur fore ut haud minores progressus sit factura, si eius territorium, in formam dioecesis redactum, excellenti alicuius Episcopi dignitati credatur; libenti Nos animo consilia S. Congregationis Fidei Propagandae probantes, cui, audito venerabili Fratre Maximiliano de Furstenberg, Archiepiscopo titulo Palteno et in Iaponia Apostolico Internuntio, id visum fuerit, tali sententiae accedendum esse arbitramur. Unde post rem diu consideratam, consensumque suppletum eorum quos hoc negotium quoquo modo contingat, de Nostra summa et apostolica potestate haec quae sequuntur statuimus et decernimus. Apostolicam Praefecturam de Kagoshima, quae est in Iaponia, ad gradum dioecesis evehimus, *Kagoshimaensem* cognominandam, eamque sacerdotibus indigenis regendam tradimus, qui intrepidi ac strenui ad animorum salutem hucusque decertaverunt, quibusque idcirco meritae laudis testimonium dandum esse censemus. Cuius dioecesis territorium non modo complectetur totam Praefecturae regionem, a qua originem ducit, sed etiam complures insulas quae vulgari lingua Amami-Oshima appellantur, quas per has Litteras a iurisdictione Administratoris Apostolici insularum populari sermone Ryukyu vocatarum eximimus. Nova Kagoshimaensis dioecesis eiusque Praesules omnibus iuribus, honoribus cumulabuntur quae sive ceteris dioecesibus, sive Episcopis largiri solent ; hos tamen iisdem quoque oneribus

et obligationibus teneri par est, quibus omnes hac dignitate exornati viri per orbem. Cum vero oporteat unamquamque Sedem episcopalem alicui Metropoli esse suffraganeam, hanc, quam condidimus, Tokiensi Ecclesiae subici volumus; cuius item Archiepiscopo Metropolitae Episcopum Kagoshimaensem esse obnoxium, sive primus sit, sive quilibet de serie. Qui sacrorum Antistes sedem et domicilium in urbe Kagoshima habebit, cathedram vero in principe civitatis templo. Ut autem coetum habeat Episcopus sacerdotum qui prompto animo dataque opera sibi assistant in gravioribus negotiis decernendis et explendis, Canonicorum Collegium condat; quod si rerum difficultate impediatur, Consultores dioecesanos ad iuris normam eligat, quibus utatur, Curet praeterea idem venerabilis Praesul ut in suo territorio seminarium saltem elementarium exstruatur : quoadusque tamen id fiat, qui pueri Spiritus Sancti instinctu sacerdotii adipiscendi voluntatem ostenderint, eos in seminarium minus de Fukuoka educandos mittat. Mensam episcopalem, quae dicitur, ea bona constituent quae sive Praefecturae Apostolicae de Kagoshima erant, sive Curiae obvenient, sive fideles christiani dabunt, sublevandis Ecclesiae necessitatibus, sive denique S. Congregatio Fidei Propagandae mittere solet. Quae vel ad Vicarii Capitularis electionem pertinent, Sede vacante, vel ad regimen et administrationem dioecesis, vel ad cleri et populi iura et onera, haec omnia Iure Canonico regantur. Quae his Litteris mandavimus exsequenda curabit venerabilis Frater Maximilianus de Furstenberg, quem memoravimus, cui omnes potestates agendae rei facimus ; has vero poterit cuivis viro subdelegare, dummodo sit hic in ecclesiastica dignitate constitutus. Cum vero negotium peractum fuerit, curabit idem venerabilis Frater ut actae rei documenta exarentur eorumque exemplum ad S. Congregationem de Propaganda Fide quam primum mittatur. Quod si acciderit ut eo tempore quo haec decreta ad exitum deducentur alius eidem Internuntiaturae in Iaponia praesit, huic eadem mandata damus easdemque potestates facimus. Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive

manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverif vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die vicesimo quinto mensis Februarii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo quinto, Pontificatus Nostri sexto decimo.

OELSUS Card. COSTANTINI
S. R. E. Cancellarius

PETRUS Card. FUMASONI BIONDI
S. Congr. de Propaganda Fide Praefectus

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam, Regens

Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*
Caesar Federici, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

In Ap. Canc. tab., vol. LXXXX, n. 25.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

BEATA MARIA V. ((A REMEDIO)) TOTIUS ARCHIDIOECESIS ARBORENSIS PATRONA AEQUE PRINCIPALIS CUM S. ARCHELAO MARTYRE INSTITUITUR.

PIUS PP. XII

, Ad perpetuam rei memoriam. — Ex quo Beatissima Virgo Maria, a remedio vulgo appellata et Arboreae pie exculta, aurea fuit corona redimita, pietas erga eandem hanc Dei. hominumque Matrem altius usque in Christifidelium animis insedit, adeo ut non solum e Sardinia insula sed e continente etiam terra supplices ad Eam, quasi in perfugium salutis, se conferant. Hoc praeterea Anno Mariano vertente omnes Arborensis Archidioecesis curiae, piae peregrinationis more, ad Deiparae Templum ex ordine accedunt, qua e pietatis exercitatione fructus percipi solent amplissimi. Quo autem tam laudatus cultus maiora etiam sumeret incrementa, Venerabilis Frater Sebastianus Fragni, Archiepi-

scopus Arborensis, vota quoque depromens Cleri, Sodalium ab Actione Catholica, Moderatorum civilium, Nos rogavit ut Beatam Mariam Virginem a remedio suae Archidioecesis Compatronam renuntiaremus. Quibus precibus libenter admissis, Nos ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra, deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Beatam Mariam Virginem, a remedio nuncupatam, totius Arborensis Archidioecesis *Patronam* aeque principalem cum Santo Archelao Martyre, constituimus declaramus, omnibus additis honoribus ac privilegiis liturgicis, quae principalibus dioecesium Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum, plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Bomae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXXI mensis Maii, anno MDCCCCLIV, Pontificatus Nostri sexto decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO BRUGNOLA
a Brevibus Apostolicis

II

BASILICAE MINORIS HONORIBUS PRIVILEGIISQUE DECORATUR TEMPLUM DEO IN HONOREM S. TERESIAE AB INFANTE IESU LEXOVII DICATUM.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Dulcissimae virginis, Deo devotae, honori, Sanctam dicimus Teresiam ab Infante Iesu, praeclarum Lexovii exstructum est Templum, ubi sacrum eius corpus exculto contegitur sepulcro. Quod opus, anno millesimo nongentesimo duodetricesimo, Pio PP. XI, Decessore Nostro, rec. nem., bene precante, inceptum, octo annis post ad finem paene fuit perductum et a Nobismet Ipsis, eiusdem Pontificis Legati munere functis, rite lustratum. Commendatur vero Templum,

cui tholus est impositus, amplitudine atque ornamentorum summa varietate; iamvero satis est memorare Aedis partes interiores omnes opere musivo esse obductas. Ita sane, quae parvula esse voluit atque obscura Christi alumna, ea insigni et magnifico est honestata monumento. Neque praetermittendum ex omnibus fere orbis terrarum partibus Christifideles, imprimis tenues minusque fortunatos, stipem contulisse ad egregium hoc opus exigendum. Piorum vero agmina saepe eo accedunt ut Sanctam Teresiam suis venerentur obsequiis atque supernis muneribus, quae illa quasi rosarum pluviam pollicita erat, potiantur. Hoc vero pietatis studium a sacrorum alitur administris, qui in eiusdem Templi officiis impigri versantur. Cum autem proximo mense haec Aedes Sanctae Teresiae dicata sollemni ritu consecretur, Venerabilis Frater Franciscus Maria Picaud, Episcopus Baiocensiss et Lexoviensis, perpensis quoque Templi singulari momento, cultu, magnificentia, Nos rogavit ut hoc Basilicae Minoris nomine ac iure donaremus. Quibus precibus libenter auditis, Nos, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Templum Deo in honorem Sanctae Teresiae ab Infante Iesu Lexovii dicatum, ad honorem ac dignitatem *Basilicae Minoris* evehimus, omnibus adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis, quae Ecclesiis hoc nomine insignibus rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant, seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

t Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die IV mensis Iunii, anno MDCCCLIV, Pontificatus Nostri sexto decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

Gildo Brtjgnola
a Brevibus Apostolicis

EPISTULA

AD EXCMUM P. D. MARCELLINUM OLAECHEA LOIZAGA, ARCHIEPISCOPUM VALENTINUM, QUINTO EXEUNTE SAECULO A CANONIZATIONE S. VINCENTII FERRERII.

PIUS PP. XII

Venerabilis Frater, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Cum quintum saeculum proxime exeat ex quo S. Vincentius Ferrerius, Catholicae Hispaniae totiusque Ecclesiae gloria, in sanctorum caelitum album adlectus est, putamus fore non modo decorum, sed perutile etiam ac salutare si eius memoria eiusque praeclara gesta in pleniore sua luce ponantur, ac publicis habitis celebrationibus, eius cultus impensius refoveatur. Quamobrem non sine animi solacio didicimus istic praesertim in honoris tui sede, unde ortum habuit, ob hanc rem apparari sollemnia, quae non solum tibi creditus grex, non solum Dominiciani sodales, quibus causa potissimum gloriae vertitur, sed non pauci etiam ex aliis Hispaniae regionibus — sacrorum Antistitibus praeeuntibus ac publicis quoque patriae vestrae Magistratibus — libenter participabunt.

Tempora, quibus S. Vincentius Ferrerius vixit, Ecclesiae procul dubio tristissima fuere ; inconsutilis eius vestis diro schismate proscindi videbatur ; atque adeo rerum eventuumque incertitudine catholica fides multorum lababat in animis, ac privati publicique mores in deterius vertebatur. Ob effrenam atque invidam terrenarum rerum cupidinem in Hspania in ceterisque Europae nationibus populi turbidis quatiebantur motibus, eorumque Principes sibi invicem belli conflagrationem comminabantur. Ad hoc innumerae gravissimaeque pestilentiae, formidolosi terrae motus, ac publicae annonae caritas et fames adiungebantur.

Numquam tamen Divinus Redemptor, quod sacra eloquia testantur,[1] castissimum suam sponsam deserit; numquam ei, necessario praesertim tempore, opportuna denegat auxilia. Quin imo, cum periculosior sunt rerum adiuncta, cum tempestates et procellae mysticam Beati Petri navem submergere enituntur, tum per legatos suos Christus adest, atque impavidus videtur tumescentium fluctuum volumina iterum suis pedibus premere, suaque voce ventis imperare; quamobren, eo iubente, facta est tranquillitas magna.[2]

[1] Cfr. MATTH. 18, 20.

[2] Cfr. MATTH. 8, 26; MARC. 4, 39; Luc. 8, 24.

Hisce in Christi legatis, qui saeculo exeunte xiv et ineunte xv, populos ac Principes ad veritatem, ad frugem bonam, ad concordiam unitatemque admonitrice voce sua revocarunt, S. Vincentius Ferrerius annumeratur peculiaremque locum obtinet. Eius autem apostolatus vis, eiusque in publicis etiam negotiis felices successus haud facile intellegi queunt, nisi eius excelsa sanctimonia intento perpendatur animo. Qua quidem sanctitate qui pollet, non suis viribus nititur, non sua infirmitate praepeditur, sed cum totum se divinae voluntati divinaeque potentiae penitus committat, illam Pauli Apostoli sententiam sibi tribuere potest : «Omnia possum in eo qui me confortât».[3] Universa autem **S.** Vincentii vivendi agendique ratio, atque illa etiam praeclara gesta, quae in totius Ecclesiae Hispanorumque Nationis historiam illorum temporum tantam vim feliciter contulerunt, ex aureo libello erui videtur, quem ipse « De Vita Spirituali » scripsit.[4] Quapropter opportunum putamus aliquid de sanctissimis hisce praeceptis, quae Evangelium redolent, breviter attingere. « Quicumque igitur ita ipse prooemiatur — voluerit proximorum animabus utilis esse, eosque verbis edificare, primo studeat in se ipso habere quidquid alios est docturus ; alioquin parum proficiet. Nam verbum eius erit inefficax, nisi prius homines in eo comperiant esse quod docet, et longe maiora » .[5] Ac quemadmodum ipsimet ea valde utilia fuerunt, quae deinde scribit de contemptu omnium terrenarum rerum,[6] de puritate et munditia animi, de propria voluntate divinae voluntati penitus conformanda/ de sui ipsius amore christianae humilitatis studio compescendo, refrenando, moderandoque,[8] atque de arctissima animi coniunctione cum Deo semper habenda;[9] ita pariter qui etiam hodie haec intento legant animo, ex hisce profecto sententiis haud paulum poterunt spiritualis haurire utilitatis.

Nec minus, sacerdotibus praesertim ac religiosis sodalibus, opportunum erit ea iterum atque iterum meditari, quae de viis agunt rationibusque, quibus ad christianam vivendi perfectionem perveniatur,[10] ac peculiari modo de laboribus apostolicis ac de litterarum disciplinarum-

[3] *PMl.* 4, 13.

[4] P. Fages, O. P., *Œuvres de Saint Vincent Ferner,* I. Paris, 1909.

[5] Ibid., prooem.

[6] Ibid. c. I.

[7] Ibid. c. III.

[8] Ibid. c. IV.

[9] Ibid. c. V.

[10] Ibid. c. VI-VIII.

que studio semper cum oratione ad Deum admota coniungendis.[11] Quod quidem normis sapientissimis a Legifero Patre Dominico datis optime respondet, suis sodalibus haec praecipiente : « In studio taliter sint intenti ut de die, de nocte, in domo, in itinere, legant aliquid vel meditentur ; et quidquid poterunt retinere cordetenus nitantur ».[12] Id vero, de quo in postrema utilissimi huius libri parte agit, de duobus nempe spiritualis vitae principiis, hoc est de aversione a nobismet ipsis et de omnigena et plena conversione nostri ad Christum[13] ad summam profecto pertinet assequendam sanctitatem.

Nihil igitur mirum si Vincentius Ferrerius hisce praeceptis, meditando, precando, agendoque, diligenter semper obtemperans, ad celsissimum pervenit christianae asceseos verticem, hoc est ad evangelicae perfectionis apicem. Veruntamen postquam animum caelestibus muneribus ornavit suum, non in hac acquievit, non se metam attigisse censuit, sed magis magisque exardescere atque excitari visus est ad ceterorum sanctitudinem procurandam. Optime siquidem noverat divi Thomae Aquinatis sententiam : « Maius est illuminare, quam lucere solum... ; maius est contemplata aliis tradere quam solum contemplari ».[14] Quapropter hisce praeceptis conformatus et apostolatus studio incensus, nihil antiquius habuit, quam ut pacem animis a christiana veritate vivendique ratione aberrantibus, pacem Ecclesiae infelici schismate dilaceratae, pacem denique ac concordiam Hispaniae populis eorumque Principibus indefatigabili alacritate omnique nisu conciliar et. Evangelicae doctrinae praeco non modo patriae suae, sed Galliae etiam, sed Helvetiae, sed Italiae, sed Flandriae urbes, oppida, pagos, quasi angelus a caelo missus, non labores, non difficillima itinera recusans, peragravit. Ubicumque autem hic Evangelii operarius, sanctitatis fulgore resplendens, sacrae eloquentiae potens, ac multis etiam rerum miraculis praeclarus, Deo donante patratis, vocem extollebat suam, ingentes multitudines, quasi superna luce perculsae ac divino quodam instinctu permotae, ab erroribus ad veritatem, a simultatibus ad concordiam, a profligatis moribus ad salutarem paenitentiam christianamque vitae renovationem trahebantur. Mirandum erat tot hominum ac mulierum milia eum intentis oculis cernere, intentisque auribus loquentem audire ; deinde vero

[11] Ibid. c. XI-XIII.

[12] Constit. Fratrum Ord. Praed. II, 14, 1.

[13] Ibid. c. XVIII sq.

[14] Summ. Th. II-II, q. 188, a. 6.

prona fronte flexisque genibus a Deo veniam non sine lacrimis impetrare; ac postea, catholica fide christianaque virtute duce, novam ingredi vitam. Quae quidem mirabilis morum renovatio non modo in Ecclesiae, sed in Civilis etiam Societatis venas salutariter influxit; quod peculiari modo apud vos contigit, cum acerrima quaestio, Aragonensi Principe vita functo, de successore eius deligendo orta esset, iamque civilis belli periculum in patriam vestram ingrueret; quandoquidem in Caspensi Congressu, Vincentio Ferrerio suasore et auspice, pax tandem aliquando inter Principes, inter populos convenit.

Non una igitur de causa habetis, venerabilis Frater, cur vos omnes hunc divini verbi praeconem, virtutis concitatorem impulsoremque, ac mirabilem sequestrem pacis sollemnibus habitis celebrationibus commemoretis. Idque potissimum eveniat optamus Venetiis in Britannia Minore, ubi mortales eius exuviae religiosissime recoluntur. In id autem potissimum intendite animum, intendite vires : ut nempe praeclara eius sanctimoniae exempla, pro peculiari uniuscuiusque condicione, in vestros mores salubriter referatis. Ac praeterea quam ipse tam late tam feliciter in ceteris etiam excitavit christianae vitae renovationem, in eam vos omnes, pro vestro cuiusque munere, sollerti constantique cura incumbatis.

Hi sint, Venerabilis Frater, saecularium harum celebrationum optati fructus, quos Nos — S. Vincentio conciliatore — una vobiscum a Deo Optimo Maximo supplicibus precibus imploramus. Quae incensissima vota Nostra efficiat et ad felicem exitum adducat Apostolica Benedictio ; quam quidem cum tibi, Venerabilis Frater, tum iis omnibus, qui Consilio praesunt celebrationibus hisce provehendis, peculiarique modo Dominicianis sodalibus, cetero clero, ac publicis Magistratibus, tum denique carissimo Catholicae Hispaniae populo peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die x vi mensis Iunii, anno MDCCCCLV, Pontificatus Nostri septimo decimo.

PIUS PP. XII

ALLOCUTIONES

I

Bosarum Cultoribus ob Certamen internationale Romae coadunatis *

Le Concours International pour l'attribution du Prix de Rome à la meilleure variété de roses a été pour vous, Messieurs, l'occasion de solliciter une audience et quelques paroles du Vicaire de Jésus-Christ. Vous n'avez pas voulu quitter la Ville Eternelle sans saluer le Père commun, et Nous sommes heureux d'accueillir votre hommage et de contenter votre final désir.

Nous voudrions avoir l'âme et le génie de François d'Assise pour parler comme il convient de votre beau métier, pour vous faire passer à son exemple de la terre au ciel, de la créature au Créateur. L'auteur sacré de la Genèse, empruntant aux merveilleux jardins d'Orient sa description du Paradis terrestre, précise en ces termes l'intention divine : « Yahweh Dieu prit l'homme et le plaça dans le jardin d'Eden pour le cultiver et le garder ».[1] Depuis lors, en effet, à travers les millénaires de son histoire, l'homme a cultivé le vaste jardin de Dieu, non seulement pour l'entretenir, mais encore pour l'améliorer. Oui vraiment, Dieu a permis à l'homme d'améliorer son œuvre, telle est l'admirable délicatesse de notre Père des cieux, qui appelle ses enfants à entrer avec Lui en collaboration si intime. N'est-ce pas aussi votre privilège, Messieurs, vous qui cherchez à créer sans cesse de nouvelles variétés de roses, de nouvelles formes, de nouveaux coloris?

De tout temps, les roses les plus simples de ces pays, celles dont la teinte s'harmonise de façon si heureuse avec le feuillage, dont le parfum se répand délicat et pénétrant, figurent comme l'ornement naturel des fêtes et le symbole du plaisir. Aussi les premiers chrétiens les répudièrent-ils, parce qu'elles signifiaient à leurs yeux un genre de vie qu'ils abhorraient. Mais peu à peu, quand les souvenirs païens s'effacèrent, le charme de la rose fit retour au vrai Dieu : les paradis des mosaïstes, que l'on admire encore aujourd'hui aux absides des basiliques les plus vénérables de Rome, sont émaillés de fleurs, parmi lesquelles la rose a repris son empire. La rose rouge devint aux premiers siècles de

* Habita die H) Maii mensis a. 1955.

[1] *Gen.* 2, 15.

la littérature chrétienne le symbole du martyre sanglant, comme la blancheur du lis celui de la virginité. L'Eglise n'a-t-elle pas conservé pour la fête des Saints Innocents l'hymne ravissant du poète Prudence: « Salut, fleurs des martyrs, ... roses naissantes arrachées par la fureur de l'ouragan »? La rose figure encore sur les plus anciennes tapisseries et sur les ornements sacerdotaux ; elle rutile aux feux du soleil dans les verrières des cathédrales ; elle signifie partout la joie chrétienne et devint à ce titre l'emblème de Marie, la grande « cause de notre joie ». Le rosaire représente d'abord un jardin de roses offert à Marie, un ornement de son image, un symbole de ses grâces. La Vierge elle-même fut ensuite comparée à la rose, et maintenant les chrétiens l'invoquent par deux fois, dans les Litanies de Lorette, sous le signe de la reine des fleurs : « Rose mystique » et « Reine du très saint Rosaire ». Cette dernière appellation évoque sans doute une grande victoire de la chrétienté sur les infidèles, mais bien plus encore les conquêtes lumineuses de la foi sur le mal et l'ignorance religieuse. Lorsque Marie apparut à Sainte Bernadette sur le rocher de Massabielle, où croissait l'églantier, chacun de ses pieds s'ornait d'une rose épanouie. Celle que l'Eglise venait de proclamer l'Immaculée manifestait ainsi, à une enfant simple et candide, la plénitude de ses perfections et la délicatesse de sa bonté.

Le développement liturgique du symbole de la rose dans le culte mariai n'a rien qui doive étonner, car l'homme a choisi instinctivement la plus belle des fleurs pour l'offrir à la plus belle des créatures. Ce geste spontané se répète en de nombreuses pratiques de la piété des humbles -comme des savants, et les auteurs spirituels ont maintes fois repris le thème et développé à l'envi ses significations mystiques.

Pour vous, Messieurs, Nous voulons croire que vous trouvez un encouragement dans votre travail à la seule pensée que le mois des roses est et sera toujours le mois de Marie. Ainsi, en cultivant les fleurs qui forment comme la parure d'un sol souvent ingrat et dur pour l'homme, êtes-vous portés naturellement à honorer le Créateur, à élever votre âme vers celle qui porte le beau titre de Rose mystique, l'honneur et la joie de la famille humaine. A qui mieux qu'à Elle pourrions-Nous confier les vceux, que Nous formons aujourd'hui pour vous tous ici présents, pour vos familles et vos amis, pour tous ceux enfin qui vous sont chers et que vous Nous recommandez dans votre cœur? Par la puissante intercession de Marie, que descende et demeure sur vous Notre paternelle Bénédiction Apostolique.

II

Agrorum Cultoribus **ea?** *Italia, ob ipsorum Foederationem nationalem abhinc decennium conditam, Romae coadunatis.* *

A questi fratelli lontani parlate con la forza della vostra persuasione e del vostro esempio. Dite loro che, lontano da Gesù, vi è soltanto sconforto e tristezza, anche quando vi fosse l'abbondanza dei beni materiali. Rassicurateli : Gesù non vuole che manchi ad essi il pane, Egli che operò miracoli, affinchè le turbe che lo seguivano non rimanessero prive del necessario sostentamento.

Così la grazia di Dio e la buona volontà di tutti voi, e degli altri lavoratori cristiani sparsi in tutta Italia, affretteranno la venuta di quel giorno in cui Gesù regnerà nei cuori e nel mondo.

[3] MATTH. 6, 10-31.

[4] Cfr. MATTH. 6, 33.

[5] Cfr. Luc. 9, 62.

ACTA 88, CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

VOLATERRANAE et SENENSIS

DECRETUM

DE MUTATIONE FINIUM DIOECESIUM

Ab Apostolica Sede nuper expostulatum est ut paroeciae, in sequentibus pagis extantes : i. e. *Chiusdino, Frassini* et *Castelletto, Ciciano, Montalcinello, Monticiano, Frosini, S. Galgano, Scalvaia* et *Luriano, Tocchi,* quae Vicariatus Foraneos oppidi *Chiusdino* et oppidi *Montichamo* costituunt et ad dioecesim Volaterranam pertinent, ob nimiam ab episcopali Sede distantiam atque itinerum viarumque difficultates, a dioecesi Volaterrana distraberentur et ñnitimae archidioecesi Senensi aggregar entur.

Sacra igitur Consistorialis Congregatio, porrectis precibus adnuens, consentiente Excmo P. D. Mario Toccabelli, Archiepiscopo Senensi, et suppleto, quatenus opus sit, interesse habentium vel habere praesumendum consensu, vigore specialium facultatum sibi a Ssmo D. N. Pio Divina Providentia PP. XII tributarum, praesenti Consistoriali Decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, decernere dignata est ut territorium paroeciarum quae exstant in pagis : *Chiusdino, Frassini* et *Castelletto, Ciciano, Montalcinello, Monticiano, Frosini, S. Galgano, Scalvaia* et *Luriano, Tocchi,* a dioecesi Volaterrana separetur et archidioecesi Senensi adiungatur cum omnibus bonis, iuribus et oneribus eidem territorio pertinentibus; mutatis hac ratione utriusque dioecesis finibus.

Ad haec autem exsequenda S. Congregatio Consistorialis deputat Excmum P. D. Marium Toccabelli, Archiepiscopum Senensem, eidem tribuens necessarias et opportunas facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate con-

statutum, facto onere mittendi, quam primum, ad eamdem Sacram Congregationem Consistorialem authenticum exemplar actus peractae executionis.

Datum Romae, ex Aedibus S. Congregationis Consistorialis, die XXVII Iulii MCMLIV.

Fr. A. I. Card. Piazza, Ep. Sabinen, et Mandelen., *a Secretis*

L. ✠ S.

Iosephus Ferretto, *Adsessor*

I

APUANAE et LUNENSIS seu SPEDIENSIS SARZANENSIS et BRUGNATENSIS

DECRETUM

DE MUTATIONE FINIUM DIOECESIUM

Cum postulatum fuerit ut paroeciae S. Nicolai in pago « Caprigliola » et S. Martini in pago « Albiano », quae ad dioecesim Apuanam pertinent, ob nimiam ab episcopali Sede distantiam et viarum itinerumque difficultates, ab eadem Apuana dioecesi dismembrarentur et finitimae dioecesi Spediensi, ad quam brevior et facilior patet accessus, unirentur, Apostolica Sedes bonum iustumque censuit oblatis precibus obsecundare.

Itaque Sacra Congregatio Consistorialis, consentiente Exc.mo P. D. Iosepho Stella, Episcopo Lunensi seu Spediensi, Sarzanensi et Brugnatensi, et suppleto, quatenus opus sit, interesse habentium vel habere praesumentium consensu, vigore specialium facultatum sibi a SS.mo Domino Nostro Pio Divina Providentia PP. XII tributarum, praesenti Consistoriali Decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, decernere dignata est ut territorium paroeciarum S. Nicolai in pago « Caprigliola » et S. Martini in pago « Albiano », a dioecesi Apuana, cui nunc subest, separetur et dioecesi Spediensi adiungatur cum omnibus bonis, iuribus et oneribus eidem territorio pertinentibus; mutatis hac ratione utriusque dioecesis finibus.

Ad haec autem exsequenda S. Congregatio Consistorialis deputat Excmum P. D. Iosephum Stella, Episcopum Lunensem seu Spediensem, Sarzanensem et Brugnatensem, eidem tribuens necessarias et opportunas facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet

virum in ecclesiastica dignitate constitutum, facto onere mittendi, quam primum, ad eamdem S. Congregationem authenticum exemplar actus peractae exsecutionis.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. Congregationis Consistorialis die 5 Februarii 1955.

\£g Fr. A. I. Card. Piazza, Ep. Sabinen, et Mandelen., *a Secretis*

L. ffî S.

Iosephus Ferretto, *Adsessor*

SACRA CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

MONITUM

SODALIBUS RELIGIOSIS EUROPAE INIURIA TEMPORUM EXTRA CLAUSTRA DEGERE COACTIS.

Sacra haec Congregatio, quantum per rerum adiuncta licet, praecipuo semper studio prosequitur viros religiosos, imprimis sacerdotes, ac religiosas mulieres, qui in nonnullis Europae regionibus arduis in vitae condicionibus versantur.

Non ignorans incommoda et molestias quibus illi cotidie sunt obnoxii, Sacra eadem Congregatio singulis huiusmodi sodalibus Deo devotis cupit commiserationis sensus significare, eosque erigere et confirmare ad perseverandum in sancta vocatione, qua Dei famulatui sunt addicti.

Hi ergo non pauci religiosi ac religiosae, qui propter temporum condiciones extra domum religiosam inviti commorari coguntur et opus exercere in rerum adiunctis minime sibi propitiis, sine dubio afficientur solacio, si compererint Ecclesiam ipsos habere non pro sodalibus a proprio Instituto separatis vel pro exclaustratis, sed solum pro legitime absentibus a domo religiosa.

Meminerint igitur religiosi ac religiosae, se, legitimae absentiae causa, gaudere omnibus iuribus et privilegiis sibi a religiosa professione quaesitis ; ac vicissim obligatos esse sacris votis necnon regulis esse adstrictos

quae cum suo actuali statu componi possunt ac sine gravi incommodo ab ipsis observari queunt.

Qui ut ad vitae communis consuetudinem et ad sacrum ministerium rite exsequendum redire possint, vehementer, perinde ac sodales ipsi, exoptat Ecclesia, quae filiis hisce suis, tam gravia ferentibus, pacem precatur ac rerum ordinem tranquillum.

Sit iis autem curae, ut, quantum pro ratione horum temporum fieri potest, integram servent coniunctionem cum proprio Instituto, et ut filiorum in modum subiecti sint Ordinariis locorum.

Adeant libero animo, quotiescumque opportunitas datur, Superiores et Episcopos, ut iis suas difficultates et necessitates patefaciant, confisi illos pro viribus auxilium sibi laturos esse.

Ceterum haec Sacra Congregatio Excellentissimis locorum Ordinariis gratiam habebit maximam, si pro apostolico, quo commendantur, studio et officii sui conscientia in tanto rerum discrimine, religiosis sodalibus, sive viris, sive mulieribus, praesentes adfuerint, iisque peculiares curas impenderint, praesertim si illi vel illae Superiores suos adire nequeant.

Haec animorum coniunctio, haec mutua fides et benevolentia christiana et sacerdotalis multum conferent ad levandas acerbitates, quibus nunc religiosi sodales premuntur; non modicum item conferent ad necessarias addendas vires afflictis, ut religiosa vota fideliter servent et iugiter pergant quasi victimas se offerre Deo ; quae vitae devotio partem praecipuam, efficit status religiosi neque ullis temporum condicionibus praepediri potest, ac denique universae Ecclesiae immensos thesauros munerum caelestium conciliat.

Romae, die 10 Iulii 1955.

V. Card. Valeri, *Praefectus*

L. ***B*** s.

A. Larraona, C. M. F., *Secretarius*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

PARISIEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVI DEI ANTONII FRIDERICI OZANAM, VIRI LAICI.

SUPER DUBIO

An signanda sit commissio introductionis causae, in casu et ad effectum de quo agitur.

« *Sine fide impossibile est placere Deo* », monet nos S. Paulus (Heb. 11, 6). Quae autem fides non manet mera veritatum divinitus revelatarum mentis apprehensio, sed christiano est etiam vivendi norma : « *Iustus autem ex fide vivit* » (Rom. 1, 17), quae « *per caritatem operatur* » (Gal. 5, 6). « *Sicut enim corpus sine spiritu mortuum est, ita et fides sine operibus mortua esty*> (Iac. 2, 26).

Haec bene intellexit Antonius Fridericus Ozanam, cui verba, quae divino oraculo de Abraham dicta sunt recte aptari possunt, nempe : « *Vides quoniam fides cooperabatur operibus illius, et ex operibus fides consummata est* » (Iac. 2, 22).

Hic Dei Famulus die 23 Aprilis anno 1831, Mediolani natus, quo pater cum familia, pro suo medici militaris munere, lares transtulerat, die 13 Maii eiusdem anni est baptizatus. Parentes Lugdunenses, genere ac religione praestantes, quatuordecim genuerunt liberos, quos christiana religione optimisque moribus summa cura imbuere sategerunt, ita ut Antonius Fridericus a teneris annis pietate, docilitate et oboedientia enituerit.

Regalis Lugdunensis Conlegii alumnus, aetatis suae tertio decimo, ad Sacram Synaxim primum accessit, ibique sedulo studiorum curriculum usque ad rethoricam et philosophiam laudabiliter emensus est. Dubia, quibus tunc contra fidem ipse laborabat et scrupulos quibus angebatur, precibus, studio et magistri consilio devicit, proposuitque ad mores statumque socialem elevandos et religionem catholicam in patria refovendam, quidquid ingenii sibi a Deo inditum habuisset consecratur um esse.

E Conlegio egressus, patris consilio docilissimus, Lugduni primum, Parisiis dein, iuridicis studiis vacavit eaque magna cum laude perfecit. Parisiis illecebras sprevit, publica spectacula frequentavit numquam. Studiis quamvis intentus, caritatem erga proximos mirifice excolebat, et virtutum exemplis atque defendendae christianae veritatis studio ad eamque sodales alliciendi, condiscipulis aeque ac magistris admirationi erat. Socios et amicos inter optimos vere christianos sibi elegit, qui omnes inter se deligebat simulque, ut meliores in dies fierent, sese exstimulabant. Quod ut facilius assequi posset, Dei Famulus collationes historicas et religiosas proposuit celebravit que. Consilium quoque tum animo fovit excitandarum consociationum pauperibus relevandis.

Absolutis studiis, anno 1837 Parisios relinquere debuit et Lugdunum redivit ibique, consilio genitoris iam vita functi obtemperans, patroni munus exercere incepit, pauperum praesertim causas strenue defendendo ; at forum ei minime arridebat.

Tertii Franciscalis Ordinis ferventissimus fuit filius.

Confessarii utens consilio divinaque invocata ope, anno 1841, similem sibi duxit uxorem, Mariam Soulacroix, quam « angelum suum tutelarem » appellabat. Quod felix matrimonium unica filia a Deo ditatum est.

Licet commerciale ius Lugduni doceret, cathedram exterarum gentium litteraturam docendi in Athenaeo Sorbonensi sibi oblatam acceptavit. In qua studiorum Universitate, *Evangelium non erubesoens,* docendi munus veluti apostolatum exercebat : Deum enim, scientiarum Dominum, enixe invocabat ne quid contra veritatem diceret. Eximia sua eloquentia discipulos trahebat, cum catholicam fidem christianam que religionem summa eruditione collustrabat et vindicabat, errores quidem acerrime impugnabat, in errantes autem caritatem exercebat. Ita historiam, civilem scientiam et socialem, litteraturam, liberales artes, disciplinas quascumque in catholicae fidei obsequium erexit in medio quidem saeculo, in quo indifferentismus religiosus et respectus humanus, quos dicunt, in scholis et societate grassabantur.

Plurima quoque opera conscripsit et typis edidit, quae veluti praeclara monumenta eius doctrinae et virtutum exstant et celebrantur. Scripta tamen numquam edebat, quin prius doctissimi ecclesiastici viri revisioni et iudicio subiecisset.

Ipso auctore institutae sunt in cathedrali aede Parisiensi, Deiparae Virgini sacra, celebres illae de rebus religiosis conciones, quae dehinc quotannis Quadragesimali tempore magno animarum emolumento habitae sunt et adhuc habentur.

Praecipuum tamen et splendidum opus, cui iam innuimus, quod ipse excitavit Servus Dei ac fovit cuiusque primarius conditor habitus est et iure praedicatur, celebrandum venit. Societatem dicimus Conferentiarum, quae appellantur, pauperibus invisendis iuvandisque. Huiusmodi consociatio, cuius vixdum a Dei Famulo cum paucis eiusdem animi virtutisque sodalibus semina iacta sunt, alte radices egit, atque opinione celerius tamquam in celsam arborem patulisque diffusam ramis excrevit lateque in praesens per terrarum orbem dispersa, magnae est utilitati non solum ingenti egenorum multitudini, quibus cum ad vitam in terris agendam, tum ad aeternam bona adiumenta et auxilia suppeditat, verum ipsis quoque sociis, quos per varia christianae misericordiae opera ad perficiendas virtutes omne genus exercet. Anno 1954, statim post mortem Antonii Friderici Ozanam, Coetus Vicentiani erant 1532 cum 15.000 sodalibus. In fine anni 1953 numerabantur 17.000 Coetus apud plusquam 30 nationes in orbe terrarum dispersas.

Plura itinera, recuperandae sanitatis causa, in Italiam Famulus Dei instituit. Romam quoque peregre venit et a Summo Pontifice Pio IX, quem tanquam Christi in terris Vicarium obsequentissime magna veneratione prosequebatur cuiusque iura et doctrinam illustrare ac vindicare sategerat, benevolentissime fuit exceptus.

Postquam totam vitam, quamvis brevem, mirifice actuosam transegit sanctamque miranda pietate effecit ferventique devotione in Ss. Eucharistiam, in B. M. Virginem et Sanctos, maxime qui caritate in proximos excelluere, atque patientia summa diu adversam perferens valetudinem, mira mentis serenitate, meritis cumulatus et sanctitatis aestimatione cohonestatus, postremis refectus Sacramentis, anno 1853, die 8 mensis Septembris, aetatis suae quadragesimo, pientissime in Domino obdormivit.

Ex superius vix delibata huius Servi Dei vita, ratio patet cur nomen eius coeptum sit collustrari, primum quidem intra eiusdem Societatis septa et dein, post mortem eo vividius inter amicos et demum etiam inter extraneos, quo latius usque quaque Vincentianum Sodalitium est propagatum. Quo factum est, ut anno 1925 ordinaria potestate in Curia archiepiscopali Parisiensi super sanctitatis fama et scriptis eiusdem Famuli Dei initi sint processus ; et anno 1928 Romam aliati.

Interim triginta Cardinales, quam plurimi Archiepiscopi et Episcopi, plurimi quoque sive e Clero sive e laicis in dignitate constitutis, Summis Pontificibus Pio XI f. m. et Pio XII fel. regn. instantes preces Beatificationem Servi Dei postulantes obtulerunt.

Quare Sacra haec Congregatio die 11 Novembris anni 1949, scriptis perpensis, decrevit obstare nihil quominus ad ulteriora procedi posset.

Servatis itaque omnibus de iure servandis, Revmo D. Ioseph Gerau d, Societatis Presbyterorum S. Sulpitii, Causae Postulatore instante, die 15 mensis Decembris anno 1953, in Ordinario Coetu huius Congregationis, Etmus ac Revmus Dominus Alexander Cardinalis Verde, Causae Ponens, dubium discutiendum proposuit : *An signanda sit commissio' introductionis causae in casu et ad effectum de quo agitur,* deque ea retulit. Et Emi Patres, sacris ritibus tuendis praepositi, auditis quoque Officialibus Praelatis, praesertim vero R. P. D. Salvatore Natucci, Fidei Promotore Generali, rescripserunt : *Signandam esse commissionem, si Sanctissimo placuerit.*

Facta demum Summo Pontifici Pio Papae XII subsignata die de his omnibus fideli relatione, Sanctitas Sua, rescriptum Emorum Patrum ratum habens, *commissionem introductionis causae Servi Dei Antonii Friderici Ozanam* Sua manu signare dignata est.

Datum Romae, die 12 Ianuarii, Anno Mariano 1954.

C. Card. Cicognani, *Praefectus*

L. © S.

f A. Carinci, Archiep. Seleuc, *Secretarius?*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Martedì, 5 luglio 1955, il Santo Padre Pio XII ha ricevuto in solenne Udienza Sua Eccellenza il Dottor Mohan Sinha Mehta, Inviato Straordinario e Ministro Plenipotenziario dell'India, per la presentazione delle Lettere Credenziali.

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 29 marzo 1955, nel Palazzo delle Congregazioni a San Callisto, alla presenza di Sua Eminenza Revma il Signor Cardinale Benedetto Aloisi Masella, Vescovo di Palestrina, Ponente o Relatore della Causa del Servo di Dio Meinrado Eugster, laico professo dell'Ordine di San Benedetto, si è adunata la S. Congregazione dei Riti *antepreparatoria,* nella quale i Revmi Prelati Officiali ed i Revmi Consultori teologi hanno discusso sulla eroicità delle virtù del predetto Servo di Dio.

Venerdì, 15 aprile 1955, nel Congresso ordinario della S. Congregazione dei Riti si è trattato della validità dei processi apostolici sopra i miracoli del Beato Carlo da Sezze, Confessore, dell'Ordine dei Frati Minori, e della Beata Bertilla Boscardin, Vergine, dell'Istituto delle Suore Insegnanti di S. Dorotea, Figlie dei Sacri Cuori ; nonché della validità dei processi ordinari ed apostolici sulle virtù della Serva di Dio Teresa Valse Pantellini, religiosa professa dell'Istituto delle Figlie di Maria Ausiliatrice.

Martedì, 26 aprile 1955, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è adunata la S. Congregazione dei Riti *ordinaria,* nella quale gli Emi e Revmi Cardinali e i Revmi Prelati Officiali hanno discusso sulla Introduzione della Causa dei Servi di Dio:

1. Damiano De Veuster, Missionario, sacerdote della Congregazione dei Sacri Cuori (Picpus).
2. Francesco Crusatz, Sacerdote della Congregazione dei Missionari Figli dell'Immacolato Cuore di Maria, ucciso, come si asserisce, in odio alla fede.

Hanno inoltre discusso sugli *scritti* dei Servi di Dio :

1. Massimiliano Kolbe, sacerdote professo dei Frati Minori Conventuali.
2. Maria dell'Incarnazione (in secolo Vincenza Rosai), Riformatrice della Congregazione delle Suore Betleemite.

Martedì, 3 maggio 1955, nel Palazzo Apostolico Vaticano, alla augusta presenza del Santo Padre, si è adunata la S. Congregazione dei Riti *generale*,

nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali, i Revmi Prelati Officiali ed i Revmi Consultori teologi hanno dato il loro voto :

1. Sul martirio dei Servi di Dio Giovanni Battista Turpin Du Cormier, sacerdote secolare, Giovanni Battista Triquerie, sacerdote dell'Ordine dei Frati Minori Conventuali, e di altri 17 compagni sacerdoti e laici, uccisi a Lavai in Francia nel 1794.

2. Sui miracoli del Ven. Servo di Dio Marcellino Benedetto Giuseppe Champagnat, sacerdote, fondatore dell'Istituto dei Piccoli Fratelli di Maria, o Fratelli Maristi delle Scuole.

3. Sulle virtù della Ven. Serva di Dio Maria Margherita Dufrost De Lajemmerais, vedova d'Youville, fondatrice della Congregazione delle Suore di Carità di Montréal, dette « Soeurs Grises ».

Martedì, 24 maggio 1955, nel Palazzo delle Congregazioni a San Callisto, alla presenza dell'Emo Signor Cardinale Benedetto Aloisi Masella, Vescovo di Palestrina e Ponente o Relatore della Causa di beatificazione della Serva di Dio Teresa di Gesù Jornet Ibars, fondatrice dell'Istituto delle Piccole Suore dei Vecchi Abbandonati, si è adunata la S. Congregazione dei Riti *antepreparatoria,* nella quale i Revmi Prelati Officiali ed i Revíhi Consultori teologi hanno discusso sulla eroicità delle virtù della predetta Serva di Dio.

Martedì, 14 giugno 1955, nel Palazzo Apostolico Vaticano si è adunata la S. Congregazione dei Riti *preparatoria,* nella qule gli Emi e Revmi Signori Cardinali, i Revmi Prelati Officiali ed i Revmi Consultori teologi hanno discusso su due miracoli, che si asseriscono operati ad intercessione della Venerabile Serva di Dio Elena Guerra, fondatrice delle Oblate dello Spirito Santo, dette Suore di S. Zita.

Inoltre gli Emi e Revmi Signori Cardinali hanno esaminato le relazioni dei censori teologi su gli scritti dei Servi di Dio :

1. Luigi Orione, sacerdote, fondatore della Piccola Opera della Divina Provvidenza.

2. Giuseppe Vaz, sacerdote dell'Oratorio di San Filippo Neri.

3. Elisabetta Leseur.

Nel Congresso ordinario di venerdì 17 giugno 1955, la S. Congregazione dei Riti ha discusso, fra l'altro, sul non culto dei Servi di Dio :

1. Giuseppe Gerard, sacerdote professo della Congregazione degli Oblati di Maria Immacolata.

2. Francesco Crusatz, sacerdote professo della Congregazione dei Missionari Figli del Cuore Immacolato di Maria.

3. Damiano Di Veuster, sacerdote professo della Congregazione dei Sacri Cuori (Picpus).

Martedì, 26 luglio 1955, nel Palazzo Apostolico Vaticano si è adunata la S. Congregazione dei Riti *preparatoria,* nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali, i Revmi Prelati Officiali ed i Revmi Consultori teologi hanno discusso sulla eroicità delle virtù del Ven. Servo di Dio Innocenzo XI, Papa.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di nominare :

30 maggio 1955. Il Revmo Padre Philippe Paolo, dell'Ordine dei Frati Predicatori, *Commissario della Suprema Sacra Congregazione del S. Offizio.*

18 giugno » Il Revmo Padre Verardo Raimondo, dell'Ordine dei Frati Predicatori, *Primo Compagno del Commissario della Suprema Sacra Congregazione del S. Offizio e Consultore del medesimo S. Dicastero.*

22 » » I Revmi Padri Gonzalez Edoardo, dei Frati Predicatori, Pesci Benedetto, dei Frati Minori, e Vittore di Gesù e Maria, dei Carmelitani Scalzi, *Consultori della Sacra Congregazione dei Riti, per le Cause di Beatificazione e Canonizzazione.*

2 luglio » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Gregorio Pietro XV Agagianian, *Presidente della Commissione Pontificia per la Redazione del Codice di Diritto Canonico Orientale.*

ONORIFICENZE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di conferire :

La Commenda dell'Ordine di san Silvestro Papa :

14 marzo 1955. Al sig. Myalay Anacleto, del vicariato apostolico di Toungoo.

16 » » Al sig. Cannizzaro Giuseppe (Roma).

» » » Al sig. Cavalletti Vincenzo (Roma).

» » » Al sig. De Stefano Vittorio (Roma).

» » » Al sig. Enrico Cesare (Roma).

» » » Al sig. Ferrari Gildo (Roma).

» » Al sig. Fiori Ratti Leopoldo (Roma).

» » » Al sig. Gabrieli Giovanni (Roma).

» » » Al sig. Giacobini Elio (Roma).

» » » Al sig. Salucci-Navone Giuseppe (Roma) .

25 » Al sig. Reda Silvio, delParcidiocesi di Torino.

26 » » Al sig. Boni Giuseppe, delParcidiocesi di Milano.

28 » » Al sig. Weber Leonardo, della diocesi di Basilea e Lugano.

2 aprile » Al sig. Ceresa Cesare (Roma).

» » » Al sig. Cipriani Siro (Roma).

5 aprile 1955. Al sig. Vecellio Mario, dell'arcidiocesi di Milano.
» » » Al sig. Parente Francesco Giuseppe (Roma).
» » » Al sig. Dax Paolo (Germania).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Silvestro Papa :

30 ottobre 1953. Al sig. Casagrande Vincenzo Fabio, della diocesi di Guaxupé.
11 maggio 1954. Al sig. Ferreira Sabino Giuseppe dell'arcidiocesi di Belo Horizonte.
14 giugno » Al sig. Parrei Silvio, dell'arcidiocesi di Avignone.
8 luglio » Al sig. Ciarte Desmond, dell'arcidiocesi di Montréal.
21 » » Al sig. Rapin Armando, dell'arcidiocesi di Parigi.
11 agosto » Al sig. Pourvoyeur Giorgio, dell'arcidiocesi di Malines.
» » » Al sig. van den Bergh Enrico, della medesima arcidioeesi.
21 settembre » Al sig. Bus Giovanni, della diocesi di Monaco Pr.
8 ottobre » Al sig. Hernández Alvarez Domenico, della diocesi di Ciudad Bolivar.
» » » Al sig. Joerg Pietro Giuseppe, della diocesi di Wuerzburg.
19 novembre » Al sig. Pennisi Martino, della diocesi di Acireale.
8 gennaio 1955. Al sig. Piccoli Giovanni Battista, del patriarcato di Venezia.
» » » Al sig. Orsoni Angelo, del medesimo patriarcato.
» » » Al sig. Scarpellon Ulisse, del medesimo patriarcato.
11 » » Al sig. Baudouin Francesco, dell'arcidiocesi di Malines.
29 » » Al sig. Mignogna Francesco, dell'arcidiocesi di Taranto.
7 febbraio » Al sig. Pace Filiberto (Roma).
8 » » Al sig. Fanchini Mario, della diocesi di Crotone.
» » » Al sig. Celasco Fiorenzo, della diocesi di Tortona.
» » » Al sig. Palli Guido; della medesima diocesi.
18 » » Al sig. Possi Cesare (Roma).
22 » » Al sig. Prandoni Pietro, dell'arcidiocesi di Milano.
» » » Al sig. Ferretti Lotario (Roma).
3 marzo » Al sig. Hogan Geremia, dell'arcidiocesi di Dublino.
10 » » Al sig. D'Incecco Vincenzo, dell'arcidiocesi di Ancona.
16 » » Al sig. Pietrangeli Fortebraccio (Roma).
» » » Al sig. Simonetti Casimiro (Roma).
24 » » Al sig. Belviso Giuseppe, della diocesi di Cerignola.
26 » » Al sig. Fabricio Giacomo, della diocesi di Concordia.
» » » Al sig. Fabris Mario, dell'arcidiocesi di Genova.
» » » Al sig. Bonelli Elio, dell'arcidiocesi di Lucca.
6 aprile » Al sig. Battistig Adolfo, della diocesi di Brescia.
» » » Al sig. Crescini Andrea, della medesima diocesi.

An. et TOl. XXXXV1I 23 Augusti 1955 (Ser. II, v. XXII) - N. 11

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XII

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

PANAMENSIS (DAVIDENSIS)

A PANAMENSI ARCHIDIOECESI QUAEDAM SEPARANTUR PROVINCIAE CIVILES, QUAE IN NOVAE DIOECESIS FORMAM REDIGUNTUR, ((DAVIDENSIS)) APPELLANDAE.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Amantissimus Deus, qui benigna misericordia homines praedestinavit •conformes fieri imaginis Filii sui (Rom. 8, 29), clementis huius consilii artiore quadam ratione participes Nos esse voluit, quos, sanctam regentes Ecclesiam, insoumis urget animorum iuvandorum sollicitudo, eorumque utilitatis fovendae continens studium. Quandoquidem ergo venerabilis Frater Paulus Bernier, Archiepiscopus titulo Laodicenus in Syria et in Costaricensi ac Panamensi Rebuspublicis Apostolicus Nuntius, ab hac Romana Sede poposcit ut, separatis a Panamensi archidioecesi regionibus quibusdam, nova conderetur Ecclesia, libentissime hisce assentimur postulatis : pro certo enim habemus, ubi res christiana aptius in dies administretur atque regatur, inibi etiam uberius sacra florere, mores incorrupta probitate vigere, animosque ad caelestium rerum amorem trahi. Compertum igitur habentes quid de hac re sentiat venerabilis Frater Franciscus Beckmann, Panamensis Archiepiscopus; post consilium auditum venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium

Negotiis Consistorialibus praepositorum ; consensu eorum suppleto, qui in hoc negotio aliquid iuris quomodocumque habeant, ac re attentissima, qua par erat, diligentia considerata, de suprema Nostra potestate sequentia statuimus atque decernimus. A Panamensi archidioecesi territorium disiungimus, ex quo civiles constant provinciae vulgato nomine « Bocas del Toro » et « Chiriquí » ; ex eoque territorio novam efficimus dioecesim, *Davidensem* appellandam, cuius fines scilicet aequabuntur duarum finibus provinciarum, quas modo diximus. Nova Davidensis dioecesis ut suffraganea subdetur Panamensi Sedi, quam hoc ipso die per apostolicas Litteras « Etsi quotidie » metropolitano honore decoravimus, eiusque Episcopus iuri Panamensis Metropolitae erit idcirco obnoxius. Idem praeterea Episcopus sedem ac domicilium in urbe vulgo « David » habebit, quam his Nostris Litteris in episcopalis urbis perducimus dignitatem; cathedram pariter in aede collocabit S. Ioseph B. M. V. Sponso sacra, quam ad cathedralis templi gradum evehimus cuique omnia tribuimus iura atque privilegia, ceterarum cathedralium aedium propria. Davidensis similiter dioecesis eiusque pro tempore Episcopus iisdem honoribus fruentur, quibus omnes decorantur per terrarum orbem dioeceses earumque Praesules; Episcopus tamen paribus astringetur oneribus. Quo vero magnificentius sacri ritus in cathedrali Davidensi templo obeañtur, volumus ut Canonicorum Collegium quam primum ibidem constituatur; cui condendo per apostolicas Litteras a Nobis dandas prospiciemus. Ne vero Episcopus diu iis careat viris, quorum consilio et opera in gravibus suis agendis officiis iuvetur, iubemus ut, quoadusque Canonicorum senatus erigi nequeat, eorum loco dioecesani Consultores eligantur. Episcopalis mensa, quae dicitur, constabit sive Curiae fructibus, sive oblatis a fidelibus pecuniis ac rebus, sive denique bonis quae e partitione bonorum mensae Panamensis, pro rata parte, huic contingent dioecesi, servatis in hac divisione praescriptis canonis 1500 C. I. C. Cum praeterea adulescentuli illi sint summo amore excolendi, qui, ad sacerdotium vocati, laeta sunt spes Ecclesiae, volumus ut Davidensis Episcopus, cum primum poterit, seminarium saltem elementarium curet erigendum, ad iuris normam et iuxta leges a S. Consilio Seminariis studiorumque universitatibus praeposito traditas; qui Episcopus ex eodem optimos quosque iuvenes eliget eosque Romam mittet, in Pontificio Ephebeo Piano Latino Americano philosophia ac theologia erudiendos. Quod pariter attinet ad novae Ecclesiae regimen et administrationem, ad Vicarii capitularis, Sede vacante, electionem, ad fidelium ac sacerdotum iura et onera aliaque huiusmodi, ea iubemus quae Iure

Canonico statuuntur. Decernimus quoque ut simul ac Davidensis dioecesis condita fuerit, clerici Ecclesiae illi habeantur ascripti, cuius territorium optimo iure habitant. Omnia denique documenta et acta, quae ad novam Ecclesiam ad eiusque fideles, clericos bonaque temporalia spectant, a Panamensi Curia sedulo mittantur ad Davidensem Curiam, in eius tabulario servanda. Ut autem ea quae his Nostris Litteris praecipimus fiant, eundem venerabilem Fratrem Paulum Bernier deligimus, vel eum qui eo tempore, quo haec iussa ad rem adducentur, Apostolicae in Bebuspublicis Costaricensi ac Panamensi Nuntiaturae praeerit; cui vero contigerit hoc negotium exsequendum, illi necessarias ad id potestates facimus, cuilibet subdelegandas, si opus fuerit, viro ecclesiastica pollenti dignitate, onusque iniungimus effectum opus in acta referendi eorumque fide digna exempla ad S. Congregationem Consistorialem quam primum mittendi. Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum eificacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae apud S. Petrum, die sexto mensis Martii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo quinto, Pontificatus Nostri decimo septimo.

CELSUS Card. COSTANTINI
S. R. E. Cancellarius

® Fr. ADEODATUS I. Card. PIAZZA
8. Congr. Consistorialis a Secretis

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*
Caesar Federici, *Proton. Apost.*

Loco £B Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. LXXXX, n. 44-

II

PANAMENSIS

IN REPUBLICA PANAMENSI NOVA PROVINCIA ECCLESIASTICA CONSTITUITUR, ((PANAMENSIS)) APPELLANDA.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Etsi cotidie tristitiae causas habemus, cum hostes veritatis nullo tempore desistant quin malae fecunditatis semina in Christi agrum, qui est Ecclesia, impia manu disseminent, haud mediocrem tamen Nobis laetitiam afferunt sive gentes quae, abiecto errore, in sinum Ecclesiae ceu in castra veritatis se recipiunt, sive incrementum christianae religionis fere ubique terrarum. Magno igitur animi gaudio, consilia Nobis probanda videntur venerabilis Fratris Pauli Bernier, Archiepiscopi titulo Laodiceni in Syria, eiusdemque in Rebuspublicis Costaricensi et Panamensi Apostolici Nuntii, qui censuit et a Nobis expostulavit ut nova provincia ecclesiastica in Panamensi regione constitueretur : id enim valde conferre ad christianam fidem ibi terrarum intendendam. Postquam ergo super hac re sententiam rogavimus venerabilem Fratrem Nostrum S. R. E. Cardinalem S. Congregationis Consistorialis a Secretis; remque magna consideratione reputavimus ; eorum consensum supplentes qui se arbitrentur in negotio aliquid iuris habere vel habeant, de Nostra apostolica potestate ea quae sequuntur statuimus et iubemus. In Panamensi Republica novam provinciam ecclesiasticam condimus, cuius erit appellatio *Panamensis,* cuiusque princeps Sedes eadem erit quae fuit adhuc archiepiscopalis Ecclesiae Panamensis. Quae provincia ex duabus Ecclesiis constabit : ex archidioecesi videlicet ipsa Panamensi, quae fuit hactenus Nobis et Romanae Sedi directo subiecta, et ex Davidensi dioecesi, quam hodie apostolicis Litteris « Amantissimus Deus » constituimus : quarum prior erit metropolitana, cum omnibus iuribus, honoribus et privilegiis, quae solent huiusmodi Sedibus cedere; altera vero erit eidem suffraganea et obnoxia. Item habebit Archiepiscopus Panamensis omnia iura et onera Metropolitarum Archiepiscoporum propria : < poterit igitur tum Crucem ante se ferre in totius provinciae territorio, tum pallio uti, in sacrorum rituum caerimoniis. Erit vero Episcopus Davi-

densis eidem Panamensi Metropolitae ad normam Iuris Canonici subiectus. Quod vero attinet ad fines novae circumscriptionis, iidem ipsi erunt ac duarum Ecclesiarum e quibus exstant. Volumus denique ut haec Nostra iussa et decreta efiicienda curet venerabilis Frater Paulus Bernier, quem memoravimus, cui omnes potestates, facimus rei peragendae, cuilibet viro subdelegandas, si opus fuerit, dummodo ecclesiastica polleat dignitate. Acti vero negotii idem venerabilis Frater documenta exaranda iubebit, eorumque sincera exempla ad S. Congregationem Consistorialem quam primum mittere studebit. Quodsi eo tempore, quo haec decreta ad exitum adducenda erunt, alius eidem Nuntiaturae Apostolicae in Costaricensi, et Panamensi Rebuspublicis praeerit, huic eadem et mandata damus et facultates facimus. Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efiicacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderetur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die sexto mensis Martii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo quinto, Pontificatus Nostri septimo decimo.

CELSUS Card. COSTANTINI
S. R. B. Cancellarius

© Fr. ADEODATUS I. Card. PIAZZA
S. Congr. Consistorialis a Secretis

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*
Caesar Federici, *Proton. Apost.*

Loco £B Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. LXXXX, n, 45.

III

TUNQUENSIS
(DUITAMENSIS)

A TUNQTJENSI DIOECESI QUAEDAM DETRAHUNTUR CURIAE, QUAE IN NOVAE FORMAM DIOECESIS REDIGUNTUR, ((DUITAMENSIS)) APPEULANDAE.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Idem ardens animorum amor, eademque « instantia cotidiana, sollicitudo omnium Ecclesiarum » (2 Cor. 11, 28), quibus beatus Paulus intus in animo urebatur, Nos etiam urgent, immo ad extremum usque vitae spiritum urgebunt, quo filiis Nostris aptiora ad supernam assequendam salutem praesidia comparemus. Cum ergo venerabilis Frater Paulus Bertoli, Archiepiscopus titulo Nicomediensis et in Columbia Apostolicus Nuntius, de fidelium bono sollicitus in perampla Tunquensi dioecesi degentium, ab hac poposcerit Romana Sede ut, separatis ab eadem partibus, quae ad septemtrionem atque ad orientem vergunt, nova dioecesis conderetur, laetissime haec accipimus postulata. Audita igitur sententia venerabilis Fratris Angeli Mariae Ocampo Rerrio, Tunquensis Episcopi, atque consensu eorum suppleto, qui in bac re aliquid habeant vel se putent iuris habere, re denique, sicuti decebat, accurato studio perpensa, de Nostra summa potestate sequentia decernimus statuimusque. A Tunquensi dioecesi id separamus territorii in quo curiae exstant, quarum vulgata nomina hic enumerantur, videlicet : Duitama, Tibasosa, Sagamoso, Nobsa, Mongui, Tópaga, Mongua, Gámeza, Corrales, Floresta, Labranzagrande, Pisva, Paya, Morcóte, Santa Rosa de Viterbo, Cerinza, Belén, Tutasá, Paz de Rio, Betéitiva, Tasco, Socha, Socotá, Jericó, Sativasur, Sativanorte, Susacón, Soatá, La Uvita, San Mateo, El Cocuy, Güicán, Guacamayas, Panqueva, El Espino, Chiscas, Covarachía, Busbanzá, Boavita; ex quo territorio novam efficimus Ecclesiam, *Duitamensem* nominandam. Cuius dioecesis fines, ut patet, earundem omnium simul curiarum finibus continebuntur, ita ut ad septemtrionem dioecesim attingant Suceursensem et S. Aegidii, Bucaramanguensem dioecesim atque Apostolicam Praefecturam de Labateca; sub oriente Araucensem Apostolicam Praefecturam et Apostolicum Vica-

riatum Casanarensem ; ad meridiem Ecclesiam Tunquensem eundemque Casanarensem Vicariatum ; sub occidente denique Sedes Tunquensem atque Succursensem et S. Aegidii. Nova Duitamensis dioecesis suffraganea erit Bogotensi metropoli, cuius Archiepiscopo Duitamensis Praesul recte et iure subdetur. Qui Praesul sedem ac domicilium in urbe vulgo Duitama statuet, quam idcirco ceterarum episcopalium urbium titulo ac decore honestamus ; itemque cathedram pontificalis magisterii in templo Christi Iesu Infantis collocabit, quod ad cathedralis aedis gradum perducimus, omnibus iuribus tributis ad cetera cathedralia templa spectantibus. Duitamensi praeterea dioecesi eiusque pro tempore Episcopo eos concedimus honores, quibus omnes per terrarum orbem et Ecclesiae et Praesules gaudent; Episcopo tamen paria vincula et onera imponimus. Episcopalis mensa, quae vocatur, sive dote constabit, quam civilis dabit auctoritas, sive Curiae fructibus, sive fidelium pecuniis, sponte oblatis, sive denique rebus, quae e divisione bonorum Tunquensis mensae, pro rata parte, Duitamensi obvenient dioecesi, servatis in hac divisione iussis canonis 1500 C. I. C. Praescriptis pariter Iuris Canonici ea regentur, quae ad novae Ecclesiae regimen et administrationem spectant, item ad eligendum capitularem Vicarium, cum Sedes vacaverit, ad fidelium et sacerdotum iura et onera, ad aliaque huiusmodi. Decernimus quoque ut simul ac Duitamensis Ecclesia condita fuerit, clerici illi dioecesi habeantur ascripti, cuius regionem optimo incolunt iure; quod vero attinet ad sacerdotes atque sacrorum alumnos, qui extra dioecesim studia exercent, ut deinceps in Tunquensi seminario doctoris munere fungantur, statuimus ut, si fiat ut quis illorum in Duitamensis dioecesis territorio degat, dioecesi tamen Tunquensi addictus esse pergat. Ne vero in cathedrali Duitamensi templo quid divini cultus splendori desit neve Episcopus diu iis careat viris, quorum consilio et opera levetur, volumus ut Canonicorum senatus, per apostolicas sub plumbo Litteras a Nobis dandas, constituatur ; quoadusque vero id legitime fieri nequeat, concedimus ut in eorum locum dioecesani Consultores sufficiantur. Cum praeterea summa sit impendenda diligentia in pueros educandos, quos Sanctus Dei Spiritus ad sacerdotium traxerit ineundum, Duitamensis Episcopus seminarium saltem elementarium quam primum exstruendum curabit, ad iuris normam et iuxta leges a S. Consilio Seminariis studiorumque Universitatibus praeposito datas, atque ex eodem optimos quosque adulescentes eliget eosque in hanc Urbem mittet, in Pontificio Ephebeo Piano - Latino Americano philosophia ac theologia erudiendos; ceteros vero, qui et ipsi humanitatis studia rite perfecerint, in Tunquense seminarium

etiam posthac mittere poterit, ut inibi sacris disciplinis imbuantur, quin tamen eiusdem seminarii patrimonium minuatur. Omnia denique documenta et acta, quae ad novam Sedem ad eiusque fideles, clericos bonaque temporalia spectant, a Tunquensi Curia quam cito mittantur ad Duitamensem Curiam, in eius tabulario servanda. Ut autem ea quae his Nostris Litteris praecipimus fiant, eundem venerabilem Fratrem Paulum Bertoli deligimus, vel eum qui eodem tempore, quo haec iussa ad rem adducentur, Apostolicae in Columbia Nuntiaturae praeerit ; cui vero contigerit hoc exsequendum negotium, illi necessarias ad id potestates facimus, cuilibet subdelegandas, si opus fuerit, viro ecclesiastica dignitate honestato, onusque iniungimus effectum opus in acta referendi eorumque fide digna exempla ad S. Congregationem Consistorialem sedulo mittendi. Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat ; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas," qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die septimo mensis Martii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo quinto, Pontificatus Nostri septimo decimo.

CELSUS Card. COSTANTINI £ß Fr. ADEODATO S I. Card. PIAZZA
Ä. *R. E. Cancellarius* *S. Congr. Consistorialis a Secretis*

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*
Caesar Federici, *Proton. Apost.*

Loco £ß Plumbi

In. Ap. Cane, tal., vol. LXXXX, n. 59.

LITTERAE APOSTOLICAE

BEATA MARIA V., ((DEL BOSCHETTO)) APPELLATA, PRAECIPUA CAELESTIS PATRONA URBIS ((CAMOGLI)), IANUENSIS ARCHIDIOECESIS, RENUNTIATUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Religiosissima est, quemadmodum accepimus, Beata Maria Virgo, cui nomen adiectum «. del Boschetto », apud Christifideles oppidi, quod, intra Ianuensis Archidioecesis fines positum, vernáculo sermone appellant « Camogli ». Alma enim Deipara dicitur die n mensis Iulii, anno mdxvih, ibi, puellae cuidam se videndam obtulisse ; ex quo factum est ut civium pietas erga Dei Matrem magnis augeretur incrementis. Consilium igitur eidem oppido moderando, laudabili quidem exemplo, constituit Deiparam, nomine illo insignem, Patronam civitatis adoptare. Preces ideo ad Nos admotae sunt ut huiusmodi consulto Apostolicae sanctionis robur et vim adiceremus. Quae vota, Dilecti Filii Nostri Iosephi Sanctae Romanae Ecclesiae Presbyteri Cardinalis Siri, Archiepiscopi Ianuensis, amplissimo commendationis officio suffulta, libenti animo statuimus explere. Quapropter ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Beatam Mariam Virginem, vulgo « del Boschetto » appellatam, praecipuam oppidi cui nomen « Camogli », apud Deum Caelestem *Patronam* constituimus, declaramus, renuntiamus, omnibus adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis, quae principalibus locorum Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si

quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die iv mensis Iunii, anno MDCCCCLIV, Pontificatus Nostri sexto decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO BRUGNOLA
a¡ Brevibus Apostolicis

EPISTULAE

I

AD EMUM P. D. BENEDICTUM EPISCOPUM PRAENESTINUM S. R. E. CARDINALEM ALOISI MASELLA, PATRIARCHALIS BASILICAE LATERANENSIS ARCHIPRESBYTERUM EUNDEMQUE S. CONGREGATIONIS DE DISCIPLINA SACRAMENTORUM PRAEFECTUM, QUEM LEGATUM MITTIT AD EUCHARISTICUM CONVENTUM EX OMNIBUS GENTIBUS IN URBE SANCTI SEBASTIANI FLUMINIS IANUARII INEUNDUM.

PIUS PP. XII

Venerabilis Frater Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Quanta sint Brasiliani populi erga mirabile Sacramentum studia luculentissime enituit, quum, viginti duo abhinc annos, primus ex universa natione Conventus Eucharisticus Bahiae est celebratus, in urbe scilicet prima a Lusitanis ibi condita et Sancto Salvatori dicata, undevicesimo abeunte saeculo a sacrosanctae Eucharistiae institutione ac peracta humani generis Redemptione. In praesentiarum autem scimus Brasiliae Christifideles iam pridem insueto animorum ardore summaque consiliorum alacritate Eucharisticam apparare Congressionem ex omnibus catholici orbis gentibus, eiusque sedem electam, urbem, Brasiliae principem, Sancti Sebastiani Fluminis Ianuarii, magnifico apparatu splendidisque instruere ornatibus ad sollemnia Augusti Sacramenti amplissima celebranda. Quapropter per orationes hortationesque publicas, sive coram sive in diariis typis editas vel radiophonice trans missas, perque sacros coetus missionesque in singulis locis habitas iamdiu fidelium mentes et corda ad pietatem eucharisticam acriter inflam-

máiitur atque foventur. Si autem tota Brasiliae catholicorum consociatio laetitiam participare gestit, si ceterae gentes per pia et frequentia agmina sollemnibus proximis interesse cupiunt ac parantur, Nos in primis maximo gaudio afficimur et ipsis celebrationibus praesentes esse quodammodo exoptamus. Novimus enimvero quanta Brasiliani fideles coniunctione huic Petri cathedrae devincti nullo non tempore extiterint, quanta iidem constantique veneratione, quam incensa caritate beati Petri Successores colere et diligere consueverint. Te itaque, Venerabilis Frater Noster, qui, quum per undeviginti fere annos Apostolici Nuntii munere in Brasilia perfunctus sis, tanta officiorum necessitudine arctisque benevolentiae vinculis cum Brasiliano populo coniungeris, Legatum Nostrum a latere deligimus ac renuntiamus, ut, Nostram gerens personam, sacris ritibus praesideat, qui agentur in proximo Congressu ex omnibus gentibus Eucharistico, in urbe Sancti Sebastiani Fluminis Ianuarii sollemniter ineundo. Pro certo quidem habemus te, eximia, qua es, erga augustum Sacramentum pietate, pro tua in Ecclesia dignitate ac Romanae purpurae splendore, Nostrae exspectationi plane utiliterque esse responsurum. Dum autem a Domino enixe deposcimus, ut celebritatem istam suorum munerum ubertate benigne prosequatur, in auspicium caelestis huius praesidii, inque praecipuae Nostrae caritatis pignus, Apostolicam Benedictionem tibi, Venerabilis Frater Noster, tuis legationis sociis, itemque omnibus iis, qui sollemnibus sacris intererunt, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die XXI mensis Iunii, anno MDCCCCLV, Pontificatus Nostri septimo decimo.

PIUS PP. XII

II

AD EMUM P. D. ADEODATUM IOANNEM S. R. E. CARDINALEM PIAZZA, EPISCOPUM SABINEN. ET MANDELEN., S. CONGREGATIONIS CONSISTORIALIS A SECRETIS EUNDEMQUE CONVENTUS SACRORUM ANTISTITUM AMERICAE LATINAE PRAESIDEM.

PIUS PP. XII

Venerabilis Frater Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem, — Ad Ecclesiam Christi, quae est in Americae Latinae Nationibus, religionis laude, civili gloria, auctioris magnitudinis auspiciis et exspectatione

conspicuis, pari cum vigilantia et studio mentis Nostrae obtutum convertimus.

Quodsi cotidiana instantia omnium Ecclesiarum urget Nos, quibus caelestis gratiae dignatio totum Christi ovile moderandum commisit, aequum est, ut singularem curam intendamus in fidelium multitudinem, qui istam continentem incolunt terram. Hi, enim, quamvis varias respublicas et patrias constituant, loci propinquitate, communi humanitatis cultu et, quod potius est, permagni aestimanda evangelicae veritatis accepta luce, inter se arctis vinculis sociati, plusquam quartam catholici orbis partem efficiunt : magnificentissima sane Ecclesiae filiorum turba, solida acies, strenue stans pro catholica fide, legitimis institutis et avitis moribus tradita : quod quidem conspicere magnum parit animo Nostro solacium inter tam acerba et dura, quae, cum haud paucis in mundi partibus vexationes et bella contra christianum nomen, quin etiam contra notionem cultumque Dei, coorta saeviant, maestissime saepe animum commovent Nostrum.

Equidem non abfuerunt nonnullis in Americae Latinae partibus nec modo alicubi aberant — quod cum opportuna recordatione compulsi attingimus, acuit Nobis immerito inlati doloris acúleos — contra Ecclesiam conflictationes et pugnae. Attamen nihil adhuc — Deo summae reddendae sunt grates — in istis amplissimis oris restinguere valuit flammam salutaris lucis, quae ex Cruce Christi radiando coruscat, illius scilicet lucis quae una simul illorum humani civilisque cultus primordiis veluti spe fulgida aurora resplenduit.

Verumtamen id te, Venerabilis Frater Noster, latere nolumus huiusmodi Nostrae considerationi adsiduam immisceri sollicitudinem, cum nondum solutas videamus ampliores usque et gravis momenti quaestiones, ad Ecclesiam in America Latina spectantes, ac praesertim necessariae effectum operae non accepisse id quod anxie, siquidem minax prospicitur instare periculum, iusto iudicio denuntiato apprime arduum et noxium esse, scilicet ecclesiasticorum paucitatem virorum.

Ex quanam causa haec exiguitas proficiscatur, satis habetur cognitum neque opus nunc est hac in re memorando enucleandoque insistere. Inde exacto saeculo consecutum est et nunc quoque, proh dolor, contingit, quamvis in adhibendis remediis magno elaboratum sit animo, ut in continenti ista terra ratio et actio catholicae vitae nonnulla monstrent, unde videtur haec cum ingravescenti damno et nocumento deficere, quamvis haud dubiae altis radicibus animis inhaereat et miris significationi-

bus saepe extrinsecus prodeat, e quibus aliquando martyrii palma, insigne fortium, effloruit.

Ubi enim vel deest sacerdos vel ipse non est <(*vas in honorem,'sanctificationi et utile Domino, ad omne opus bonum paratum p* [1] necessario religiosae veritatis lumen obscura caligine offunditur, enervantur leges et praecepta vitae, quae religio impleri praecipit, languidiores usque caelestis gratiae rivi deficiunt; facili irrepente mollitie et incuria populi mores corrumpuntur, in publice privatimque agendo concutitur ea salutaris propositorum firmitas, quae tunc solida stat, cum ad Evangelii normam se quique suaque moderatur ac dirigit.

Haec utriusque cleri exiguitas, quae pro magnitudine apostolicorum munerum nunc Ecclesiae commissorum acutior et gravior animadvertitur, quam exactis temporibus contingebat, impedimento aut saltem morae est, quominus dilectissimae Nobis Americae Latinae nationes, quemadmodum haud paucis aliis in rebus felicia assequuntur incrementa, ita in religione sanctissima excolenda aeque proficiant.

Summo aeternoque Deo confisi ac suppliciter invocantes tutelam Deiparae Virginis, Americae Latinae Reginae, alienam a Nobis censemus illam tristium eventuum praesentionem, quos futuros esse nonnulli ex his adiunctis rerum coniciendo suspiciunt. Immo hanc laetam in spem venimus fore, ut brevi America Latina alacri virium nisu illud officium et munus sustineat, quod providentissimus Deus commisisse videtur tantae continenti terrae, catholicae religionis laude glorianti, ut ea ceteris gentibus quoque salutis et pacis optata dona in posterum dilargiatur, in praestantissimis rebus nobiles partes assecuta.

Attamen ut haec Nostra impleantur vota, omnino necesse est, ut, nulla intermissa mora, strenue, liberaliter, fortiter agatur ; necesse est) ut magni aestimandae vires non mala dispersione prolabantur, sed in ordinem digestae coalescendo augescant. Si rei id consentaneum esse videatur, nova exercendi apostolatus genera novaque carpantur itinera, quae, fideliter servato ecclesiastico instituto et more, immutatis temporibus aptiora sint, et progredientis saeculi adhibeant praesidia, quae, quidem, si mali male heu nimium usurpent, felici ausu boni in virtutis maturandam victoriam et in veritatis propagandum lumen convertant.

Opportunum igitur Nobis visum est, cum velimus etiam sacrorum Antistitum Americae Latinae supplicia admittere vota, id decernere, ut qui in eadem America Latina hierarchica pollent potestate una simul

[1] *Il'Timoth.* 2, 21.

coalescant, nt quod in proposita quaestione versatur, coniunctis consiliis severa indagatione perpendatur atque certa ineatur ratio et via ad ea cito perfecteque aggredienda, quae temporis huius necessitates deposcunt.

Postquam igitur sacri pastores praeviam contulerint operam, ut rerum condicio penitus dignoscatur et opportuna opponenda remedia indicentur, proxime generalem inibunt Conventum ecclesiasticarum provinciarum et missionalium ditionum Americae Latinae delegati, ut, peractae indagationis proferentes reperta, sua iungant in disputatione consilia indeque instituatur ratio et inferantur actuosae vitae proposita, ad feliciora incrementa provehenda catholici nominis per universos illius continentis terrae fines. «

Cuius curae, quam apostolica sollicitudo acuit, ipsi Nos participes, per te, Venerabilis Frater Noster, illorum conventui adfuturi illuc salutaria vota et hortatum Nostrum, amantissimae voluntatis testem, hasce per Litteras afferre laetamur.

Pro certo habemus sollertes et dignos laude sacrorum Antistites, ob oculos habentes ea quae illorum coetui examinanda praestituta sunt, conversuros esse consilia, ut suis in regionibus, quam maxime idonea et efficienti ratione, excitentur voluntates ad sacerdotium et ad religiosum statum capessendum inclinatae, quae et numero crescant et diligenter excolantur et adsiduo protegantur praesidio; ut, qua addecet disciplina, sancti et ad omne bonum opus parati Dei et Ecclesiae ministri formentur; et ecclesiastici, quibus ii affici debent, spiritus, prout sacri muneris partes postulant, tot inter pericula et insidias indemnes serventur; quin etiam magis magisque fervescant et perpetuo alacri permanente studio in alenda erga Deum pietate et in cotidianis perfungendis officiis, tota sacerdotalis vita sit vacua vacuis et plena plenis.

Quandoquidem facile prospici potest haud brevi temporis spatio in patria terra necessitatibus parem fore numerum eorum qui divino instinctu ad sacra munera evocantur, aequa contentione annitendum est, ut quam optime possit, Ecclesiae in America Latina utilitatibus inserviant et ecclesiastici viri, qui ex aliis nationibus illuc proficiscantur. Ii quidem minime vocandi sunt extranei, cum quilibet catholicus sacerdos, in officio sui muneris fideliter perstans, veluti sua in patria se habeat ubicumque Dei Eegnum floret vel sumet exordia.

Praeterea aliud est, haud paulum utile, in quo suscipiendae sunt cogitationes sacrorum Antistitum, qui statum celebrabunt conventum, copia scilicet et facultas, in animorum cura expendenda, utendi iis qui

iure meritoque cleri auxiliatores appellantur : intellegimus imprimis religiosos et religiosas sodales, qui, ipso divino instinctu, quo ducti peculiarem vitae suae formam amplexi sunt, apostolicae operae propinquiores et aestimabiliores sunt adiutores; secundo autem loco cohortes laicorum christifidelium, qui, caritate flammantes, evangelicae messis Domini vocem sequuntur, dulci suadentem imperio, ut in campo et finibus apostolicorum operariorum varia obeundo munera industriam suam collocent, eorum laboris praemia olim superna in patria assecuturi.

Id profecto futurum esse putamus, ut, quoad lamentabilis non desinet ecclesiasticorum virorum exiguitas, quam maxime ex iis Sacra Hierarchia providum ac ferme necessarium sumat auxilium ad sustentandam et augendam operam, in quam sacerdotes incumbunt.

Hoc quoque persuasum Nobis est haud paulum virium in America Latina conlatum iri apostolatui actuose exercendo, si eaedem vires concinno ordine et mutua concordia coalescant, atque hanc etiam ob causam debitum praeponatur studium ad exploranda illa animorum curae et apostolatus genera, quae, ex diuturna experientia et usu rerum, peculiaribus temporum condicionibus aptiora esse videantur; atque si hodiernae aetatis contentius adhibeantur nova praesidia — ut radiophonicum inventum et guttembergia ars — ad pervulganda et eificientius mentibus inserenda caelitus tradita eloquia et ab Ecclesia, veritatis magistra, edita documenta.

Ita instructa et composita catholica acies vigentior stabit in proelio, ut Regnum Dei tueatur et amplioribus auctibus amplifìcet, arduo, sed meritorum pleno certamine.

Heu multae sunt machinationis vafrorum hostium, ad quas repellendas vigilanter et acriter connitendum est : utpote Prancomurariorum insidiae, eae quae Novatorum propagantur doctrinae, multigena laicismi, superstitionis et spiritismi, ut aiunt, genera, quae eo magis gliscunt, quo magis divinarum rerum ingravescit ignorantia et torpentior est christianae vitae desidia : quae quidem cuncta misere in locum sufficiuntur sincerae et intemeratae fidei et populi sitientis Deum sitim male restinguunt. Adiciendae sunt perversae in vulgus propagatae doctrinae eorum qui, per speciem socialis iustitiae et allevandae tenuiorum civium classium condicionis, religionis thesaurum summo pretio aestimandum ex animis eripere conantur.

Alia quoque eodem in conventu singulis ex partibus diligenti cura, siquidem necessitas urget, pertractanda sunt, nam hic latissime patet ubi apostolica fides potest referre triumphus.

Praeter alia summi momenti hoc quod sequitur omittendum non est. America amplas suas in regiones, metallis, frugibus, rebus ad excolendam vitam affluentes, hominum multitudines, quas ad migrandum e patriis finibus necessitas aut insectatio compellit, hospitali excipit caritate. Haec tot hominum sedium immutatio, ut facile intellegitur, multas expediendas praefert quaestiones, de quibus in Nostra Apostolica Constitutione « Exsul Familia » admonuimus, certis datis praescriptionibus et normis praesertim ad spiritualem domo migrantium curam quod attinet.

Insuper volumus ad id attentissimos animos teneri, quantopere oporteat Ecclesia in re sociali, doctrinae impertito lumine et provida impensa sollertia, materna sua exserat officia. Quod cum apud omnes populos considerate perpendendum est, tum maxime apud Americae Latinae nationes peculiari ex causa Sacrae Hierarchiae pastoralem permovere debet sollicitudinem, propterea quod arcte cum religionis statu et emolumento cohaeret.

Volumus denique omnes secum in animo considerent/ et ampliorem contingere posse et praeclarae spei allaturam esse fructus studiosam mutuae operae collationem, ad quam paterno hortatu vocamus non tantum sacrorum Antistites et christifideles Americae Latinae, sed etiam ceteras gentes, quae aliae alia ratione opem et adiumentum conferre possunt. Haud dubia spe tenemur fore, ut recepta nunc bona in immensum aucta olim reciprocentur. Eeddet aliquando haec America Latina universae Christi Ecclesiae, cum exspectato felicissimo molimine usa fuerit magni numeri et ponderis viribus, quae quidem quodammodo videntur expetere sacerdotalem manum, ut in Dei honorem et cultum, in Christi Regni incrementum prosiliant.

Dum paterna caritate moti hanc feliciorum eventuum laetam concipimus spem, quam Sacratissimo Cordi Iesu et Deiparae Virgini quavis labe ab origine intactae implendam committimus, Nobis oblectamento est tibi, Venerabilis Frater Noster, atque dilectissimis Nobis Americae Latinae Cardinalibus, Archiepiscopis, Episcopis, Praelatis et apprime iis qui in proximos Coetus Sancti Sebastiani Fluminis Ianuarii una simul convenient, ut ex ipsorum curis et laboribus opimorum fructuum evangelica messis metatur, Apostolicam Benedictionem peramanter impertimus, quam ad sacerdotes, etiam ad religiosos et religiosas sodales et ad Christifideles universae Americae Latinae libenter pertinere volumus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die XXIX mensis Iunii, anno MCMLV, Pontificatus Nostri septimo decimo.

PIUS PP. XII

III

AD EMUM P. D. MARCELLUM TIT. S. CALLISTI S. R. E. PRESB. CARDINALEM MIMMI, ARCHIEPISCOPUM NEAPOLITANUM, QUINA LUSTRA A SUSCEPTO EPISCOPATU ET DENA AB INITO SACERDOTIO CELEBRATURUM.

PIUS PP. XII

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Praeclara Dei beneficia grata memoria recolere et Largitori omnium donorum sollemnes gratias referre, suavissimum exstat amoris ac pietatis officium, simulque, inter labores cotidianos, iucunda animi remissio et solatium. Hoc tibi sane continget, quum proxime quinque a suscepto episcopatu et decem ab inito sacerdotio lustra, cuncto clero fidelibusque istis tecum laetantibus, fauste et feliciter, superno favente numine, celebrabis. Equidem divinum sacri Ordinis donum et postea episcopalis consecratio praecipui fontes fuerunt caelestium gratiarum, quibus, tam diuturno temporis intervallo, uberrimos salutis fructus, actuosa tua voluntate incensoque animarum studio, longe lateque edidisti. In ipsis autem sacerdotii primordiis omnes vires tuas, omnes curas et sollicitudines, immo totum temet ipsum ad animas Deo comparandas easque in christianae vitae ratione perficiendas sedulo contulisti. Namque in paroeciali officio obeundo, alumnos sive studiorum Universitatis sive scholae archiepiscopalis Bononiensis pietatis officiis moderando doctrinisque Evangelii imbuendo, ac praesertim clericorum Seminarium interdioecesanum pro Romandiola in ipsa Bononia conditum, regendo, splendida iam futuri pastoralis ministerii specimina ac praesagia luculenta exhibuisti. Quapropter postquam sacerdotii plenitudine adauctus es, primo in Cremensi dioecesi per triennium, deinde per undeviginti annos in metropolitana sede Bariensi, virtus tua et operum tuorum alacritas in ampliore sane campo fulgentiusque radiaverunt. Neque enim cuncta tua erga Ecclesiam civilemque consortionem merita persequi possumus; sed silentio praeterire nequimus tot incepta atque industrias et labores, quae constanter tribuisti ad novas ecclesias in primis paroeciales condendas vel reiiciendas, ad templum cathedrale Bariense affabre redintegrandam, ad complures coetus ineundos pro Oriente quoque Christiano, ad sacras missiones in singulis locis fovendas, ad iuvenes adultosque religione penitus erudiendos per verbi Dei praedicationem et catecheticam

institutionem perque salutares litteras pastorales, ad sacros ritus coneentusque excolendos atque expoliendos, ad Actionem Catholicam in tua dicione promovendam atque in Italia per plures annos moderandam, ad opifices ruricolasque, ad inopes et pueros praecipue orphanos auxilio opeque iuvandos. Has quidem praeclaras laudes tuas intuiti, Nos Ipsi te, Dilecte Fili Noster, tres abhinc annos ad praenobilem sedem Neapolitanam promovere voluimus et paulo post Romanae purpurae splendore decorare decrevimus. Nunc autem geminatam tuam ac tuorum laetitiam cumulare exoptantes, tibi de sacro pastoralique munere tam fructuose gesto gratulamur et donorum caelestium copiam praemiorumque a Deo adprecamur. Quo interea duplicis eventus celebratio utilior gregi tuo evadat, tibi ultro potestatem damus, ut die statuta, Sacro pontificali ritu peracto, adstantibus fidelibus nomine Nostro Nostraque auctoritate benedicas, plenariam indulgentiam iisdem proponens, ad Ecclesiae praescripta lucrandam. Superni denique praesidii nuntia praecipuique Nostri amoris testis sit Apostolica Benedictio, quam tibi, Dilecte Fili Noster, cunctoque clero ac populo Neapolitano peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xn mensis Iulii, anno MCMLV, Pontificatus Nostri septimo decimo.

PIUS PP. XII

IV

AD EMUM P. D. ELIAM TIT. S. MARCI S. R. E. PRESB. CARDINALEM DALLA COSTA, ARCHIEPISCOPUM FLORENTINUM, SEXAGESIMUM AB INITO SACERDOTIO ANNUM FELICITER EXPLENTEM.

PIUS PP. XII

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Quemadmodum tibi feliciter peragenti decem ab inito sacerdotio lustra ac deinde quinque a suscepto episcopatu, ita quidem nunc, sexagesimo sacri muneris natali die fauste tibi imminente, per publicum benevolentiae testimonium laetitiam tuam ac tuorum cumulare libentissime exoptamus. Concordes enim gratique pervetustae ac nobilissimae Florentiae filii, qui non modo patrio fulgenti sermone et litteris doctrinisque humanioribus, verum catholica quoque fide et debita Romano Pon-

tifici observantia animiquae affectione nullo non tempore excelluere, sacrorum administris praeeuntibus ac faventibus, ut nuper certiores facti sumus, férvidos venerationis amorisque erga te sensus declarare per proxima sollemnia flagrantissime gestiunt. Te profecto commissi fideles tamquam patrem ac pastorem diligunt et colunt earumque habent, qui, solida pietate et doctrina plane exornatus, inexhausta fervens proximorum caritate, haud brevi annorum decursu forma gregis factus, tot curas et sollicitudines, tot studia et incepta atque opera in ipsorum utilitatem impendisti, quique singulas amplissimae dicionis tuae partes iterum iterumque nulli parcens labori invisisti et postremo quoque decennio eandem novis ecclesiis praecipue paroecialibus .aptisque aedibus adjectis opportune ditasti. Merito igitur ac jure optimo egregia ingenii tui animique ornamenta, virtutes et curae tuae pastorales, sacri ministerii industria atque alacritas, caritatis tuae amplitudo ac liberalitas in proximam faustitatem grata memoria celebrabuntur. Et quoniam laus tua excelso illWtrique loco sita est in conspectu praesertim Florentinorum omnium, decet omnino Nosmet Ipsos, immo placet Nobis admodum isti veluti choro tibi gratulantium praecinere ac praemoderari. Tibi itaque, Dilecte Fili Noster, de tam diuturna ac salutari sacri muneris laborumque pastoralium perfunctione vehementer gratulamur, effusaque ad Deum prece ut incolumem te, supernis donis recreatum, ad seros usque annos tueatur; jucundi eventus celebrationem optimis omnibus et amantissimis verbis prosequimur. Quo autem sollemnia ipsa amplioribus salutis fructibus istic augeantur, tibi ultro facultatem largimur, ut, die constituta, Sacro pontificali ritu peracto, adstantibus fidelibus nomine Nostro Nostraque auctoritate benedicas, plenariam indulgentiam eisdem proponens, usitatis Ecclesiae condicionibus lucrandam. Denique in auspicium caelestium gratiarum atque in singularis dilectionis Nostrae testimonium, Apostolicam Benedictionem tibi, Dilecte Fili Noster, Archiepiscopo tuo Coadiutori, itemque universo clero ac populo vigilantiae tuae concredito peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xvi mensis Iulii, anno MDCCCCLV, Pontificatus Nostri septimo decimo.

PIUS PP. XII

V

AD REVMUM P. IOANNEM BAPTISTAM IANSSENS, PRAEPOSITUM GENERALEM SOCIETATIS IESU, QUARTO REVOLVENTE SAECULO AB OBITU S. IGNATII, EIUSDEM SOCIETATIS FUNDATORIS.

PIUS PP. XII

Dilecte fili, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Magna cum iucunditate audivimus Societatem Iesu, cui tu digne, dilecte fili, novem iam annos praees, Sancti Conditoris memoriam, quarto ab eius obitu revolvente saeculo, sollemni modo celebraturam esse, quo ardentiore erga amatum Patrem Legiferum amore, ac perfectiore erga eius Institutum observantia sodales afficiantur ac confirmentur omnes. Quae saecularia sollemnia eo libentius laudamus votisque faustis prosequimur, quo fructus uberiores non solum in sodales Ignatianos, sed etiam in christifidelium animos inde demanaturi sperantur. Siquidem, quemadmodum quadringentesimo exeunte anno a Societate vestra condita, Apostolicis datis Litteris amantissimis,[1] ad Nostrum vestrumque solacium « grato ea reputavimus animo, quae Providentissimus Deus per maiores vestros ac per vos quattuor hisce volventibus saeculis praeclara edidit facinora)),[2] ita in praesens veluti in optimum auspicium id ipsum mente repetere libet ; vosque paterna iterum adhortari voluntate, ut, in spiritualibus potissimum rebus, incepta, opera ac praesidia omnia impensissimo provehatis, « quibus immutatis ac succrescentibus aetatis huius nostrae necessitatibus opportune occurratur ».[3] Certiores facti sumus omnes vestras Provincias, quae in terrarum orbe habentur, sponte sibi in animo proposuisse hunc annum saecularem celebrare imprimis studiosius ac fidelius colendo, largiusque Exercitia Spiritualia provehendo sui Patris Legiferi. Iamvero nil pretiosius, nil utilius, nil magis duraturum S. Ignatius suis filiis hereditate reliquit quam aureum illum librum, quem inde a Paulo III Summi Pontifices[4] necnon Sancti in

[1] Epistula Apost. *Nostri profecto; A. A. S.,* anno 1940, vol. 32, pag. 289 sq.

[2] Ibid. pag. 289.

[3] Ibid. pag. 295.

* Paulus III : Litt. Apost. *Pastoralis officii,* 31 Iulii 1548 ; Benedictus XIV : Litt. Apost. *Quantum secessus,* 20 Mart. 1753; Leo XIII: Epist, ad R. P. Lud. Martin *Ignatiae commentationes,* 8 Febr. 1900 ; Pius XI : Const. Apost. *Summorum Pontificum,* 25 Iulii 1922, *A. A. S.* XIV 420-422; Pius XI: Litt. Encicl. *Mens Nostra,* 20 Dec. 1929, *A. A. S.* XXI 698-706.

Ecclesia plurimi nullo non tempore maximis laudibus cumularunt. Si verum est quod scripsit P. La Palma [5] librum Exercitiorum Spiritualium fuisse Sancti Ignatii primogenitum, aequo iure dici potest sanctus auctor fuisse ipse horum exercitiorum primogenitus. Illa enim sunt quae animum eius nova quadam vita corroborarunt, primos eius gressus in via perfectionis direxerunt, viresque auxerunt, ut Divinum Regem sibi eligeret labore defessum, contumeliis laceratum, tormenta et mortem in servitio aeterni Patris passum, Eumque ad summum amoris apicem sequeretur, ut divinae caritatis ardescens ignibus non seipsum solum, sed et universum mundum ad Christi pedes Servatoris adducere exoptaret. Magna quidem eorum vim expertus Ignatius in eis contineri olim testatus est « totum quod optimum in hac vita cogitare, sentire et intellegere possum, cum ut homo sibi ipsi proficiat tum ut fructus ferat, prositque et proficiat aliis multis/' Itaque nemo mirabitur quod Sanctus Conditor vester singulos voluit his Exercitiis plene probandos, qui in Societate ista «sub crucis vexillo Deo militare et soli Domino ac Ecclesiae Ipsius Sponsae, sub Romano Pontefice, Christi in terris Vicario, servire»[7] cuperent. Unde enim ipse novam vitam hauserat, inde et filios voluit spiritum illum sugere, qui Societati principium dedit : mirificum quendam ac sanctum animi ardorem gratia Dei in Exercitiis operante excitatum, qui non solum cupidos sed promptos eos et alacres efficeret ad divinae gloriae serviendum ac labores ea de causa strenue suscipiendos. Quamobrem suorum commodorum obliti, otium fugientes, orationis studio, mortificatione sui cuiusque ipsius fulto, dediti, totis viribus enitantur, ut finem sibi in Societate propositum attingant. Cum vero Ignatius Constitutiones, facultate a Decessore Nostro fel. rec. Paulo III concessa,[8] postea condidit sociisque tradidit observandas, non ei mens erat leges mortuas in locum legis vivae et vivificantis interni amoris sufficere. Societate autem fundata, eum non latebat quid sententia illa sibi vellet « Sedi Apostolicae peculiariter inservire »[9] sub crucis vexillo, crucis nempe illius, cui Iesus Christus chirographum quod contrarium nobis erat deletum aflfixit, ut omnes homines, a daemonis potestate liberati, in luce fidei et caritatis ardore ambularent. Clarum a Monte

[5] Luis de la Palma : *Camino espiritual :* Madrid, Apost, de la Prensa, 1944, L. V. c. 3 p. 702.

[6] Monumenta Historica S. J. *Mons. Ignatiana* Vol. I p. 113 Epist, ad Miona.

[7] Iulius III, Litt. Apost. *Exposcit debitum,* 21 Iulii 1550.

[8] Paulus III, Litt. Apost. *Regimini militantis Ecclesiae,* 27 Sept. 1540.

[9] *Constitutiones Soc. Iesu* : Pars X. Litt. B.

Uliveti sonabat mandatum : « et eritis mini testes... usque ad ultimum terrae »[10] « Extende caritatem per totum orbem », postea scribebat Augustinus, ((si vis Christum amare, quia membra Christi per orbem iacent ».[11] Ipse Ignatius visurus erat plus quam mille socios etiam in dissitis regionibus Europae, Americae, Indiae, Aethiopiae sub crucis vexillo militantes. Hoc quidem initium erat illius apostolatus, qui filios eius in vastam Domini vineam vocabit : alios in Missiones inter infideles, quas Summi Pontifices labentibus annis iis concredere cupient arduo labore, recta scientia, immo et martyrii sanguine excolendas; alios penes Civitatum gubernatores vel penes eos qui dura servitute obligati sunt; alios in scholas puerorum vel in cathedras studiorum Universitatum ; alios denique ad Exercitia spiritualia cuilibet hominum classi tradenda vel ad mundum litterarum scriptis locupletandum et illuminandum. Constitutionum erit viam sternere, qua totum corpus singulaque membra in quavis mundi plaga dispersa, at eodem aeterni Regis amore inter se et cum capite unita, perfectam illam vitae formam, quae Exercitiorum est fructus praecellens, secundum rationem Instituti Ignatiani assequi possint. Dilecte fili, quis ex vobis hoc anno quater saeculari vocem non audiet Pauli quondam, nunc Ignatii factam : « imitatores mei estote, fratres, et obsérvate eos qui ita ambulant sicut habetis formam nostram ».[12] Deo opitulante, Societati numquam viri defuere sanctitate insignes, qui Ignatianis Exercitiis adamussim obeundis formam illam servarunt illaesam, et incitamentum roburque ceperunt ad vitam diligentissime secundum Constitutiones agendam, quo perfectiorem illam formam in se referrent, et gloriae Dei et animorum saluti quam efficacissimam navarent operam. Istius formae viros Pius VII, immortalis memoriae, quaerebat, cum Petri naviculae assiduis turbinibus agitatae remiges expertos et validos providere desiderabat;[13] non alius formae Sancta Mater Ecclesia his temporibus procellosis auxiliares ab eadem Societate quaerit. Eorum igitur vestigia hodierni, filii Ignatiani premere nitantur. Sub crucis vexillo se sistant fortes ad omnes principum huius mundi tenebrarum incursiones repellendas. Superioribus, imprimisque Summo Pontifici oboedientia semper diligens et aerosissima exhibenda est; eorum nota maxime honorifica erit. Saecularibus desideriis opponatur paupertatis amor ; voluptati otiosae quaedam vitae

[10] *Act.* .1, 8.

[11] S. AUGUST, in Epist. *Ioannis ad Parthos,* Tr. n. 8 ML. III - 2-2060.

[12] *Phil.* 3, 17.

[13] Pius VII : Litt. Apost. *Sollicitudo omnium Ecclesiarum,* 7 Aug. 1814.

austeritas et labor indefessus; mundi dissentionibus et discordiis fraterna caritas, benigna et pacifera, invicem habita et erga omnes homines ; « materialismo » fides illa sincera et studiosissima, quae Deum in mundo praesentem semper agnoscit, reveretur semper. Quod si feliciter eveniet, Ignatius mortuus suis in filiis reviviscet. Dum per has litteras tecum, dilecte fili, paterno animo agimus, Nostra cogitatio se vertit ad patres illos fratresque qui sub gravi insectatorum manu acerbissimum exsilium et supplicia passi sunt vel etiam patiuntur. Filii dignissimi illi profecto sunt, cum praeclarissimis Societatis Iesu memor iis gloriisque respondeant ! Confessores catholicae fidei sunt, qui ad alios suos fratres honores amplissimos conferunt, iisque exemplum praebent. Deus eos confirmet, quos Nos amantissima voluntate amplectimur. Sed et omnes Ignatii filios amore paterno salutamus, Deum adprecantes ut per patrocinium Sancti Conditoris et Patris vestri Legiferi, sub tutela Beatissimae Virginis Mariae, virtutibus magis cotidie magisque crescant, quae divina gratia validum efficiant instrumentum, quo omnia a divina manu recte gubernentur et ad maiorem Dei gloriam feliciter conducant. Peculiaris Nostrae benevolentiae testem erga inditam Societatem Iesu, tibi, dilecte fili, omnibusque sodalibus curae tuae demandatis qui in quavis terrarum orbis parte commorantur, Apostolicam Benedictionem amantissime in Domino impertimus.

Datum Eomae, apud S. Petrum, die XXXI mensis Iulii, anno MCMLV, Pontificatus Nostri septimo decimo.

PIUS PP. XII

ALLOCUTIO

*Dirigentibus ac Sociis Sodalitatis ab Actione Catholica Belgicae, « Jvanesse Indépendante Catholique Féminine » nuncupatae, XXV annos ab eadem Sodalitate instituta celebrantibus, Romae peregrinationis causa coadunatis**

Le vingt-cinquième anniversaire de votre Association vous a donné, chères filles, membres de la « Jeunesse Indépendante Catholique Féminine » de Belgique, l'occasion de ce pèlerinage à* Rome ; Nous avons ainsi la joie de vous recevoir et de vous féliciter de tout cœur pour le beau tra-

* Habita die 26 Iulii mensis a. 1955

vail accompli par votre mouvement pendant ce quart de siècle. C'est avec prédilection, vous le savez, que l'Eglise considère celles de ses enfants qui, prenant au sérieux les responsabilités de leur vie chrétienne, entrent dans les rangs de l'Action Catholique pour y déployer leur zèle. Les conditions de la civilisation moderne rendent de plus en plus intolérable pour des baptisés l'indifférence pratique à l'égard des aspects sociaux du problème religieux : il faut se déclarer ouvertement pour ou contre le Christ, non seulement en paroles, mais en actes ; il faut que la piété personnelle, les vertus qui ornent une âme fidèle, produisent des fruits de salut pour le prochain. Et comme les efforts dispersés ne peuvent atteindre sérieusement les institutions, les groupes et, en général, le cadre social qui conditionne les activités humaines, l'Action Catholique oriente et coordonne en un faisceau solide les énergies individuelles.

Vous l'avez bien compris, et vous avez la noble ambition de restaurer dans votre milieu la ferveur de l'esprit chrétien. Soyez bien persuadées que l'on vous a confié sur le champ d'opération des forces catholiques un secteur particulièrement délicat. La femme agit principalement dans et parla famille, qui est la cellule-mère de l'organisme social. Même les activités extérieures, qui prennent la jeune fille hors de son milieu familial, doivent en fin de compte contribuer à préparer la future épouse et la future mère; elles doivent lui donner ses qualités indispensables d'educatrice du cœur; son apostolat s'exercera d'abord sur les siens, mais s'étendra ensuite à l'élévation morale et spirituelle d'autres foyers moins favorisés. C'est pourquoi Nous voudrions attirer votre attention sur l'urgente nécessité de former en vous une personnalité chrétienne pleinement capable d'assumer, en face des influences extérieures envahissantes, tyranniques même, la tâche de l'éducation.

Le problème des moyens modernes de diffusion des idées préoccupe beaucoup les responsables de l'Action Catholique; on constate que la presse, la radio, le cinéma, la télévision exercent sur les esprits une pression constante et présentent sans répit une foule d'images, d'impressions, d'opinions, de jugements, qui vont de l'excellent au pire. Les hommes de tout âge, de toute condition, sont exposés incessamment à cette invasion, dont ils ne se défendent souvent que très imparfaitement. Que devient alors le sens de la vie surnaturelle, la connaissance des vérités de la foi, la pratique des vertus de renoncement, de fidélité, de générosité, la conscience d'une présence du Christ dans le prochain et l'attitude charitable à son égard? Comment une mère chrétienne conservera-t-elle à son foyer, éduquera-t-elle en ses enfants ces attitudes

évangéliques, qui témoignent, au sens plein du terme, de la vérité du christianisme? Ne faut-il pas quelle" possède de solides convictions, des sentiments et des réflexes authentiquement chrétiens? A chaque instant, elle doit être en mesure de discerner, parmi les influences innombrables qui pénètrent chez elle et intéressent les siens, celles qui respectent les valeurs chrétiennes et les favorissent; les autres, elle saura les prévenir, les écarter ou les contre-balancer par la ferveur d'une vie intérieure, qui transparaîtra spontanément dans ses paroles, ses gestes et tout son comportement.

Pour en arriver là, et savoir poursuivre à longueur d'années ce travail infiniment délicat, mais dont dépend finalement le niveau spirituel d'un foyer, vous avez dès maintenant à apprendre cet art difficile. Vous apportez sans doute beaucoup d'enthousiasme dans l'accomplissement des tâches apostoliques qui vous sont confiées, mais sachez aussi réfléchir et prier, examiner en groupe ou dans la solitude les principes qui doivent vous inspirer, étudier à la fois les conditions du milieu avec ses déficiences et ses promesses, et la doctrine de l'Eglise qui guidera vos entreprises. Vous vous efforcerez surtout de vivre toujours plus intensément dans P Esprit-Saint, sous l'impulsion de la grâce, que vous irez puiser aux sources sacramentelles. Point de danger alors que vous cédiez aux tentations insidieuses d'une civilisation matérialiste, qui voudrait instaurer ici-bas un faux paradis et risque d'endormir les énergies spirituelles les plus pures dans la facilité, le luxe et le confort.

C'est une ferveur renouvelée de vie intérieure et d'apostolat que Nous vous souhaitons ardemment, comme fruit de votre pèlerinage et de votre contact avec cette terre arrosée du sang des grands Apôtres Pierre et Paul, témoins illustres du Christ dans la Rome païenne de l'antiquité.

Nous appelons aussi les bénédictions céleste sur les jeunes époux qui vous accompagnent : puisse leur vie familiale heureuse et féconde, rayonner cet amour du Christ qui les a unis dans le sacrement de mariage, et qui sera toujours lumière et force dans leurs joies et dans leurs épreuves.

En gage des faveurs divines que Nous invoquons sur vous-mêmes, sur votre mouvement, sur tous ceux qui vous sont chers,* Nous vous accordons paternellement Notre Bénédiction Apostolique.

NUNTIUS KADIOPHONICUS

-CHRISTIFIDELIBUS BRASILIAE, OB CONVENTUM EUCHARISTICUM XXXVI INTERNATIONALEM IN URBE CAPITE S. SEBASTIANI FLUMINIS IANUARII COADUNATIS.*

Entoai ao Senhor novos hinos, ressoem os sens louvores na assembleia dos santos.
Regozije-se o povo de Deus no seu Criador,
e os filhos da Jerusalem celeste exultem no seu Rei.[1]

Venerâveis Irmâos e amados Filhos !

Espectáculo sobremodo grandioso o que nesta hora solene se depara .ao Nosso espirito. Além, no plinto excelso do Corcovado, a estatua do Redentor, de bracos constantemente abertos em cruz, como a repetir, nao so à grande Metropole, estendida a seus pés, mas, baia do Guadanabara em fora, a quantos labutam e sofrem nos mares revoltos da vida : « Vinde a Mim todos os que vivéis sobrecarregados e oprimidos de trabalhos, e Eu vos restaurarci as forças ; vinde, e encontrareis paz e conforto para as vossas almas ! ».[2]

Símbolo eloquente! mas símbolo que nestes dias se tornou maravillosa realidade.

Rendendo imortais graças a Deus, dador de todos os bens, convosco, amados Filhos, exultamos pelas grandiosas homenagens de fé, amor e desagravo, que, à face do céu e da terra, prestastes ao Redentor divino e Rei eucaristico.

Comprazemo-Nos paternamente pelos frutos de bênçao, pelos acréscimos de fervor e vida crista, que todos sem dúvida colhestes nestes dias ^beneoados.

E ja o Nosso espirito se regozija *in Domino* antevendo o salutar apostolado eucaristico, que, de volta aos vossos lares, exercereis com a actividade e exemplo.

Nestes dias tao cheios murtiplicastes as demonstrares de piedade •eucaristica : horas santas de dia e de noite, nos templos e casas religio-

* Datus die 24 Iulii mensis a. 1955.

[1] *Ps.* 149, 1-2.

[2] Cfr. MATTH. 11, 28-29.

sas, nos hospitais e nos cárceres ; comunhöes concorridíssimas para todas as classes da sociedade ; procissöes deslumbrantes por mar e terra ; solenes pontificáis em todos os ritos.

Mas nâo vos bastou tudo isto. Sob a presidencia de honra e com a protecçâo de Nossa Senhora Aparecida, Padroeira do Brasil e Sede da Sapiencia, esmerastes-vos em meditar e estndar os misterios da Realeza eucaristica do Redentor sob todos os seus aspectos, com relaçâo à Igreja, seu Reino eucaristico, aos individuos, à familia e à sociedade.

Abençoada ciencia, que deve ser ciencia de salvaçâo para vos e para muitos. A ciencia da Eucaristia é luz e é fogo : luz que tende a alumiar, fogo que precisa de atear-se. Nao a deixeis esmorecer. Erguei-a bem alto, para que alumie e inflame tudo em torno de vós.

Há hoje por esse mundo trevas tao densas de ignorancia ! tanto gelo de indiferentismo ! Quem sabe realmente o que é a Eucaristia-sacrificio e a Eucaristia-comunhâo?

A Eucaristia-sacrificio : o Calvario dilatado no espaço até encher toda a terra, prolongado no tempo até ao fini dos séculos! No Calvàrio, na hora mais augusta do universo, o sacrificio cruento, em que o Pilho de Deus incarnado operou, imolando-se, a Redençâo do mundo! Na Eucaristia, o mesmissimo sacrificio, renovado de modo incruento, cada dia duzentas, trezentas mil vezes em outros tantos pontos da terra.

Caeli enarrant gloriam Dei! Os céus apregoam a glòria de Deus ! E hoje que a ciencia devassou tantos dos seus incomensuráveis abismos, quanto mais potente nâo ressoa ao nosso espirito esse pregäo da divina gloria! Mas que é todo ele, nem que fosse milhóes de vezes mais poderoso, que é em comparaçâo da glòria literalmente infinita, que no silencio dos nossos altares rende ao Eterno Padre o Deus eucaristico, imolando-se perenemente?

A Terra : um ponto na imensidade do universo ! Mas o sacrificio eucaristico transforma-a num turíbulo imenso, que vai através dos espaços exalando-se em espiráis de glòria infinita ao Creador.

O si scires donum Dei! Oh ! se verdadeiramente se conhecesse e reconhecesse o dom de Deus! Nâo haveria fiel que nos dias do Senhor faltasse em tornar parte activa no divino Sacrificio.

A Eucaristia-comunhâo : o Rei divino que se nos dà a nós. Oh ! se bem se conhecesse e apreciasse devidamente este dom infinito do infinito Amor !

Misterio inefável de uniäo, depois da Uniäo Hipostática e da divina Maternidade, a mais assomborsa e divinizante, que tende a revestir-nos,

nao da púrpura real, mes da Pessoa mesma do Rei divino;[3] a fazer-nos cristiferos, concorpóreos e consanguineos seus;[4] a transformar-nos e converter-nos nele, até podermos dizer que, mais que nos mesmos, é Cristo que vive em nos.[5]

Conseguintemente, misterio de unidade, que incorporando e quase identificando os fiéis com Cristo, tende a uni-los numa só familia, num corpo único, em que palpite um só coraçâo e urna só alma e cada membro zele solícito o bem dos outros, tanto ou mais que o proprio.

Misterio de vida, remedio divino de imortalidade,[6] que sustenta a vida da alma, repara as forças e as renova, neutraliza os germes dos vicios e faz germinar todas as virtudes, desde os lirios da pureza virginal e angélica aos heroísmos do zelo mais sacrificado.

Misterio de energías divinas, armadura invencível da milicia crista. Na era dos mártires, toda a solicitude da Igreja era armar os seus atletas com o Corpo de Cristo para que pudessem aturar até conquistar a coroa.[7] E hoje, onde florescem densas ac palmas do martirio, que ventura para o confessor da fé, se pode abraçar-se com Jesus sacramentado! Ora a vida crista digna de tal nome, que é senäo martirio incruento? carregar a propria cruz e seguir a Cristo? Para resistir às seduçoes do mal, nao diz Ele que é precisa a coragem de todos os sacrificios, mesmo se equivalentes ao de vazar os olhos ou decepar mäos e pés?[8] Se a queréis ter, armai-vos de Jesus sacramentado!

Amados Filhos! quantos no Congresso meditastes os misterios da divina Eucaristía, pensai que o Redentor e Rei eucaristico vos consagrou arautos e apostolos seus, para em toda a parte fazerdes conhecer as maravilhas do seu Amor.

E vos em particular, os que no céu da patria vedes brilhar o Cruzeiro, aceso pelo Criador, como a lembrar-vos constantemente que sois « Terra de Santa Cruz », povo à sombra da cruz nascido, organizado em naçâo à volta do altar e do trono eucaristico, que na Eucaristia encontrastes as melhores energías para « fazer cristandade » e para assegurar com feitos memoráveis a integridade da pàtria e a unidade da fé, que vos en-

[3] **Cfr. Io.** OHRYSOSTOMI, **in** ***Ioann. Homil.,*** 47, **n.** 4; MIGNE, ***PG., t.*** 59, **pol.** 262.

[4] **Cfr.** S. CYRILL. HIEROS., ***Catech. Myst.,*** 4, **n.** 3; MIGNE, ***PG.,*** **t.** 33, **col.** .1100.

[5] **Cfr.** S. THOM.**, in** ***IV Sent.,*** **dist.** 12 **quaest.** 2, **art.** 1 **et** 2.

[6] **Cfr.** S. **I** GN AT., ***Ad Eph.,*** **n.** 20, 2.

[7] **Cfr.** S. CYPRIAN.**, ep.** 54, **n.** 2, 4; MIGNE, ***PL.,*** **t.** 3, **col.** 883, 885; **ep.** 56, **n.** 1, 9; IB.**, t.** 4, **col.** 360, 367.

[8] **Cfr.** MATTH. 18, 8-9.

contrais ai, na Cidade de S. Sebastiäo, fundada ao pé do altar do Senhor, e, quase antes de nascer, salva para a fé católica mais pelo valor haurido na comunhâo, que pela força das armas, vos singularmente deveis voltar a vossos lares, decididos a ser paladinos do Rei eucaristico sempre e por toda a parte, tanto na vida individual como na familiar, tanto na social e civil como na vida pública; para que o Redentor e Rei divino, nâo só de direito, mas de facto, reine em quantos coraçoes palpitam do Amazonas ao Prata, estabelecendo em todos o seu reinado de paz e amor, de justiça e santidade, que só assim será, mesmo temporalmente, segundo as divinas promessas, reino de Ordern e Progresso », de tranquilidade e concordia e prosperidade verdadeiras.

Digne-se o divino Redentor, por intercessilo de Nossa Senhora Aparecida, assistir-vos sempre com a abundancia das suas graças, e seja penhor délas a Nossa paterna Bênçâo Apostólica.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

DECRETUM

PROHIBITIO EPHEMERIDIS

Feria IV, die 13 Iulii 1955

In generali consessu Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii,. Emi ac Revmi Domini Cardinales rebus fidei et morum tutandis praepositi, praehabito RR. DD. Consultorum voto, damnarunt atque prohibuerunt ephemeridem quae inscribitur :

Katolicke Noviny, *Praha.*

Et die 15 eiusdem mensis et anni, Ssmus D. N. D. Pius divina Providentia Pp. XII relatam Sibi Emorum resolutionem adprobavit, confirmavit et publicari iussit.

Datum Romae, ex Aedibus S. Officii, die 22 Iulii 1955.

Marius Crovini, *S. S. Congr. S. Officii Notarius*

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

TOLETANAE et ALIARUM

DECRETUM

DE MUTATIONE FINIUM DIOECESIUM

Initis inter Sanctam Sedem et Hispanicum Gubernium die xxvn mensis Augusti anno 1953 solemnibus Conventionibus de finibus dioecesium, Exc. P. D. Hildebrandus Antoniutti, Archiepiscopus titularis Synnadensis in Phrygia et in Hispania Nuntius Apostolicus, ut dioecesium Toletanae, Abulensis, Conchensis et Seguntinae interim immutarentur fines ab Apostolica Sede postulavit.

Sanctissimus Dominus Noster Pius Divina Providentia PP. XII, attentis favorabilibus votis Ètmi P. D. Henrici S. R. E. Cardinalis Pia y Deniel, Archiepiscopi Toletani, necnon Excmorum PP. DD. dioecesium memoratarum Ordinariorum, animarum bono satius consulere cupiens, oblatis precibus benigne annuendum censuit.

Quapropter, suppleto, quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, de plenitudine Apostolicae potestatis, praesenti Consistoriali Decreto perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, separat :

1. ab archidioecesi Toletana territorium in fines provinciae civilis vulgo « Guadalajara » patens et archipresbyteratus vulgo nuncupatos *Guadalajara, Brihuega, Pastrana, Tomajón* continens, quod ad eam hucusque pertinuit;

2. a dioecesi *Abulensi* undetriginta paroecias quae in territorio civilis provinciae « Toledo » appellatae inveniuntur ;

3. a dioecesi *Conchensi* novem paroecias quae pariter in fines civilis provinciae vulgo « Toledo » sese extendunt, atque territorium quod finibus civilis provinciae vulgo « Guadalajara » comprehenditur, archipresbyteratum constituens *Bacedón* appellatum.

Mutatis hac ratione praefatarum dioecesium finibus, idem Sanctissimus Dominus Noster adscribit :

1. archidioecesi *Toletanae* undetriginta paroecias e dioecesi Abulensi et novem paroecias a dioecesi Conchensi per praesens Decretum distractas ;

2. dioecesi *Seguntinae* territorium ab archidioecesi Toletana, utpote in- finibus provinciae civilis vulgo « Guadalajara » situm, per praesens separatum, atque territorium a dioecesi Conchensi sejunctum, seu quem supra memoravimus archipresbyteratum *Sacedón.*

Mandat insuper Sanctitas Sua ut omnia acta et documenta omnium de quibus agitur paroeciarum clericos, fideles et bona temporalia respicientia, ab eis ad quos spectat, quam primum fieri poterit, suae cuique Curiae Episcopali tradantur..

Ad clerum autem quod attinet, decernit ut simul ac praesens Decretum ad effectum deductum fuerit clerici dioecesi illi censeantur incardinati in cuius territorio legitime degunt.

Ad haec omnia exsecutioni mandanda Sanctissimus Dominus Noster memoratum Exc. P. D. Hildebrandum Antoniutti deputare dignatus est, necessarias et opportunas ei tribuens facultates, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate consti-

tutum, oner,e imposito ad S. Congregationem Consistorialem, quam primum, remittendi authenticum exemplar actus peractae exsecutionis.

Datum Romae, ex Aedibus S. C. Consistorialis, die 20 Maii 1955.

Fr. A. I. Card. PIAZZA, Ep. Sabinen, et Mandelen., *a Secretis*

L. *Cß* S.

Iosephus Ferretto, *Adsessor*

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

DE KOANGO (KIKUITEN.)

DECRETUM

VICARIATUS APOSTOLICUS DE KOANGO DEINCEPS KIKUITENSIS APPELLABITUR.

Cum in Colgo Belgico, ob multiplices peractas per annos territorii de Koango dismembrationes, nomen eiusdem Vicariatus Apostolici non amplius rerum conditioni responderet, visum est Eimis ac Revmis Patribus Cardinalibus, huius Sacri Consilii Christiano Nomini Propagando regimini praepositis, in plenariis comitiis, die 14 mensis Februarii vertentis anni habitis, ad memorati Vicariatus nominis mutationem procedere.

Itaque, re mature perpensa, iidem Emi Patres Vicariatum de Koango deinceps Vicariatum Apostolicum Kikuitensem, a nomine Kikwit, quae urbs eiusdem Vicariatus est princeps, et in qua Ordinarius sedem habet, appellandum censuerunt.

Quam sententiam Sacra Congregatio de Propaganda Fide, de mandato Sanctissimi Domini Nostri Pii Divina Providentia Papae XII, nempe vigore facultatum ab Eodem Sanctissimo Domino Nostro sibi specialiter concessarum, ratam habuit et confirmavit, praesensque ad rem Decretum confici iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 21 mensis Februarii a. D. 1955.

P. Card. FUMASONI BIONDI, *Praefectus*

L. © S.

f P. Sigismondi, Archiep. tit. Neapolitan., *a Secretis*

ACTA TRIBUNALIUM

VICARIATUS URBIS TRIBUNAL

Citatio edictalis

ROMANA

NULLITATIS MATRIMONII (ZOUBOFF-VILLIERS)

Cum ignoretur locus actualis commorationis domini Renati Villiers du Terrage, in causa conventi, eumdem citamus ad comparendum, sive per se sive per Procuratorem legitime constitutum, in sede Tribunalis Primae Instantiae Vicariatus Urbis (Roma, Via della Pigna 13 a) die 26 Septembris 1955, hora 16[a] sive ad concordandum de dubio disputando vel infrascripto subscribendum, sive ad diem designandam qua habebitur interrogatorium viri conventi.

An constet de matrimonii nullitate in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedicti domini Renati Villiers du Terrage, curare debent ut de hac edictali citatione ipse moneatur.*

B. Prévôt, *Vices-Officialis*

Ex Cancellaria Tribunalis Primae Instantiae Vicariatus Urbis, die 15 Iulii 1955.

V. Fr azzano, *Cancellarius*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M. René Villiers du Terrage, défendeur en cette cause, nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de Première Instance du Vicariatus Urbis (Roma, via della Pigna 13 a) le 26 Septembre 1955, à 16 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapparté, et fixer le jour de l'interrogatoire du défendeur.

Conste-t-il de la nullité du mariage dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les Curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissances du lieu de la résidence du dit René Villiers du Terrage, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di nominare :

20 luglio 1955. Il Revmo Padre Callaey Fredegando, dell'Ordine dei Frati Minori Cappuccini, *Consultore della Sacra Congregazione de Propaganda Fide.*

7 agosto » I Reverendi Sacerdoti Caretta Antonio, Gemmiti Vito e Di Pasquale Angelo, *Maestri Soprannumerari delle Cerimonie Pontificie.*

Parimente con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di nominare :

Assistenti al Soglio Pontificio :

17 dicembre 1954. S. E. Revana Monsig. Vebr Urbano G., Arcivescovo di Denver.

17 febbraio 1955. S. E. Revma Monsig. Remiger Giovanni Nepomuceno, Vescovo titolare di Dadima.

22 maggio » S. E. Revma Monsig. Binaschi Gaudenzio, Vescovo di Pinerolo.

Protonotari Apostolici ad instar participantium :

16 aprile 1954. Monsig. Hirt Simone, dell'arcidiocesi di Friburgo in Brisgovia.

21 » » Monsig. Gomes Restrepo Guglielmo, dell'arcidiocesi di Medellìn.

25 settembre » Monsig. Miguelez Lorenzo, della diocesi di Tuy.

27 » Monsig. Galligan Eugenio, della diocesi di Ballarat.

29 dicembre Monsig. Dolan Bernardo J., dell'arcidiocesi di Los Angeles.

30 » » Monsig. Brunini Giuseppe B., della diocesi di Natcbez.

23 marzo 1955. Monsig. Mozier Agostino, della diocesi di Camden.

2 maggio » Monsig. Piccolo Giuseppe, della diocesi di Gerace-Locri.

21 » » Monsig. Trossi Giuseppe, dell'arcidiocesi di Torino.

11 giugno » Monsig. Verzeroli Bartolomeo (Roma).

16 » » Monsig. Barlassina Giovanni, della diocesi di Novara.

16	giugno	1955.	Monsig. Baroli Giulio, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Poletti Ugo, della medesima diocesi.
8	luglio	»	Monsig. Senerchia Giovanni, della diocesi di Bovino.

Prelati Domestici di Sua Santità :

18	febbraio	1950.	Monsig. Keenan Leo, della diocesi di Rockford.
»	»	»	Monsig. Krug Michele, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Laffey Giovanni, della medesima diocesi.
9	gennaio	1952.	Monsig. Pascher Giuseppe, delParcidiocesi di Monaco e Frisinga.
»	»	»	Monsig. Schmaus Michele, della medesima arcidiocesi.
24	febbraio	1954.	Monsig. Lindner Domenico, della medesima arcidiocesi.
25	marzo	»	Monsig. Pothanamuzhy Matteo, delParcidiocesi di Ernakulam.
12	aprile	»	Monsig. Thayil Giacomo, della diocesi di Mysore.
21	»	»	Monsig. Alvarez Pietro Lodovico, delParcidiocesi di Medellin.
23		»	Monsig. Perler Othmar, della diocesi di Friburgo.
10	maggio	»	Monsig. Isaza Mejia Carlo, delParcidiocesi -di Manizales.
15	»	»	Monsig. Jansen Ermanno, delParcidiocesi di Colonia.
1	giugno	»	Monsig. de Oliviera Michele' Augusto, della diocesi di Porto.
14	»	»	Monsig. Delgadillo Felice, delParcidiocesi di Sucre.
1	luglio	»	Monsig. Noetscher Federico, delParcidiocesi di Colonia.
Ad perpetuam rei memoriam. — Nostra quam maxima iugiter fuit cura ut, Romanorum Pontificum Decessorum Nostrorum vestigiis insistentes, fideles ad pietatem in Deum atque in Deiparam Virgili em excitaremus. Nunc autem haud sine animi gaudio accipimus fideles urbis ac dioecesis Riopretensis impensam exhibere religionem erga Beatam Virginem Mariam cuiusvis labis ab origine nesciam, quam « Senhora Aparecida)) vulgato appellant nomine, seu « Nostram Dominam ab Apparitione ». Etenim, cum novum magnificentiusque in eadem Episcopali urbe aedificari Mariale Templum ab Ordinario loci statutum esset, idem Templum fidelium sumptibus et largitionibus ac potissimum studio et opera Fratrum Minorum Franciscanum, quorum curae commissum est, quinque vix annis fuit extructum et anno MCMXXXXIII sollemniter consecratum. Amplitudine vero et longitudine nec non cel-

sissima turri est conspicuum, atque decem, praeter Aram maximam, marmoreis altaribus affabre exornatum. Anno insuper MCMXXXXIX in eodem Templo Eucharisticus simul et Marialis ex tota ecclesiastica Provincia Conventus, Dilecto Filio Nostro Carolo Carmelo S. R. E. Presbytero Cardinali de Vasconcelos Mota, Archiepiscopo Sancti Pauli in Brasilia, moderante, sollemni ritu habitus fuit. Huc peregrinantium more fidelium turmae, Immaculatam Virginem tamquam Patronam deprecaturae, conveniunt; hinc ipsius Virginis Mariae Simulacrum ad totam dioecesim invisendam religiosa pompa bis avectum est. Quibus omnibus perpensis, dilectus filius, hodiernus Curio, una cum Sodalibus Minoribus Franciscalibus nec non civibus et piis advenis, Venerabilem Fratrem Libanium Lafayette, Episcopum Riopretensem, adiit ut is a Nobis honorem impetraret quo, hoc arino Immaculatae Conceptioni Beatae Mariae Virginis praecipue dicato, memoratum Templum Basilicae Minoris nomine ac iure augeretur. Quae vota, ad tantam Marialem pietatem magis augendam et congruo per Nos afiiciendam praemio, libenti animo explere volentes, ex consulto Sacrae Rituum Congregationis, certa scientia ac matura deliberatione Nostra atque Apostolica Nostra auctoritate, praesentium Litterarum vi perpetuumque in modum Ecclesiam paroecialem, Deo in honorem Beatae Mariae Virginis Immaculatae, quae « Nossa Senhora da Conceiçao Aparecida » vulgo nuncupatur, dicatam atque in urbe ac dioecesi Riopretensi in Brasilia exstantem, honoribus ac privilegiis *Basilicae Minoris* decoramus atque af&cimus. Contrariis quibuslibet minime obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos pertinent seu pertinere poterunt, nunc et in posterum, plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse et definiendum : irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, «cienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die iv mensis Iunii, anno MCMLIV, Pontificatus Nostri sexto decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO BRUGNOLA
a Brevibus Apostolicis

II

BEATA MARIA V. AB ORIGINE IMMACULATA TOTIUS CIVITATIS AMAZONENSIS IN BRASILIA PATRONA CAELESTIS CONFIRMATUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Primae labis expertem Deiparam cives Amazonenses in Brasilia praecipuis, ut accepimus, perpetuisque venerantur obsequiis. Jamvero, qui primi eam regionem subegerunt, oppido « Manaos » condito, quod princeps evasit, eandem in fidem atque tutelam Beatae Mariae Virginis Immaculatae tradere voluerunt. Est igitur intaminati Deiparae Conceptus tanta apud eam gentem religio ut dies eius festus maximis celebretur sollemnibus eademque Dei Mater, illo nomine invocata, peculiaris habeatur Tutrix et Patrona. Vertente autem hoc Mariano Anno, quo memoria semel saecularis definiti huiusce catholicae doctrinae capitis per universam agitur Ecclesiam, Venerabilis Prater Albertus Gaudentius Ramos, Archiepiscopus Manäensis, quocum supplicationes sociarunt alii Antistites, Clerus, publicae rei Moderatores et populus fidelis, Nos rogavit ut Beatam Mariam Virginem ab origine Immaculatam Civitatis Amazonensis caelestem Patronam renuntiaremus. Quibus precibus libenter admissis, Nos, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Beatam Mariam Virginem ab origine Immaculatam totius Civitatis Amazonensis in Brasilia praecipuam apud Deum Caelestem *Patronam* confirmamus seu eligimus, constituimus, declaramus, omnibus adiectis honoribus et privilegiis liturgicis, quae principalibus regionum Patronis rite competunt". Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si

quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Eomae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die iv mensis Iunii, anno MCMLIV, Pontificatus Nostri sexto decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis;

GILDO PRUGNOLA
a Brevibus Apostolicis

III

CONSTITUTIONES ORDINIS BASILIANI SANCTI IOSAPHAT APPROBANTUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Divus Basilius Magnus, monachorum vitae communitatem profitentium auctor ac legifer pater, eo praecipue mentem intendit ut Evangelii praecepta de christiana perfectione monachorum in religiosa societate degentium condicioni accommodaret, quam,, utpote Christi doctrinae magis congruentem, anachoretarum institutis» anteferendam esse edixit. Quam in coenobio vivendi rationem, pro ingenii sui ubertate, luculenter exposuit in libris, quos de pietatis cultu scripsit,, maxime vero Regulis, quas fusiores et breviores appellant, ac quibus, quasi fundamento nisum, laudatum hoc vitae genus in Orientis atque etiam Occidentis partes est feliciter provectum. Ex Orientalium vero consuetudine in Ecclesia quoque Ruthena, ab ipsis rerum eius initiis, haec vitae Deo devote societas floruit viguitque, auctore praesertim Sancto Theodosio Peceriensi, eiusdem Ecclesiae Coenobiarcha, cuius typicon, quod' dicitur, Sancti Basilii instituta complectens atque e ((Laura » Peceriensi ceteris eiusdem Ecclesiae asceteriis in exemplum praefulgens, communem quandam praebuit sacrae huic militiae normam. Monasteria, deinde, in regione Metropolitana Kioviensi sita, postquam Ruthenorum Ecclesia est cum hac Apostolica Sede, saeculo xvi, iterum coniuncta, in unam Congregationem Sancti Basilii Magni, a Iosepho Velamin Rutskyj, Metropolita, — annitente Sancto Iosaphat, Archiepiscopo Polocensi, Martyre, — anno millesimo sexcentésimo septimo decimo, constitutam, paulatim coaluerunt. Quam monasteriorum coagmentationem seu Congregationem imprimis Urbanus PP. VIII, Decessor Noster, anno millesimo

sexcentésimo tricesimo primo, probavit, eandemque, cum iam omnia asceteria illa uno Sancti Basilii Ordine continerentur, Benedictus PP. XIV, item Decessor Noster, anno millesimo septingentésimo quadragesimo quarto, sua confirmavit auctoritate. Cum autem Basilianus Ordo, post florentissimas res, temporum iniquitate, scilicet saeculo vergente decimo octavo, magna cepisset detrimenta, quandoquidem potior eius pars a summa Russorum potestate adempta fuerat atque deleta, Pius PP. VII et Pius PP. IX, Decessores Nostri, providenti consilio eius statum sublevare conati sunt. Leo autem PP. XIII, imm. mem., Litteris Apostolicis, die duodecima mensis Maii, anno millesimo octingentesimo octogesimo secundo, sub anulo Piscatoris expeditis, decrevit, ut eadem religiosa Sodalitas novis legibus atque institutis ordinaretur; quo ex praescripto novae conditae fuere Constitutiones, quas denique, anno millesimo nongentesimo nono, Sanctus Pius PP. X, uti certas atque absolutas, approbavit. Quae quidem Constitutiones ad canones Litterarum, quas die nona mensis Februarii, anno millesimo nongentesimo quinquagesimo secundo, motu proprio dedimus ad Orientales Ecclesias, a Sacro Consilio hisce ipsi praeposito sunt accomodatae. Preces igitur ad Nos admotae sunt, ut eas Nostra auctoritate approbaremus ; quibus, ut Nostram in hanc religiosam Sancti Basilii familiam significaremus voluntatem, libenti animo statuimus obsecundare. Quapropter, e Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali consulto, omnibus attente perpensis, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Constitutiones Ordinis Basiliani Sancti Iosaphat, a memorato Sacro Consilio rite recognitas, approbamus et confirmamus iisque Apostolicae sanctionis robur adicimus, dummodo conveniant cum exemplo, quod in Tabulario Sacrae eiusdem Congregationis pro Ecclesia Orientali asservatur, et cuius prima verba sunt : « Ordo noster " Ordo Basilianus Sancti Iosaphat " nuncupatur », extrema autem : « Huic disciplinae de peccatis reservatis cum censura subiciuntur omnes professi ». Hisce simul Litteris et auctoritate Nostra abrogamus et abrogata esse declaramus ea omnia, quae hisce Constitutionibus, per Nos approbatis, non continentur. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irri-

tumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis,, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Eomae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xiv mensis Iunii, festo Sancti Basilii Magni, Episcopi et Ecclesiae Doctoris, anno MDCCCCLIV, Pontificatus Nostri sexto decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotii»

GILDO PRUGNOLA
a Brevibus Apostolicis

IV

BEATA MARIA V. IMMACULATA ET SANCTUS LEANDER EP. TOTIUS HUELVENSIS DIOECESIS PATRONI AEQUE PRINCIPALES CONSTITUUNTUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Ut recens sati agri peculiari indigent cultu atque curatione, ita novas ab hac Apostolica Sede institutas dioeceses singulari expedit frui patrocinio caelesti quo magis vigeant laetioresque edant fructus. Recte igitur Dilectus Filius Petrus Cantero Cuadrado, Episcopus dioecesis Huelvensis, anno proxime elapso per Nos erectae, Nos rogavit ut Beatam Mariam Virginem primae labis expertem, centesimo expleto anno ab Eius immaculato conceptu ab Ecclesia definito, et Sanctum Leandrum, olim Episcopum dioecesis Hispalensis, **a** qua Huelvensis fuit seiuncta, regionis, cui sacra praeest potestate, caelestes Patronos renuntiaremus. Quibus votis, pro pastorali Nostra cura, quam etiam in novam hanc dioecesim intendimus, libenti animo statuimus obsecundare. Quapropter, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia et matura deliberatione Nostra deque Apostolica potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Beatam Mariam Virginem ab origine Immaculatam, dioecesis Huelvensis caelestem apud Deum *Patronam* aeque principalem cum Sancto Leandro, Episcopo et Confessore, constituimus, facimus, renuntiamus, omnibus adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis quae principalibus dioecesium Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis non obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sor-

tiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Eomae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xiv mensis Iunii, anno MDCCCCLIV, Pontificatus Nostri sexto decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis;

GILDO PRUGNOLA
a Brevibus Apostolicis

V

ECCLESIA SANCTAE RITAE, VIDUAE, IN OPPIDO CASSIA, NURSINAE DIOECESIS, AD HONOREM BASILICAE MINORIS EVEHITUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Sanctae Ritae a Cassia « veneratio» et cultus, ut ait Decessor Noster Leo Pp. XIII, fel. rec, non modo Umbriae atque Italiae fines est praetergressus, sed Europam universam occupavit, vigetque etiam in novo Orbe florentissimus, magnis assiduisque prodigiis a Christo altus atque auctus ». Quae verba, nedum longa obscuraverit dies, confirmata potius post undecimum lustrum et luculentiora evasisse nemo est, quin videat. Verumtamen, si nulla fere tellus validi Ritae patrocinii est expers, Cassia, eius sacri corporis custos fidelissime et sanctitatis quondam spectatrix, est felix locus, quem elegit Deus, ubi huius intercessionis potentiam ostenderet maxime. Vix enim dici potest,, quot Christifidelium turmae, ex dissitis etiam regionibus, eo accurrant toto fere anni tempore ad vota solvenda, et, maculis emundata conscientia, sacra reficiantur Synaxi. Nihil ergo mirum, si novissimis hisce temporibus, loco veteris Ecclesiae, alteram aedificare necesse fuit, quae tantae fidelium frequentiae ac celebritati sufficeret. Nec sane praetermissum ab arte et natura id exquirere, quod novum templum ornaret et excoleret. Sub aërio tholo, multorum colorum renident lectissima marmora ac tessellata opera, egregiorumque pictorum ars sub oculos intuen-

tium subicit Sanctae Ritae gloriosos fastos, Angelorum choros, et divinae religionis mysteria. Iuvat etiam memorare Monialium Sancti Augustini alacre assiduumque ministerium, decorum caerimoniarum officium, supellectilem copiosam et pretiosam. Nec praetereundum videtur non longe ab hoc pietatis deversorio aedes esse constitutas, ubi pupillae aluntur et instituuntur, ex omnibus terrae partibus collata stipe. Quibus omnibus attente perpensis, Venerabilis Frater Hilarius Boatta, episcopus Nursinus, preces amplissima Dilecti Filii Nostri Nicolai S. B. E. Protodiaconi Cardinalis Canali, Ordinis Eremitarum Sancti Augustini Protectoris, commendatione suffultas, Nobis adhibuit, ut hoc Templum Basilicae Minoris nomine ac iure donaremus. Nos autem, qui Christifidelium pietatem et sanctimoniam omni modo adaugere cupimus, libenti animo his votis statuimus obsecundare. Quapropter, e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra, deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum, Ecclesiam Sanctae Ritae, Viduae, in oppido Cassia dicatam ad honòrem *Basilicae Minoris* evehimus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis, quae Templis itidem insignibus rite competunt. Contrariis quibuslibet nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in perpetuum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidpiam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum ex Arce Gandulfi, sub anulo Piscatoris, die i mensis Augusti, anno MCMLV, Pontificatus Nostri septimo decimo.

PIUS PP. XII

EPISTULAE

I

AD BXCMOS PP. DD. PAULUM MEOUCHI, EPISCOPUM TYRENSEM, PETRUM DIB, EPISCOPUM CAHIRENSEM, IGNATIUM ZIADÉ, ARCHIEPISCOPUM BERYTENSEM, PROCURATORES SEU COMMISSARIOS APOSTOLICOS APUD MARONITARUM PATRIARCHATUM^ CETEROSQUE EIUSDEM PATRIARCHATUS EPISCOPOS.

PIUS PP. XII

Venerabiles Fratres, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Nos, quemadmodum et universi dilecti Nobis Maronitae, valde doluimus, cum pii obitus nuntium percepimus desideratissimi Patriarchae Antonii Petri Arida, qui, devexa aetate consumptus gravique infirmitate correptus, die **XIX** volventis mensis, in festo Ascensionis Domini Nostri Iesu Christi, terrestrem suam vitam finivit ; ita eius animae, fusis Deo precibus, sempiternae lucis et pacis praemium deposcimus, haud sine laude memorantes ipsum patriarchale munus, amplius quam viginti ante annos sibi creditum, nobili testamento tradito absolvisse, quo vestrates adhortatus est, ut erga Catholicam Ecclesiam et Beatissimi Petri Cathedram avitam observantiam semper animis defixam et immotam retinerent. Hisce in luctuosis adiunctis rerum Nos, qui Ecclesiam apud Maronitas vigilanti amantique voluntate prosequimur, in has necessarias vel opportunas Nostras Summi Ecclesiae Antistitis convertimus curas, unice animorum salute ob oculos habita, ut Nobis fas est, qui, licet indigni, divini Redemptoris in terris gerimus vices. Nemo, cui Orientalium Ecclesiarum historia perspecta sit, ignorat aut parvi pendit multiplicia testimonia, quibus Romani Pontifices peculiaris benevolentiae sollicitudines in inditam Maronitarum gentem ediderunt; itemque quisque novit eandem — idque in maximam laudem vestram vertat — deditissimis amoris et pietatis obsequiis tanto paternae caritatis affectui respondere contendisse. Recens quoque providae Apostolicae Sedis curae et obsequii vestri pietas denuo patefactae sunt cum Nos, impenso studio erga istam Ecclesiam permoti, quae varias ob causas peculiaribus laborabat difficultatibus, et profectum vestrum, Venerabiles Fratres, exoptantes, ad vos tres misimus sacrorum Antistites, ex vobis ipsis delectos, ***qui,*** congruenti potestate instructi, Procuratorum Nostrorum partes

apud Patriarchatum istum, sive ad spiritualia sive ad temporalia negotia quod attineret, agerent. Ii sane gravi sibi commisso munere, quoad rerum condiciones sinerent et quo meliore fieri posset modo, perfungi connisi sunt, atque constantes esse studuerunt — ut oblata ea occasione ad vita functum Patriarcham scripsimus — « sive sacris pastoribus sive christifidelibus consiliarii sapientes atque in praesentibus rerum adiunctis fidi ductores ». At vero Nos vos, Procuratores Nostri, officium vestrum explevisse existimamus; quare, cum debitas ex animo gratias vobis omnibus ac singulis persolvimus (memoriam quidem haud oblitterantes desideratissimi Abdallah Khoury, qui dum Procurator Noster erat, diem supremum obiit), tum per praesentes has Litteras declaramus atque decernimus Apostolico Consilio, a Nobis apud Maronitarum Patriarchatum Litteris Apostolicis « Christiani Orientis » et « Praeclaro Decessorum », die xxvm mensis Maii anno MCMXXXXVIII datis, constituto, finem imponere. Vos autem plane nostis, Venerabiles Fratres, vi huius extra ordinem provisionis Nostrae, quam supra memoravimus, ius Patriarchatu providendi, hoc praesenti in casu, ad Apostolicam Sedem penitus "transferri, sicuti ecclesiasticae iubent leges, et ubique perpetuo in more fuit. Cuius quippe rei conspicuum exemplum apud vestram quoque reperitur historiam, cum per f. r. Decessorem Nostrum Benedictum xiv, qui pontificiae auctoritatis robore Montis Libani Synodum confirmavit, Simon, Damascenus Maronitarum Antistes, Patriarcha vester nominatus est. Quamobrem, cum pro Nostro studio ac Supremi Apostolatus officio omnino vitare compellamur, ne apud Maronitas Patriarchalis Ecclesia sui auxilio Pastoris diutius destituatur, dum ei tot instant pericula, iterum Nostram in ipsam intendimus curam atque eiusdem Patriarchatu prospicimus, ea quae in istorum christifidelium profectum nuper statuimus ampliore provisu complentes. Itaque probis atque unanimis bonae opinionis testimoniis rite expensis, quibus Venerabilis Frater Paulus Meouchi, Episcopus Tyrensis Maronitarum idemque hactenus Apostolici Consilii Praeses, apud Nos ac vos ipsos commendatur, de consilio Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali et ex Apostolicae Potestatis Nostrae plenitudine, eum a Sede Tyrensi Maronitarum ad Sedem Patriarchalem Antiochiae Maronitarum transferimus, et horum Ecclesiae Patriarcham ac pastorem deligimus et constituimus, eidem omnino committentes curam, regimen et administrationem Ecclesiae Antiochenae apud Maronitas, tum ad spiritualia cum ad temporalia quod spectat. Venerabili ideo Fratri Paulo Meouchi praecipimus et mandamus ut, simul atque has Nostras exce-

perit Apostolicas Litteras, possessionem capiat, nulla interiecta mora, Patriarchalis Sedis ét òmnibus ac singulis utatur et fruatur iuribus, auctoritate seu potestate, iurisdictione, honoribus, privilegiis ceterisque huiusmodi, quae ad Patriarcham eiusdem Ecclesiae pro tempore utcumque pertinent, quibusque decessores eius Patriarchae fruiti sunt. Volumus autem, ut novus Patriarcha antequam regimen et administrationem supra dictae Ecclesiae Patriarchalis utcumque suscipiat, coram Episcoporum coetu catholicae fidei professionem ac sueta iurisiurandi verba proferat, iuxta formas praesentibus Litteris adnexas, quas, rite subscriptas, ad Sacram Congregationem pro Ecclesia Orientali is quam primum transmittere curabit. Sacrum Pallium vero, plenitudinis officii pontificalis insigne, de corpore Beati Petri Apostoli sumptum, Venerabili Fratri Paulo comparabimus, cum is a Nobis instanter, ut fieri solet, illud postulaverit. Venerabiles Fratres, opus esse minime ducimus vos certiores facere huiusmodi Patriarchalis Sedis provisu, extra ordinem peracto, Nobis in animo haud fuisse ius vestrum de Patriarcha deligendo, a Sede Apostolica probatum, aliquo modo immutare. Dum igitur supplices Christum, sempiternum Regem et Pastorem exoramus, ut benigne concedat istam Ecclesiam, novo Patriarcha prudenter seduloque moderante, prosperioribus usque uti eventibus et nova suscipere incrementa virtutum, adhortamur vos et mandamus, hisce datis Litteris Nostris, ut eidem Patriarchae oboedientiam reverentiamque debitam sedulo exhibeatis. Pariterque clerum, seu saecularem seu religiosum, universumque Maronitarum populum hortamur iisque omnibus praecipimus, ut modo Electum pastorem ac patrem habeant eaque observantiae et fidelitatis documenta ipsi praebeant, quae venerandae apud Maronitas Ecclesiae merito virtuti tribuuntur et laudi. Haec vobiscum communicantes, pro certo habemus vos, pro spectabili qua exornamini erga Beati Petri Cathedram reverentia, praesentia paternae Nostrae sollicitudinis praescripta eiusmodi excepturos esse animi alacritate, ut ad haec in rem deducenda diligenter pro viribus incumbatis. Neque dubitantes in religionis ac reipublicae bono provehendo impigram, ut ante hac, vos esse operam locaturos, unicuique vestrum, Venerabiles Fratres, itemque clero et christifidelibus vigilantiae vestrae commissis Apostolicam Benedictionem, supernae liberalitatis auspicem, amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die XXV mensis Maii, anno MCMLV, Pontificatus Nostri decimo septimo.

PIUS PP. XII

II

AD EXCMUM P. D. IOSEPHUM FREUNDORFER, EPISCOPUM AUGUSTANUM VINDELICORUM, OB COMMEMORATIONEM POST DENA SAECULA S. UDALRICI, AUGUSTINI EPISCOPI, AUCTORIS VICTORIAE A CHRISTIANIS APUD ((LECHFELD)) RELATAE.

Sie haben, ehrwürdiger Bruder, Uns eingehend berichtet über das Jahrtausendgedächtnis der Schlacht auf dem Lechfeld, vor dem Ihre Bischofsstadt unmittelbar steht, und Uns das reichhaltige Programm vorgelegt das aus der Jubiläumsfeier « Tage abendländischen Bekenntnisses » gestalten und sie mit einem « grossen katholischen Bekenntnistag » abschliessen will. Für diese Festwoche und für alle mit ihrem Geist sich Erfüllenden bitten Sie Uns um die Kraft des Apostolischen Segens.

Zu Tagen abendländischen Bekenntnisses—heute, wo die abendländische Kultur unter schwerster Bedrohung steht, ist die Erinnerung an die Schlacht auf dem Lechfeld wie geschaffen. Augsburg, die alte Augusta Vindelicorum, hat aus dem Altertum aufsteigend den wechselvollen Weg der abendländischen Geschichte über das Mittelalter in die neue und neueste Zeit zurückgelegt. In Ulrich, dem grossen und heiligen Bischof, ist die innere Kraft des christlichen Abendlandes, der katholische Glaube, das Beten und das Schaffen religiöser und kultureller Werte aus diesem Glauben eindrucksvoll verkörpert. Der Sieg der Königs und nachmaligen Kaisers Otto des Grossen über die Ungarn aber hat das christliche Abendland vor einer unheimlichen Gefahr aus dem heidnischen Osten gerettet. Die Schlacht auf dem Lechfeld steht in einer Linie mit dem Kampf und Sieg Karl Martells zwischen Tours und Poitiers im Jahre 732, wie auch mit dem glazvollen Sieg unter den Mauern Wiens im Jahre 1683 durch Karl von Lothringen und den Polenkönig Sobieski, damals als es Papst Innozenz XI. und Kaiser Leopold geglückt war, einen europäischen Schutzwall gegen jene furchtbare Bedrohung des christlichen Abendlandes zu errichten.

Die katholische Kirche ist nicht eins mit der abendländischen Kultur. Sie macht sich überhaupt nicht eins mit irgend einer Kultur ; wohl aber ist sie bereit, mit jeder Kultur einen Bund zu schliessen : sie erkennt gerne an, was in jeder dem Werk des Schöpfers nicht widersprechend, was mit der Würde des Menschen und seinen naturgegebenen

Rechten und Pflichten vereinbar ist, pflanzt aber darüber hinaus den Reichtum der Wahrheit und Gnade Jesu Christi in sie ein und erreicht dadurch, dass die verschiedenen Kulturen, so fremd sie sich gegenüberzustehen schienen, einander nahe kommen und wirklich Schwestern werden. Die Geschichte der Mission und Ausbreitung des Christentums und der Kirche von den Zeiten der Völkerwanderung bis heute ist ein überzeugender Beweis für den Segen, der von der katholischen Kirche auf die Kulturen ausgeht. In diesem Sinne ist auch die Kirche für die Erneuerung und Stärkung der abendländischen Kultur.

Damit ist schon ausgesprochen, worin die Erneuerug der abendländischen Kultur beschlossen liegt; eben darin, dass der abendländische Mensch die Wahrheit und Gnade Christi von neuem bejaht, bekennt, in sich aufnimmt und zur lebendigen Grundlage des gesamten Daseins macht. In der Auseinandersetzung mit der neuen Lebensform des materialistischen Ostens behauptet das Abendland, für die Menschenwürde und die Menschenrechte, an erster Stelle für die Freiheit des Einzelnen einzustehen. Er möge aber nicht übersehen, dass die Würde und die Rechte des Menschen — seine persönliche Freiheit ganz besonders — sich gegen ihn wenden, ja dass sie sich selbst aufheben, wenn sie genommen werden in Einheit mit den Bindungen, den Pflichten, mit denen die Ordnung der Natur wie der Gnade sie unlöslich verknüpft hat und die im Gebot Gottes und Gesetz Christi dem Menschen entgegentreten. Eine Tagung wie die in Augsburg wird nicht an der Frage vorbeigehen dürfen, wie viele Männer und Frauen das Abendland noch zählt, denen für die Heilighaltung jener Bindungen kein Einsatz zu hoch ist.

Die Stadt Augsburg gedenkt im laufenden Jahr noch eines anderen folgenschweren Ereignisses, das sich in ihren Mauern abgespielt hat : der am 25. September 1555 geschehenen Unterzeichnung des sogenannten « Augsburger Religionsfriedens ». Er besiegelte die religiöse Spaltung Deutschlands. Das Gemeinwohl des Reiches wie der Kirche, für die es um Sein oder Nichtsein innerhalb der deutschen Grenzen ging, rechtfertigte die Unterschrift der katholischen Fürsten unter den Religionsvertrag. Man wird es Uns aber nicht verdenken, wenn Wir im Bruch der religiösen Einheit Deutschlands und Europas das schwerste Verhängnis erblicken, welches das christliche Abendland und seine Kultur treffen konnte. Dürfen Wir in Erinnerung an jenen Tag der Hoffnung Ausdruck verleihen, der Weg, den die Göttliche Vorsehung das Abendland weist, möge wieder mehr und mehr an die verlorene Einheit heran-

führen? Denn Wir können nicht umhin, für das Abendland zu wiederholen, was Wir vor gerade drei Jahren von der europäischen Kultur erklärten, dass sie nämlich « unverfälscht christlich und katholisch sein, oder aber verzehrt werden wird vom Steppenbrand jener anderen materialistischen, der nur die Masse und die rein physische Gewalt etwas gelten » -[1]

Die letzten Worte führen Uns zurück zum Sieg des christlichen Heeres auf dem Lechfeld. Die Krönung jenes Sieges war keineswegs die Vernichtung der heidnischen Ungarn, sondern ihre Bekehrung zum katholischen Glauben. Schon fünfzig Jahre später sind sie vom ihrem grossen König Stephan dem Heiligen hineingeführt worden in eben jene christliche Kultur, deren tödliche Gefahr sie noch im Jahre 955 gewesen waren. Möchte dieser Vorgang ein Vorzeichen für heute sein ! Der echte christliche Abendländer hegt gegenüber den Völkern des Ostens, die im Machtbereich der mit Staatsgewalt ausgerüsteten materialistichen Weltanschauung leben, Gedanken des Friedens und der Liebe. Wenn die Frage der Koexistenz die Geister unentwegt beschäftigt, so können Wir eine Art der Koexistenz rückhaltlos bejahen : Die gläubigen Abendländer beten gemeinsam mit denen jenseits des Eisernen Vorhangs, die noch ihre Hände zu Gott erheben — und es sind nicht wenige, dass wir alle eins werden in der vollen Freiheit, das persönliche wie das öffentliche Leben ganz nach Gottes Willen auszurichten, und dass jene, die es sich zur Aufgabe gemacht haben, eine Welt ohne Gott und Christus aufzubauen, aus der Nacht und Kälte ihrer Gottferne zurückfinden zur Sonne der Wahrheit, Gerechtigkeit und Liebe : zu Jesus Christus, « der da ist über allem Gott, hochgelobt in Ewigkeit ».[2]

Dass Gottes Huld und Gnade über den Augsburger Tagen abendländischen Bekenntnisses walte, dass sie das Denken schärfe und das Wollen kräftige für die Kernaufgaben eines eindeutig christlichen Abendlandes, als Unterpfand dessen erteilen Wir allen an den Arbeiten und Feiern der Festwoche Teilnehmenden aus der Fülle des Herzens den Apostolischen Segen.

Aus dem Vatikan, den 27. Juni 1955.

PIUS PP. XII

[1] **Schreiben vom 17. ífuli 1952 an den Katholischen Frauenbund** - *Acta Ap. Sedis* **44, 1952, pag. 720.**

[2] *Born.* **9, 5.**

III

AD REVMUM P. ISIDORUM CROCE, COENOBII SANCTAE MARIAE AD CRYPTAM FERRATAM ABBATEM ORDINARIUM, OB NONUM IMPLETUM SAECULUM AB OBITU S. BARTHOLOMAEI IUNIORIS.

PIUS PP. XII

Dilecte fili, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Alacre studium quo tu, dilecte fili, ceterique sodales tui incensi estis ad celebrandum post novies impletum saeculum piissimum obitum S. Bartholomaei Iunioris, quarti istius Goenobi abbatis, libenter quidem novimus idque Nostris votis apprime respondet. Non potest enim non esse Nobis gratissimum peculiares honores haberi illi Ecclesiae lumini, cuius egregia facinora non monasticae disciplinae tantummodo, sed Apostolicae quoque huius Sedis ornamento fuere; ac sane addecet vos tanti viri memoriam recolere, quippe qui alter merito pater monastici istius Instituti, a S. Nilo conditi, nuncupetur. Siquidem post Conditoris obitum, qui in Tusculano agro vixdum monasterii vestri prima posuerat fundamenta, non sine Dei providentis consilio factum est, ut S. Bartholomaeo Iuniori obtigerit, ad Abbatis dignitatem semel evecto, incohatum a S. Nilo opus absolvere idemque sapientissimis normis ordinare. Atque eius prudentiae, doctrinae, sanctitudini potissimum tribuendum est, si nobilis huiusmodi religiosae vitae Orientalis propago, in Occidentem transposita, post tot saeculorum intervallum adhuc salutarem in Ecclesia exserit vim suam. Inter ea multa, autem, quae hac data occasione menti obversantur Nostrae, aliquid placet proponere quod permagni interest, praesertim hoc tempore, reputare. Scilicet quotiescumque contingit S. Bartholomaei tempora ac Coenobii vestri primordia recordari, tum maerens et cupiens anquirit animus quiddam diuturni aevi calamitate deperditum : priscam illam dicimus intactam a dissidio coniunctionem, qua Graeci non a Romana Ecclesia separati erant, sed in unum sub Christi Vicarii regimine ac magisterio coalescebant ovile. Hac de causa feliciter evenit ut, S. Bartholomaeo luniore teste, Legifer Pater vester « ad parandum locum et monasterium quo omnes fratres et dispersos filios » congregaret (Vita S. Nili; Migne, P., G. vol. 120, col. 158), apud almam hanc Urbem liberale quaesiverit hospitium; ubi sub Romanorum Pontificum tutela

mirum in modum adolevit Institutum vestrum, quod quidem romana pollens fide cum graeca lingua graecaque sacrorum disciplina amice coniuncta, ad haec usque tempora praeclarum exstat pristinae illius unitatis testimonium. Quodsi haec omnia aequo animo perpendantur, praeiudicatae opiniones, quae iamdiu innumeros a gremio Ecclesiae matris filios aversos tenent, quidni, auxiliante Deo, sensim cedant veritati? Revera nihil gentibus Orientalibus ex redintegranda cum Romana Ecclesia unitate atque ex auspicatissimo ac necessario ad eam reditu metuendum est; nihil omnino de dignitate, de sacrorum rituum splendore ac de sacro disciplinae patrimonio a maioribus tradito ipsis decedet; quin etiam non parum eisdem et praesidii accedet et gloriae. Est igitur cur, dilecti filii, per saecularium celebrationum decursum haec omnia, catholicae unitati saluberrima sane, non modo mente repetatis, sed publicae etiam recolere in suaque luce collocare contendatis. Vos interim, virtutis memores et exemplorum tanti patris, firmiter vestigia eius insistite, eiusque sanctitatis nitorem alacrius usque in vos ipsos referre studete. Quae ut ex sententia cedant, Apostolicam Benedictionem, divini praesidii auspicem, tibi dilecte fili, tuisque sodalibus omnibus peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xxx mensis Iunii, anno MDCCCCIX, Pontificatus Nostri septimo decimo.

PIUS PP. XII

rv

AD EMUM P. D. PAULUM AEMILIUM TIT. SANCTAE MARIAE ANGELORUM S. R. E. PRESB. CARDINALEM LÉGER, ARCHIEPISCOPUM MARIANOPOLITANUMQUEM LEGATUM DELIGIT AD CORONAM AUREAM IMPONENDAM SIMULACRO S. IOSEPH, SPONSI B. M. V.

PIUS PP. XII

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Praeterito quidem anno, praeclarum templum Sancto Ioseph dicatum, quod in nobilissima exstat sede Marianopolitana, tuis precibus libenter indulgentes, ad Basilicae Minoris honorem ac dignitatem evehere benigne decrevimus. Nunc vero, quinquagesimo anno ab eodem templo condito fauste vertente, sacrorum Antistites Canadienses peropportunum consilium susceperunt, ut ad augendum cultum erga Salvatoris Nostri

imtricium Patrem conventus ex omnibus nationibus istic habeatur et novendiales quoque supplicationes in honorem ipsius Ecclesiae Patroni peragantur. Quo autem statutae celebritati sollemnior finis imponatur, Rector ipsius templi, quod religiosis sodalibus a Sancta Cruce est concreditum, submisse Nos rogavit, ut perinsigne illud Sancti Ioseph simulacrum, in sacra aede religiose adservatum ac piissime excultum per frequentia quoque Canadensium peregrinantium agmina, Nostro nomine atque auctoritate aurea corona exornari iubeamus. Te itaque, Dilecte Fili Noster, qui illustrem sedem Marianopolitanam tam honorifice tenes et Romana purpura praefulges, Legatum Nostrum eligimus ac renuntiamus, ut in Oratorio, quod appellant, Sancti Ioseph, inclito Mariae Virginis Sponsi simulacro Nostris veluti manibus aureum diadema imponas. Exinde plane fore confidimus, ut fidelium pietas et cultus erga Sanctum Ioseph eorumque salutis fructus maior ib as in dies incrementis feliciter augeantur. Tibi autem potestatem quoque damus, ut, die constituta, Sacro pontificali ritu peracto, adstantibus fidelibus nomine Nostro Nostraque auctoritate benedicas, plenariam indulgentiam iisdem proponens, ad Ecclesiae praescripta lucrandam. Supernorum interea donorum in auspicium peculiarisque Nostrae caritatis pignus, Apostolicam Benedictionem tibi, Dilecte Fili Noster, religiosis sodalibus a Sancta Cruce cunctoque clero ac populo tuae curae tradito peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die XXI mensis Iulii, anno MDCCCCLV, Pontificatus Nostri septimo decimo.

PIUS PP. XII

ALLOCUTIO

Iis quae interfuerunt Conventui internationali e Dirigentibus catholicis puellarum, quae « guides » vulgo appellantur, Romae habito. *

Nous sommes heureux de vous accueillir, chères filles, à l'occasion de la cinquième conférence internationale des Guides catholiques, — présidée par votre si digne Chef-Guide, la Princesse Marie Massimo Lancellotti, — et de voir tant de nations réunies dans le groupe que vous formez sous Nos yeux. C'est de grand cœur et avec une affection toute

* Die 26 Augusti mensis a. 1955.

paternelle que Nous agréons l'hommage de votre filiale dévotion, et Nous vous adressons bien volontiers les encouragements que vous sollicitez pour votre haute mission d'éducatrices catholiques.

Les contacts, que vous aurez ces jours-ci, vous permettront de mettre en commun vos expériences de dirigeantes, et de faire ensuite profiter tout le mouvement de vos fructueuses réflexions. Conscientes de la responsabilité qui vous incombe dans la formation chrétienne des Guides catholiques, vous n'avez pas hésité à aborder ensemble, sous la direction de vos aumôniers, le grave sujet de la Rédemption dans ses rapports avec l'éducation. L'importance de cette étude ne saurait échapper à aucun pédagogue, car tout éducateur chrétien entreprend de guider ses élèves non vers un but quelconque, mais vers l'unique fin dernière de l'homme, la sainteté chrétienne. Or un guide, qui assume une telle charge, doit connaître à la fois le point de départ, le but à atteindre, le chemin à parcourir et les forces des voyageurs. Le point de départ est une nature créée à l'image de Dieu et destinée par ïe Créateur à la vision beatifique, mais privée de la grâce par la faute originelle. Jamais les efforts de l'homme n'obtiendront à eux seuls la grâce surnaturelle qui lui permettra de se sauver et de s'élever au sommet de sainteté auquel Dieu l'appelle. Et Dieu envoie son Fils pour racheter l'humanité. L'éducateur chrétien est appelé à collaborer avec l'unique Sauveur, à le faire connaître et aimer des enfants qui lui sont confiés. Honneur sublime, mais qui oblige à la plus grande humilité, à la plus grande fidélité aux ordres du Christ.

Car le Christ s'est défini : la voie, la vérité, la vie. « Sans la voie, on n'avance pas ; sans la vérité, on ne connaît pas ; sans la vie, on ne vit pas ».[1] Le Sauveur se propose à tous, mais il n'a pas deux vérités à présenter, ni deux chemins à suivre, ni deux vies à offrir en choix. Les Evangélistes n'ont-ils pas rapporté les paroles du Sauveur au sujet d'une condition essentielle pour accéder à la vie nouvelle, qui est de la préférer, au prix même des plus durs sacrifices, aux biens de la terre, aux commodités personnelles, aux affections humaines, même légitime?[2] L'éducateur, qui oublierait ce principe fondamental de la vie chrétienne, qui négligerait d'en tirer les conséquences pratiques, pour lui-même d'abord et pour ceux dont il s'occupe, ne serait pas un bon guide.

Votre mouvement vous habitue à vous passer du confort moderne, de ce cadre artificiel qui dispense de l'effort physique et amollit la volonté ; il vous invite à pratiquer un style de vie plus austère, sollicite votre géné-

[1] *Imitation de Jésus-Christ,* livr. IÏI, ch. 56, n. 1

[2] Cfr. *Matth.* 10, 37; *Luc.* 14, 25-27.

rosité et le don de vous-mêmes à vos sœurs plus jeunes. Celui qui peut, à chaque instant pour ainsi dire, satisfaire ses caprices, comment serait-il sensible aux besoins d'autrui, à sa souffrance? Comment éprouverait-il pour lui-même la nécessité d'une vie intérieure, du recueillement, de la prière qui seule donne la force de mortifier les tendances égoïstes et de pratiquer la charité désintéressée?

C'est pourquoi mieux que d'autres, vous êtes capables de comprendre la portée des paroles de Jésus et d'en tirer toutes les conséquences. Le guidisme se propose d'épanouir votre personnalité, de cultiver vos aptitudes, afin qu'un jour vous sachiez faire face à toutes les responsabilités qui vous incomberont, les assumer avec décision, les porter avec courage. Mais au delà des vertus humaines, c'est l'idéal chrétien que vous poursuivez, impossible à réaliser sans une lutte persévérante contre soi-même. *Wj* a-t-il pas là une contradiction? Sans doute, s'il s'agissait uniquement d'enlever, de sacrifier, sans compensation aucune. Mais, en même temps qu'il impose un renoncement difficile, le Christ, vous le savez, transforme l'âme du chrétien, l'aide à pénétrer les mystères de son œuvre, l'invite à y collaborer et lui donne à cet effet une ardeur toujours croissante. Ainsi, plus exigeante et plus austère, la doctrine chrétienne de l'éducation est la plus optimiste de toutes ; elle ne fait pas fond sur les seules forces humaines, mais sur la capacité donnée à tout homme de devenir un fils de Dieu : « Voyez, dit St Jean, quel grand amour nous a témoigné le Père, pour que nous soyons appelés enfants de Dieu — ce que nous sommes ».[3]

Les méthodes pédagogiques sont diverses, même parmi les catholiques, et c'est un bien. Selon les caractères et la condition des éducateurs et des élèves, l'une obtiendra de meilleurs résultats que l'autre. Toutes cependant doivent reposer sur les données de la Révélation, au carrefour desquelles se situe le mystère de la Rédemption. Tous les enfants d'Adam portent les conséquences du péché originel, et le baptême, qui les constitue enfants de Dieu et de l'Eglise, ne leur enlève pas une certaine tendance au mal, contre laquelle ils doivent lutter victorieusement avec la grâce. La présente conférence internationale vous éclairera certainement sur cette condition primordiale de l'éducation chrétienne et vous suggérera les moyens à employer pour atteindre le but souhaité. Vous travaillez sans cesse sous la conduite du divin Guide et Sauveur; vous voudrez donc avant tout vous inspirer de ses exemples : l'Evangile nous

[3] 1 *Io.* 3, 1.

décrit sa patience admirable, son humilité surprenante, son grand amour des hommes, surtout des enfants et des pauvres. Et ce Jésus si aimable, rencontré dans P Ecriture, vous le trouverez plus intimement encore dans l'Eucharistie, centre vital de votre action : « Si vous ne mangez ma chair, vous n'aurez pas la vie en vous ».[4] Oui, vraiment, quand il s'agit de former des chrétiens ou des chrétiennes, c'est Jésus qui doit avoir toujours le premier rôle. Il est la porte des brebis, il est leur lumière, leur chemin, leur pain, leur vie. Plus vous lui serez unies, plus vous vous rendez aptes à remplir la belle mission qui vous est confiée.

Voilà, chères Guides, ce que Nous voulions vous dire, pour répondre à l'empressement filial, avec lequel vous êtes venues solliciter Nos encouragements et Notre bénédiction. Qu'elle descende du ciel très abondante cette Bénédiction Apostolique, sur vous-mêmes ici présentes, sur toutes celles que vous représentez et dont vous avez la charge, sur votre mouvement tout entier et ses aumôniers, sur vos familles enfin et sur tous ceux et celles qui vous sont chers.

NUNTII

I

AD ((EXPLORATOIRES)), VULGO ((BOY SCOUTS)), CATHOLICOS CANADENSES, IN URBE NIAGARA-ON-THE-LAKE OB CONVENTUM INTERNATIONALEM COADUNATOS.

Tandis que le Jamboree mondial de Niagara-on-the-Lake s'apprête à ouvrir ses portes à toute une jeunesse ardente, animée d'un même idéal de service, d'énergie et de loyauté, Nous répondons très volontiers à l'appel des Scouts catholiques canadiens et leur adressons, ainsi qu'à Nos-fils de toutes nationalités qui les rejoindront sur leur terre hospitalière, une paternelle invitation à collaborer d'un cœur unanime au succès de ce vaste rassemblement.

Au cours de ces journées de vie fraternelle, où se multiplient les échanges cordiaux et se nouent de franches amitiés, Nos fils se souviendront qu'en vrais disciples du Maître des Béatitudes, ils doivent être,, parmi leurs camarades, des « artisans de paix », ouverts à tous, ac-

[4] **Cfr** *Io,* **6,** 53

cueillants et eompréhensifs aux personnes par delà la diversité des cultures et des races. Ils auront à cœur d'être les témoins d'une joie claire et d'une pureté courageuse, fondées sur l'oubli de soi et le sacrifice. Ecartant les tentations d'une existence trop facile, ils seront les premiers sur les voies évangéliques du détachement et de la simplicité de vie ; et dans un monde souvent dur et égoïste, ils feront preuve de cette authentique force morale, qui se révèle dans la douceur et dans la bonté patiente envers toutes les misères de l'âme et du corps. Que la foi vive de Nos chers Scouts catholiques brille enfin, au milieu de tous leurs frères, comme la lampe qui éclaire la maison et rassemble la famille dispersée : en en formant le vœu, Nous appelons sur eux une large effusion de grâces divines et Nous leur accordons d'un coœur très paternel une large Bénédiction Apostolique.

Du Vatican, le 28 Juillet 1955.

PIUS PP. XII

II

IIS QUI INTERFUERUNT CONVENTUI XXIII UNIVERSALI A SODALITATE, QUAE ((PAX ROMANA)) APPELLATUR, IN URBEM ((NOTTINGHAM)) INDICTO.

Il Nous est particulièrement agréable de vous adresser ce Message paternel, chers étudiants et intellectuels de Pax Romana, assemblés à Nottingham pour votre XXIII[e] Congrès mondial. Témoins, dans vos pays respectifs, de la vitalité et de la force de la pensée catholique, vous voici réunis en grand nombre sur le sol hospitalier de cette noble nation anglaise, dont la haute culture fut, dès les temps les plus reculés, pénétrée de foi chrétienne; vos travaux s'y poursuivront sous l'égide de Notre cher Fils le Cardinal Bernard Griffin, Archevêque de Westminster, et Nous-même encourageons volontiers votre dessein d'étudier la condition de la jeunesse intellectuelle à l'heure où celle-ci quitte l'Université pour entrer dans la vie professionelle.

Multiples sont les difficultés de cette période de transition. Celles, en particulier, de l'adaptation du jeune diplômé à la carrière choisie et aux responsabilités culturelles, économiques ou sociales qu'elle comporte,

posent à l'Université la question de savoir si l'étudiant d'aujourd'hui est toujours préparé comme il convient à son avenir immédiat. Mais la société, qui le reçoit, a aussi ses propres obligations pour ne pas décevoir l'attente des générations montantes et répondre au contraire à leurs légitimes aspirations dans un climat de saine liberté et de confiance. Sur ces deux points, la contribution de votre Congrès à la cause des élites intellectuelles sera d'autant plus opportune que le développement de la culture en maints pays ouvre des perspectives toutes nouvelles à une jeunesse avide de savoir et de servir.

Que la recherche de solutions d'ordre institutionnel ne fasse toutefois pas perdre de vue l'ampleur du problème moral posé à la conscience du jeune diplômé lors de son départ de l'Université. Les premiers contacts avec le monde du travail vont, en effet, éprouver la solidité de sa formation intellectuelle et humaine : c'est, tout à la fois, l'affrontement aux difficultés de l'existence, la découverte sous un jour nouveau de la question sociale, l'accession à la vie civique et politique, l'accaparement par des tâches professionnelles absorbantes ou, à l'inverse, l'attente inquiète d'une situation ; et déjà l'étudiant d'hier envisage la fondation du foyer et les charges familiales de demain. Qu'en sera-t-il, durant ces années parfois décisives, de sa foi et de sa piété personnelles? Comment évitera-t-il les écueils qui guettent sa vie religieuse et morale?

Dans le désarroi qu'il peut alors connaître, un fils de l'Eglise, loin de se refermer sur lui-même dans un sentiment d'autonomie et d'indépendance propre à cet âge, cherche au contraire dans une communauté fraternelle et fervente le soutien spirituel dont il a besoin pour résister aux entraînements de son nouveau milieu et orienter ses juvéniles énergies. Les mouvements d'Action Catholique ont ici un rôle décisif à jouer. Par leur entremise, comme par celle de paroisses vivantes, c'est l'Eglise, toujours maternelle, qui acueille ces jeunes hommes pressés de faire valoir les talents reçus, de contribuer au bien de leurs frères par un travail productif et d'assumer, dans la famille et la profession, leur juste part de responsabilités. Sa sagesse les guidera vers un authentique service de la Cité, son ministère leur ouvrira les sources inépuisables de la grâce ; et, dans sa charité pour le monde qui a faim de Dieu, elle presse ses enfants d'entrer généreusement dans les rangs de l'apostolat, où ils trouveront par surcroît, dans le dévouement à autrui, l'antidote au repliement sur soi-même et la réponse à bien des difficultés.

A Nos chers fils de Pax Romana, à ceux surtout qui, au sortir de l'Université, s'engagent dans une vie nouvelle, Nous adressons Nos

vœux les meilleurs pour le succès de ces prochaines assises, et Nous leur accordons de grand cœur, en gage de Notre constante bienveillance, Notre paternelle Bénédiction Apostolique.

Du Vatican, le 30 Juillet 1955.

PIUS PP. XII

III

AD EMUM P. D. CARDINALEM IOSEPHUM ERNESTUM VAN ROEY, ARCHIEPISCOPUM MECHLINIEN SEM, OB CONVENTUM DE RECTA IUVENUM EDUCATIONE PROVEHENDA E TOTA NATIONE BELGICA INDICTUM.

Pour commémorer avec l'éclat qui convient le ving-cinquième anniversaire de l'Encyclique « Divini illius Magistri », de Notre Prédécesseur Pie XI, d'illustre mémoire, un Congrès National de l'Education se propose de réunir prochainement à Bruxelles, sous les auspices de l'épiscopat belge, l'ensemble des Organisations scolaires catholiques du pays. Nous en avons reçu la nouvelle avec une vive satisfaction et Nous sommes heureux en cette circonstance d'adresser, par votre entremise, un paternel Message à tous Nos chers fils de Belgique.

Les conférences et les cérémonies qui marqueront ce Congrès veulent être d'abord, et à juste titre, un témoignage public de la fidélité des pasteurs et de leurs ouailles aux fermes et lumineux enseignements de ce Document Pontifical. Les principes infrangibles qu'il énonce sur les missions respectives de l'Eglise, de la famille et de l'Etat en matière d'éducation reposent sur la nature des choses et sur la vérité révélée ; ils ne sauraient être ébranlés par le flux et le reflux des événements. Quant aux normes fondamentales qu'il prescrit, elles ne sauraient pas davantage subir l'usure du temps, puisqu'elles ne sont qu'un fidèle écho du Maître divin, dont les paroles ne passent pas.[1] Véritable Charte de l'éducation chrétienne, « en dehors de laquelle il ne peut y avoir d'éducation complète et parfaite »,[2] cette Encyclique s'offre, aujourd'hui comme hier, à l'étude de tous ceux qui, loyalement, désirent connaître sur ce point, dans son authentique et sereine expression, la pensée de l'Eglise, « à laquelle appartient d'une matière suréminente la mission educatrice ».[3] Et, dans les heures difficiles, elle oriente avec sécurité, par la clar-

[1] Cfr/ MATTH. 24, 35.

[2] *A.A.S-,* t. 22, p. 51.

[3] *IMâ.,* p. 58.

té de sa doctrine, les courageux efforts des parents et des maîtres catholiques, qui veulent assurer à la jeunesse, une formation pleinement conforme aux exigences de la foi.

Aussi Nous réjouissons-Nous à la pensée que cette commémoration sera pour tous l'occasion d'approfondir cet enseignement magistral, d'en apprécier à la fois la force et la mesure, et de renouveler en leur âme les sentiments qu'un vrai fils de l'Eglise doit nourrir envers la cause sacrée de l'éducation chrétienne.

N'est-ce pas d'ailleurs pour éclairer les esprits et confirmer les volontés, que vous vous proposez, Cher Fils, de convier dans la Basilique nationale du Sacré-Cœur les pères et mères de famille, les éducateurs et les maîtres, afin d'y consacrer solennellement l'enseignement catholique de Belgique au divin Cœur de Jésus? Heureuse initiative de foi et d'amour, dont Nous vous félicitons grandement et qui Nous inspire les plus hautes et surnaturelles" espérances.

S'il est vrai que « l'éducation chrétienne embrasse la vie humaine sous toutes ses formes... pour l'élever, la régler, la perfectionner selon les exemples et la doctrine de Jésus-Christ »,[4] quelles grâces de choix ne lui obtiendra pas cette consécration au Sacré-Cœur! En lui sont, en effet, « tous les trésors de la sagesse et de la science », prêts à enrichir les esprits avides de la vérité salvatrice. Et n'est-il pas « l'abîme de toutes les vertus » données en exemple par Jésus, « la source de vie et de sainteté » capable d'étancher la soif d'une jeunesse ardente et éprise d'idéal? Que ce divin Cœur règne donc sur les familles et les garde fidèles à leurs si graves obligations éducatrices ; qu'il règne sur les écoles chrétiennes et leurs maîtres, qui assurent une tâche si féconde au service de l'Eglise et du pays ; qu'il règne aussi sur les Mouvements et les œuvres de jeunes, sur tous les milieux où se poursuit, au fil des jours et des années, le long et obscur travail qui fera de l'enfant d'aujourd'hui un vrai chrétien et un homme de caractère. Qu'il étende enfin sur votre chère Patrie, en gage de prospérité et de concorde, son règne « de justice, d'amour et de paix » ! Priant Dieu d'exaucer cette prière, Nous vous accordons bien volontiers, ainsi qu'à vos collègues dans l'épiscopat et à tous vos fidèles. Notre très paternelle Bénédiction Apostolique.

Du Vatican, le 24 Août 1955.

PIUS PP. XII

* *Ibid.,* p. 83.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Pius Divina Providentia Papa XII, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

die 14 Maii 1955 — Titulari episcopali Ecclesiae Balanensi praefecit R. D. Andream Stambuk, ex dioecesi Pharensi, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Michaelis Pusié, Archiepiscopi-Episcopi Pharensis.

die 8 Iunii —- Cathedrali Ecclesiae Patensi, noviter erectae, Exc. P. D. Iosephum Andream Coimbra, hactenus Episcopum Barrensem de Pirai.

die 13 Iunii — Titulari episcopali Ecclesiae Nasaitensi R. P. Alfonsum Silveira de Mello, Societatis Iesu, quem constituit Praelatum Praelaturae *nullius* Adamanteae.

die 2If Iunii — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Leontopolitanae in Pamphylia Exc. P. D. Adelmum Machado Cavalcanti, hactenus Episcopum Pesqueirensem, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Exc. P.D. Ranulphi da Silva Farias, Archiepiscopi Maceiensis.

die k Iulii — Titulari episcopali Ecclesiae Philippopolitanae in Arabia R. D. Antonium Ravagli, archidiaconum Capituli Cathelralis Mutilensis et archipresbyterum parochum in oppido vulgo « Castrocaro » quem constituit Coadiutorem, sedi Larinensi datum, Exc. P. **D.** Oddonis Pernacchia, Episcopi Larinensis et Thermularum.

die 21 Iulii — Cathedrali Ecclesiae Fulginatensi R. D. Syrum Silvestri, canonicum Capituli Cathedralis Sarzanensis et rectorem Seminarii maioris Lunensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Hadrianiensi R. P. Aristidem Pirovano, sodalem Instituti Pontificii a Ss. Apostolis Petro et Paulo et a Ss. Ambrosio et Carolo pro missionibus ad exteras gentes, quem constituit Praelatum Praelaturae *nullius* Macapensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Amathusiae in Palaestina R. D. Ladislaum Paz, e Societate S. Francisci Salesii, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Orlandi Chávez, Episcopi Çorumbensis.

die 24 Iulii — Cathedrali Ecclesiae Davidensi noviter erectae, R. D. Thomam Albertum Clavel Méndez, parochum paroeciae S. Michaelis in archidioecesi Panamensi.

— *Coadiutorem* cum iure successionis Exc. P. *D.* Iosephi Alaphridi Langlois, Episcopi Campivallensis, Exc. P. D. Percival Caza, Episcopum titularem Albulensem.

die 27 Iulii — Cathedrali Ecclesiae Sadabandeiropolitanae, noviter erectae, Revmum P. D. Altinum Ribeiro Santana, e dioecesi Goana, Antistitem Urbanum.

die 28 Iulii —. Titulari episcopali Ecclesiae Coptitanae R. D. Aloisium A. Carvajal, Curiae episcopalis Ibarrensis a secretis, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Caesaris Antonii Mosquera Corral, Episcopi Guayaquilensis.

die T Augusti — Titulari episcopali Ecclesiae Ptolemaidensi in Phoenicia R. D. Edmundum Aloisium Kunz, rectorem seminarii interdioecesani vulgo « Viamäo » in archidioecesi Portalegrensi in Brasilia, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Alaphridi Vincentii Scherer, Archiepiscopi Portalegrensis in Brasilia.

die 9 Augusti — Titulari episcopali Ecclesiae Bindaeae R. D. Bernardum I. Topel, ex dioecesi Helenensi, quem constituit *Coadiutorem* cum iure successionis Exc. P. D. Caroli Danielis White, Episcopi Spokanensis.

die 12 Augusti — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Sebastopolitanae in Abasgia Exc. P. D. Aloisium Cossio, hactenus Episcopum Recinetensem-Lauretanum.

— Cathedrali Ecclesiae Recinetensi-Lauretanae Exc. P. D. Aemilium Baroncelli, hactenus Episcopum Verulanum.

die 26 Augusti — Cathedrali Ecclesiae Comaclensi R. D. Ioannem Mocellini, canonicum ad honorem Capituli cathedralis Paduani, archipresbyterum parochum et vicarium foraneum oppidi « Montagnana » in dioecesi Paduana.

SACRA CONGREGATIO PRO ECCLESIA ORIENTALI

i

TRIPOLITANAE MARONITARUM
ALEPPENSIS MARONITARUM

DECRETUM

B DIOECESI TRIPOLITANA MARONITARUM PAROECIAE VEL MISSIONES IN SYRIANA REPUBLICA POSITAE DETRAHUNTUR ATQUE EPISCOPO ALEPPENSI MARONITARUM, UT ADMINISTRATORI APOSTOLICO AD NUTUM S. SEDIS, SUBDUNTUR.

Quo aptiori dioeceseos Tripolitanae Maronitarum finium delimitationi in praesens provideatur, Ssmus Dominus Noster Pius, Divina Providentia Pp. XII, referente Exento D. Ioanne Baptista Montini, Cardinalis a Publicis Ecclesiae Negotiis vicem gerente, in Audientia diei 16 m. Aprilis volventis anni, benigne dignatus est paroecias vel missiones omnes eiusdem dioeceseos Tripolitanae Maronitarum, quae intra civiles fines Reipublicae Syrianae inveniuntur, Administrationi Apostolicae Ordinarii Aleppensis Maronitarum committere.

Suppleto igitur, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, in eadem Audientia, Excmum P. D. Franciscum Ayoub, Episcopum Aleppensem Maronitarum, eligere ac constituere dignatus est Administratorem Apostolicum « ad nutum Sanctae Sedis » praedictarum paroeciarum vel missionum, plenam ei tribuens super ipsas omnes iurisdictionem simulque concedens iura et facultates ad ceteros per orbem Administratores Apostolicos ad normam iuris spectantes cum iisdem oneribus et obligationibus quibus ceteri adstringuntur.

Praesens insuper Decretum Summus Pontifex expediri et publici iuris fieri mandavit.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali, die 16 m. Aprilis a. 1954.

✠ E. Card. TISSERANT, Ep. Ostien., Portuen. et S. Rufinae, *a Secretis*

L. ✠ S.

A. Coussa, *Adsessor*

II

GALLIA

DECRETUM

ORDINARIATUS PRO OMNIBUS CHRISTIFIDELIBUS RITUS ORIENTALIS IN GALLIA DEGENTIBUS INSTITUITUR.

Nobilis Galliae Natio, spiritu christiano acta, hospitalem semper se praebuit erga omnes, qui, decursu temporum, ob varias vicissitudines, propriis regionibus relictis, novam sedem residentiae et operis quaerebant. Sic evenit ut, praesenti tempore, fidelium ritus orientalis non exiguus numerus in Gallia degat, cum animo ibi perpetuo manendi, quorum curae spirituali singuli locorum Ordinarii quam laudabiliter consulunt.

Ad maiorem unitatem regiminis assequendam, re mature perpensa, huic Sacrae Congregationi peropportunum visum est Ordinariatus pro omnibus fidelibus ritus orientalis in Gallia degentibus erectionem proponere, a proprio Ordinario gubernandi, cum facultatibus iure statutis.

Qua de causa, in Audientia diei 16 mensis Iunii currentis anni, referente Excmo Pro-Secretario Status pro Extraordinariis Ecclesiae Negotiis, Ssmus Dominus Noster Pius, Divina Providentia Pp. XII, Ordinariatum pro omnibus fidelibus cuiusvis ritus orientalis in Gallia commorantibus constituere et erigere dignatus est, a proprio Ordinario moderandum.

Ad hoc Ordinarii munus, Eadem Sanctitas Sua Emum P. D. Mauritium Card. Feltin, Archiepiscopum Parisiensem, deputavit, facultate ipsi facta unum vel plures Vicarios Generales nominandi.

Potestas iurisdictionis Ordinarii in predictos fideles ritus orientalis exercenda erit cumulative cum potestate Ordinariorum locorum, qui tamen Ordinarii secundario tantum, iure proprio, agant, et Ordinarium fidelium ritus orientalis de rebus maioris momenti, quae egerint, certiorem reddant.

Ordinarius fidelium ritus orientalis in Gallia sedulo curabit, audito Ordinario loci, paroecias constituere, ecclesias aedificare, iuvenes in sortem Domini vocatos in Seminariis colligere et educare, genuinos ritus - ac disciplinam integre servare, sacerdotes fidelibus procurare,.

opera quaecumque ecclesiastica, socialia, scholastica fovere et cetera omnia quae agenda prudenter in Domino iudicaverit.

In locis ubi defuerit paroecia pro fidelibus alicuius orientalis ritus, parochus loci latini ritus bono spirituali illorum fidelium ipse provideat, facultatibus aut ab Ordinario fidelium ritus orientalis aut ab Ordinario loci obtentis.

Ordinarius, de quo supra, quinto quoque anno relationem de statu Ordinariatus ad Sacram Congregationem pro Ecclesia Orientali mittendam curabit.

Praesens Decretum a die 1 mensis Novembris a. 1954 exsecutionem suscipere incipiet.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali, die 27 mensis Iulii a. 1954.

}$j E. Card. TISSBRANT, Ep. Ostien., Portuen. et S. Rufinae, *a Secretis*

L. © S.

A. Coussa, *Adsessor*

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

i

PROVISIO ECCLESIARUM

Ssmus Dominus noster Pius div. Prov. Papa XII dignatus est sequentes providere Ecclesias, nimirum :

die 1 Ianuarii Î955 — Metropolitanae Ecclesiae Mandalayensi, nuper erectae, praefecit P. D. Albertum Petrum Falière, e Societate Parisiensi missionum ad exteras gentes, hactenus Episcopum titularem Clysmatenum et Vicarium Apostolicum de Mandalay.

— Metropolitanae Ecclesiae Rangunensi, nuper erectae, Exc. P. D. Victorem Bazin, e Societate Parisiensi missionum ad exteras gentes, hactenus Episcopum titularem Achyraënsem et Vicarium Apostolicum de Rangoon.

— Metropolitanae Ecclesiae Salisburiensi, nuper erectae, Exc. P. D. Antonium Chichester, Societatis Iesu, hactenus Episcopum titularem Ubazensem et Vicarium Apostolicum de Salisbury.

— Cathedrali Ecclesiae Basseiensi, nuper erectae, R. D. Georgium Maung Kyaw, e Clero saeculari Rangoonensi.

— Cathedrali Ecclesiae Bulauaiensi, nuper erectae, Exc. P. D. Adulphum Gregorium Schmitt, Congregationis Missionariorum de Mariann hill, hactenus Episcopum titularem Nasaitensem et Vicarium Apostolicum de Bulawayo.

— Cathedrali Ecclesiae Guelensi, nuper erectae, Exc. P. D. Aloisium Haene, e Societate Missionum Exterarum de Bethlehem in Helvetia, hactenus Episcopum titularem Neptensem et Vicarium Apostolicum Arcis Victoriae.

— Cathedrali Ecclesiae Kengtunghensi, nuper erectae, Exc. P. D. Franciscum Guercilena, ex Instituto Pontificio a Ss. Apostolis Petro et Paulo et a Ss. Ambrosio et Carolo pro missionibus ad exteras gentes, hactenus Episcopum titularem Hadrianiensem et Vicarium Apostolicum de Kengtung.

— Cathedrali Ecclesiae Ogogiaensi, nuper erectae, R. P. Thomam McGettrick, e Societate Sancti Patritii pro Missionibus ad Exteros.

— Cathedrali Ecclesiae Tunguensi, nuper erectae, Exc. P. D. Alfridum Lanfranconi, ex Instituto Pontificio a Ss. Apostolis Petro et Paulo et a Ss. Ambrosio et Carolo pro missionibus ad exteras gentes, hactenus Episcopum titularem Zertensem et Vicarium Apostolicum de Toungoo.

— Titulari episcopali Ecclesiae Belabitenensi R. P. Andream Creemers, Ordinis Sanctae Crucis, quem constituit Vicarium Apostolicum de Bondo.

— Titulari episcopali Ecclesiae Phelbesianae R. P. Ferrerium ab Heesch, Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum, saeculo Antonium van den Kurk, quem constituit Vicarium Apostolicum Medanensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Vulturiensi R. P. Ludovicum Julliard, e Societate Mariae, quem constituit Vicarium Apostolicum Insularum Novarum Hebridarum.

die 18 Februarii Titulari episcopali Ecclesiae Vasadensi R. P. Ioannem Wember, Congregationis Missionariorum a S. Familia, iam Praefectum Apostolicum Norvegiae Septemtrionalis, quem constituit Vicarium Apostolicum nuper erecti vicariatus apostolici eiusdem nominis.

die 25 Februarii — Cathedrali Ecclesiae Helsinkiensi, nuper erectae, Exc. P. D. Gulielmum Cobben, Congregationis Sacerdotum a Sacro Corde Iesu, hactenus Episcopum titularem Amathusium in Palaestina et Vicarium Apostolicum de Finlandia.

— Cathedrali Ecclesiae Kagoshimaensi, nuper erectae, **R.** D. Iosephum Asajiro SatoAvaki, Vicarium Generalem dioecesis Nagasakiensis.

— Cathedrali Ecclesiae Kuala Lumpurensi, nuper erectae, **R.** D. Dominicum Verdargon, parochum in oppido vulgo « Kuala Lumpur », iam in archidioecesi Malacensi.

— Cathedrali Ecclesiae Penangensi, nuper erectae, R. D. Franciscum Chan, parochum pro Sinensibus in urbe Singaporensi archidioecesis Malacensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Raphaneotanae R. P. Andream Lefebvre, Societatis Iesu, quem constituit Vicarium Apostolicum de Kikwit.

— Titulari episcopali Ecclesiae Sufetanae R. P. Paulum Dumouchel, Congregationis Oblatorum B. M. V. Immaculatae, quem constituit Vicarium Apostolicum de Keewatin.

die 19 Aprilis — Cathedrali Ecclesiae Portus Elizabethensis R. D. Ernestum Arthurum Green, Officialem Curiae archiepiscopalis metropolitanae Civitatis Capitis seu Capetownensis.

die 5 Maii — Cathedrali Ecclesiae Kumbakonamensi R. D. Chinnaiyan Arulswami Daniel, parochum in dioecesi eiusdem nominis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Urusitanae R. D. Petrum Bernardum Pereira, parochum in dioecesi Quilonensi, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D.Vincentii Victoris Dereere, Episcopi Trivandrensis Latinorum.

— Titulari episcopali Ecclesiae Vadensi R. D. Longinum Gabrielem Pereira, Vicarium Generalem archidioecesis Bombayensis, quem deputavit Auxiliarem Emi P. D. Cardinalis Valeriani Gracias, archiepiscopi Bombayensis.

die 7 Maii — Titulari episcopali Ecclesiae Caralliensi R. D. Petrum Tao, quem deputavit Administratorem Apostolicum Vicariatuum Apostolicorum de Bacninh et de Haiphong.

die 8 Maii — Cathedrali Ecclesiae Amravatensi, nuper erectae, R. P. Iosephum Albertum Rosario, Missionariorum Sancti Francisci Salesii de Annecio.

— Titulari episcopali Ecclesiae Archelaidensi R. P. Antonium Michelato, Ordinis Servorum Mariae, quem constituit Vicarium Apostolicum nuper erecti vicariatus apostolici de Aysén.

— Titulari episcopali Ecclesiae Dalisandensi in Pamphylia R. P. Gerardum de Mijleville, e Congregatione Spiritus Sancti, quem constituit Vicarium Apostolicum Konakriensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Gazerensi R. P. Angelum Rodríguez

Gamoneda, Ordinis Eremitarum Sancti Augustini, quem constituit Vicarium Apostolicum de Iquitos.

*die **k** Iunii* — Titulari episcopali Ecclesiae Areopolitanae R. P- Theophanum, Ordinis Carmelitarum Excalceatorum, saeculo Ubaldum Stella, quem constituit Vicarium Apostolicum nuper erecti vicariatus apostolici de Kuwait.

— Titulari episcopali Ecclesiae Diospolitanae inferiori R. P. Adam Kozlowiecki, Societatis Iesu, iam Administratorem Apostolicum vicariatus apostolici Lusakensis, quem constituit Vicarium Apostolicum eiusdem vicariatus.

die 12 Iunii — Titulari episcopali Ecclesiae Pharanitanae Revmum D. Ioannem Iosephum Rafferty, Praelatum Domesticum Suae Sanctitatis, Cancellarium Curiae archiepiscopalis metropolitanae Perthensis, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Raimundi Prendiville, Archiepiscopi Perthensis.

*die **3** Iulii* — Cathedrali Ecclesiae Ootacamundensi, nuper erectae, R. D. Antonium Padiyara, e Clero saeculari dioecesis Mysuriensis, Professorem in Seminario regionali Bangalorensi.

— Titulari episcopali Ecclesiae Aphnaetenae R. P. Gregorium Espiga y Infante, Ordinis Recollectorum Sancti Augustini, quem constituit Vicarium Apostolicum nuper erecti vicariatus apostolici Palavanensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Barcusanae R. D. Irenaeum Dud, e Clero saeculari vicariatus apostolici de Bahr el-Ghazal, quem constituit Vicarium Apostolicum nuper erecti vicariatus apostolici Rumbekensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Cymaeae R. P. Urbanum Mariam Person, Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum, iam Administratorem Apostolicum vicariatus apostolici de Harar, quem constituit Vicarium Apostolicum eiusdem vicariatus.

— Titulari episcopali Ecclesiae Cyparissiensi R. D. Paulum Etoga, a Clero saeculari vicariatus apostolici de Yaounde, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Renati Grafiin, Vicarii Apostolici eiusdem vicariatus.

— Titulari episcopali Ecclesiae Clypiensi R. P. Damasum, Ordinis Fratrum Minorum, saeculo Iosephum Laberge, iam Praefectum Apostolicum Sancti Iosephi de Amazones, quem constituit Vicarium Apostolicum nuper erecti vicariatus apostolici Sancti Ioseph de Amazones.

—- Titulari episcopali Ecclesiae Chomatitanae R. D. Ioannem Baptistam Sye, Vicarium foraneum in vicariatu apostolico Taikuensi, quem constituit Vicarium Apostolicum eiusdem vicariatus.

die 10 Iulii—- Titulari episcopali Ecclesiae Zenopolitanae in Isauria **B.** P. Iacobum Henricum Romeijn, Missionariorum a S. Familia, quem constituit Vicarium Apostolicum nuper erecti vicariatus apostolici de Samarinda.

II

NOMINATIONES

Decretis, ut infra, datis Sacra Congregatio de Propaganda Fide ad suum beneplacitum renuntiavit :

die 28 Ianuarii Î955 — R. P. Iosephum Landreau, e Congregatione Spiritus Sancti, *Praefectum Apostolicum Sancti Ludovici Senegalensis.*

die .4 Februarii — R. P. Martinum Bodewes, e Congregatione Spiritus Sancti, *Praefectum Apostolicum Bangassuensem.*

die 18 Februarii — R. P. Venceslaum a Ssmo Sacramento, Ordinis Carmelitarum Excalceatorum, saeculo Manuel Gómez Frande, *Praefectum Apostolicum Sancti Michaelis de Sucumbios.*

die 2H Maii — R. P. Augustum Delisle, e Congregatione Spiritus Sancti, *Praefectum Apostolicum de Kabba.*

III

SYDNEYEN. - WOLLONGONGEN.

DECRETUM

DE FINIUM DIOECESIUM MUTATIONE

Animarum bono sollicite studentes Emus ac Revmus Dominus Cardinalis Normannus T. Gilroy, archiepiscopus Sydneyensis, et Excmus P. D. Thomas Me Cabe, episcopus Wollongongensis, expostulaverunt a Sacra Congregatione de Propaganda Fide ut limites suarum dioecesium immutarentur.

Quas preces Emi Patres Cardinales eiusdem Sacrae Congregationis de Propaganda Fide in Plenariis Comitiis, die 14 mensis Februarii vertentis anni habitis, benigne excipientes, fines praefatarum archidioecesis et dioecesis immutandos censuerunt secundum lineam, quae infra distincte designatur. Ea vero linea a loco, quo in unum confluunt flumina Guineacor et Wollondilly, recto usque ad montem Werong ducit, et postea, declinans, locum attingit quo in unum confluunt flumen Cox et

superior cursus fluminis Wollondilly; deinde sequitur cursum fluminis Warragamba usque ad* locum quo confluii cum flumine Monkey, ex quo loco recto pergit usque ad locum, quo viae vulgo Northern Road et Greendale Road coniunguntur. Postea linea sequitur viam Bringelly usque ad viam Hume ac deinde usque ad locum Cross Roads, postea viam Glenfleld et viam Canterbury usque ad Southern Railway, dein versus orientem usque ad flumen Georges. Postea sequitur cursum huius fluminis usque ad viam Oxford ac dein usque ad viam Albert et attingit flumen Williams. Ex hoc loco adversum hoc flumen subiens, attingit locum exstantem versum orientem regionem viae ferreae apud Campbelltown, ac dein prosequitur usque ad <(Eckersley Trigonometrical Station » et postea ad viam ferream Illawarra et limites meridionales Agri consaepti nationalis, quos limites sequens progreditur versus orientem et attingit Oceanum Pacificum.

Haec eadem Sacra Congregatio de Propaganda Pide, vigore specialium facultatum sibi a Sanctissimo Domino Nostro Pio Divina Providentia Papa XII tributarum, rata petitionem in bonum fidelium cessuram, per praesens Decretum limites inter archidioecesim Sydneyensem et dioecesim Wollongongensem mutat prout supra sunt descripti, atque ad haec omnia exsecutioni mandanda Excmum P. D. Romulum Carboni, archiepiscopum titularem Sidoniensem et Delegatum Apostolicum in Australia, Nova Zelandia et Oceania deputat, tribuens ei necessarias et opportunas facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere etiam imposito ad hanc Sacram Congregationem de Propaganda Fide mittendi, quam primum, authenticum exemplar actus peractae exsecutionis.

Contrariis quibusvis non obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 21 mensis Februarii a. D. 1955.

P. Card. FUMASONI BIONDI, *Praefectus*

L. © S.

f P. Sigismondi, Archiep. tit. Neapolitan. in Pisidia, *a Secretis*

SACKA CONGREGATIO RITUUM

i

PARISIEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VENERABILIS MARIAE A PROVIDENTIA IN SAECULO EUGENIAS SMET, FUNDATRICIS INSTITUTI SORORUM AUXILÍATE!-CUM ANIMARUM IN PURGATORIO DEGENTIUM.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate, cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine, earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

Interroganti uni ex pharisaeis quod esset mandatum magnum in lege, respondit Dominus : « *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo et in tota anima tua et in tota mente tua. Hoc est maximum et primum mandatum. Secundum autem simile est huic : Diliges proximum tuum sicut teipsum. In his duobus mandatis universa lex pendet et prophetae* » (Mt. ¡22, 36-40).

Utrique mandato perfecte Venerabilis Eugenia Smet vel a teneris unguiculis obsequi est conata eo felici successu, ut heroicum attigisse gradum dicenda sit. Et sane. Die festo Annuntiationis B. Mariae V. anno 1825 Insulae (vulgo Lille) ex honestis piisque parentibus, Henrico Smet atque Paulina Taverne de Mont-d'Hiver, orta est. Eluxit mature in puella egregia indoles atque ad caritatem proclivitas, praecipue erga animas purgatorio igni addictas. Septennis enim, dum aliis cum puellis iucunde cursitat, ex abrupto consistit fitque aspectu gravis et : « Scitigne — socias alloquitur — quid mente revolvo? Si qua ex vobis in igneo carcere detineretur, nobisque datum esset eam uno verbo liberare, nonne continuo hoc proferremus? Plures animae purgatorio igne detinentur : ipse Deus, qui iuste eas punit, ut eas liberet, precatiuncolam a nobis expetit, nos vero hanc non facimus ». Cogitatum hoc totam Dei Famulae vitam efficaciter informavit. Pro earum enim solamine nullum negligebat adiunctum. Libenter adversa quaeque pro eis tolerabat ; iuges pre-

ces effundebat atque, ut ab aliis idem fieret, curabat. Eodem caritatis ardore succensa omnes sui animi dotes, quibus abundanter a Deo fuerat ditata, in proximorum bonum impendebat. Societati a Sacro Corde Iesu, nuper a S. Magdalena Sophia Barat fundatae, cooptari cupierat, sed, Deo aliter disponente, Institutum Sororum Auxiliatricum Animarum in Purgatorio degentium condidit. Verum antequam ad tantum opus manus apponeret, ferventibus precibus, ut Dei voluntatem magis certe cognosceret, quinque condicionum eventu comprobare ab Eo humiliter petiit; hae fuerunt: Felix piae consociationis, iam ab ea constitutae pro Defunctis, successus; Summi Pontificis benedictio; Cameracensis Archiepiscopi, a cuius tunc iurisdictione Insula pendebat, approbatio; quod quinque sodales sibi adhaererent; et tandem alicuius sacerdotis occursus, antea sibi ignoti, idem foventis optatum pro animabus Purgatorii. Quae omnia evenerunt. Adhibuit quoque prudentium ac sanctitate vitae insignium virorum consilium, praesertim ' Sancti Ioannis Baptistae Vianney, qui de eius Instituto dixit: « En opus a Deo diu vehementer optatum » idque definivit « une pensée d'amour du Cœur de Jesus ». Idem Sanctus pluries ei ad opus prosequendum animum addidit.

His confirmata consiliis, Lutetiae Parisiorum, quo se contulerat, opus, amplissime Archiepiscopo Sibour approbante, anno 1856 incepit. Die 27 Decembris eiusdem anni simplicia vota nuncupavit, assumpto Mariae a Providentia nomine, quod ob inconcussam erga Divinam Providentiam fiduciam elegit. Die 25 Ianuarii anno 1858 coram Archiepiscopo Cardinali Morlot perpetua edidit vota.

Voti compos facta, Serva Dei, pro animabus in Purgatorio detentis, non modo precibus atque asperis sui corporis castigationibus, sed et heroico virtutum omnium exercitio atque omne genus misericordiae operibus erga egenos ac derelictos se totam generose et impensius se dedidit. Ut autem hos tam salubérrimos fructus uberiores redderet atque firmaret, Instituto a se condito eos perennandos in eodem caritatis spiritu commendavit, cui veluti insigne tria haec concredidit, nempe: *Orare, pati et operari.* Operari autem intellegebat proximis benef acere, praecipue vero infirmorum habere curam.

Tanta bona opera Deus, qui ei crucis amorem inseruerat, magnifice ac munifice rependit, eam Filio suo similem in passione reddens. Pauperiem equidem, irrisiones, calumnias, derelictiones, corporis cruciatus, animi angores, labores et dolores omne genus non modo invicta patien-

tia, sed et grato animo, uti divinum donum, accepit, pro dilectis animabus suffragia Dei se posse offerre gaudens.

Quapropter nil mirum, si tantae matris Institutum brevi per orbem terrarum diffunderetur, uberrimos ubique fructus afferens.

Sed iam Dei Famulae, tot perf unctae laboribus doloribusque, aeterna requies debebatur. Atroci cancro cruciata, sed laeta pro dilectis animabus pati, morientium Sacramentis a Servo Dei Petro Olivaint refecta, qui paucos post menses martyr, ut videtur occubuit, ei usque fere ad mortem assidente, lectissimum animum die 7 Februarii a. 1871 exhalavit.

Sanctitatis fama erumpente, vix actoribus licuit, ad canonicas inquisitiones est deventum. Quare in Parisiensi Curia, archiepiscopali auctoritate annis 1926-1928 constructus est processus, per rogatorias vero litteras in Curiis Insulen. anno 1926, sequentique anno in Constantiensi et Nankinensi.

Scriptis perpensis, favorabile decretum ab hac Sacra Congregatione die 22 Maii anno 1935 est editum. Pii XI s. m. auctoritate Causa beatificationis die 5 Maii 1936 fuit introducta. Recognita die 3 Februarii 1937 oboedientia decretis ab Urbano VIII super indebito cultu latis, apostolicum processum Parisiis et in Apostolico Vicariatu Sciamhaevensi conditum est. Die 24 Aprilis anni 1942 Sacra haec Congregatio pro validitate omnium processuum decretum edidit. Anno vero 1947, die 22 Iulii, coram Revmo Cardinali Carolo Salotti, Sacrae huius Congregationis Praefecto Causaeque Ponente, Antepraeparatoria Congregatio habita est.

Die 9 Februarii nuper elapsi anni Praeparatorius Coetus fuit celebratus. Denique hodierna die coram Ssmo D. N. Pio Papa XII Generalis Congregatio est coacta, in qua Revmus Cardinalis Clemens Micara, Episcopus Veliternus, Causae Ponens, dubium proposuit disceptandum *:An constet de virtutibus theologalibus Fide, Sjje et Caritate cum in Deum tum in proximum necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine earumque adnexis in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur.* Porro qui convenerant Revmi Cardinales, Oificiales Praelati Patresque Consultores suum edidere suffragium. Beatissimus Pater, qui sacrum litaverat, audito hoc unanimi favorabili suffragio, opportunum duxit supremam in causa sententiam confestim edere. Arcessitis itaque, exacta Congregatione, Revmis Cardinalibus Clemente Micara, Causae Relatore, subscriptoque S. Rituum Congregationis Praefecto nec non R. P. Salvatore Natucci, Fidei Generali Promotóre, meque a Secretis, edixit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia,*

Temperantia et Fortitudine earumque adnexis Venerabilis Mariae de Providentia in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur.

Hoc autem decretum rite promulgari et in actis S. Rituum Congregationis referri mandavit.

Datum Romae, die *22* Februarii, Anno Domini 1955.

C. Card. Cicognani, *Praefectus*

L. © S.

t A. Carinci, Archiep. Seleuc, *Secretarius*

II

BONONIEN.

beatificationis et canonizationis venerabilis servae dei cleliae barbieri, fundatricis minimarum a virgine perdolente.

super dubio

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate, cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

Recte Venerabili Cleliae Barbieri illud Sapientiae potest aptari : *((Consummatus in brevi explevit tempora multa; placita enim erat Deo anima illius; propter quod properavit educere illum de medio iniquitotum* » (Sap. 4, 3.14). Ipsa enim brevi viginti trium annorum tempore, quemadmodum eius aequales Sanctae Bartholomaea Capitanio et Teresia ab Iesu Infante, consummatam perfectionem est assecuta. Et sane. In oppido Budrie, intra Bononiensis Archidioecesis fines, e Iosepho et Hyacintha Nannetti, piis honestisque ac pauperibus coniugibus, puella nata est die 13 Februarii anno 1847 eodemque die baptismo renata, Cleliae Mariae Rachelae nominibus impositis. Inde ab infantia ad pietatem maxime proclive ingenium ostendebat, ipsam immo sanctitatem quomodo assequi posset matrem rogabat. Patre vita functo anno 1855, in maiorem egestatem familia incidit quidem, sed divinae prorsus voluntati obsequens eiusque providentiae confidens, manuum labore iis quae ad vitam sunt necessaria consulebat. Confirmationis sacramento anno 1856 roborata Clelia, divinaque dape post biennium primitus suscepta, in Dei amore mirifice iugiter succrevit.

Sub sapienti ac prudenti parochorum moderamine, quorum nutibus omnino se subiecerat, quomodo posset in puellarum spirituale bonum se impendere moliebatur. Sicque sensim sine sensu gratiam non modo apud puellas paroeciae, sed et earum familias sibi conciliavit, aptamque se ad divina consilia exsequenda comparabat. Verum, dum grandia de ea omnes ominantur, in gravem ipsa morbum incidit, a quo ad mortis limen adducta f uit pulsataque aera pro eius agone. Tunc intime sensit se convalituram, quia a Deo ab ea aliquid aliud expetebatur. Hoc autem re factum est. Nonnullae enim cum Clelia sancta amicitia coniunctae parique permotae voluntate in christiana perfectione proiiciendi atque in bonum animarum se impendendi, eidem se adiunxerunt, superatisque omne genus impedimentis calumniisque, Instituti Minimarum Sororum a Virgine Perdolente germen factae sunt, dieque primo Maii mensis anno 1868 simul convenerunt pauperrimamque conducticiam domum sunt ingressae, religiosam vitam inaugurantes. Instituto titulum hunc Cardinalis Parocchi Archiepiscopus indidit, ob magnam religionem qua Clelia eiusque sociae erga S. Franciscum a Paula tenebantur. In huius primordiis maxima rerum omnium egestas eas pressit, quam heroice pro Dei amore perpessae sunt, cui saepe inopinato mirabiliter a divina provi dentia subventum est.

Porro, haud alia optimorum Institutorum fuerunt plerumque initia ; opera enim Dei super crucis solido fundamento eriguntur, unde firmitatem hauriunt, vim, felicitatem sodaliumque augmentum. Hoc omnino impletum est. Minimarum enim Institutum esse Pontificii iuris honorem est assecutum sodaliumque numerus ad fere tercentum elatus. Mirum quidem est inopem puellam ingenuarum artium expertem tanta valuisse exantlare, atque adeo Institutum condere ac solide constituere. Verum quoniam iuxta Apostoli monitum: *«Non quod sufficientes simus cogi tare aliquid a nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est »* (2 Cor. 3, 5), Venerabilis Clelia ab infantia ad mortem usque continua oratione, carnis castigatione, vigilanti cura, summo divinae voluntati obsequio, iugi conatu, Deo unice immota confidens, ad perfectum Dei amorem pervenit, aptumque magnalium Eius instrumentum facta est. Quapropter Deus eam in vita, in morte et post mortem munifice ditavit : viventem quidem, donis raptuum, ecstasis, cordium scrutationis aliisque ; morientem, certam spem ei dans aeterni praemii mox assequendi ; post eius supremum diem, plures gratias eius patrocinio fidelibus largiendo.

Phthisico morbo, quo iamdiu laboraverat confecta, divinis sacramentis

pientissime receptis, die 13 Iulii anni 1870 ad iustitiae coronam sibi repositam assequendam evolavit.

Variis de causis canonicae inquisitiones a Cardinali Gusmini, Bononiensi Archiepiscopo, nonnisi anno 1920 initae sunt. Verum vix inceptae ob eiusdem Archiepiscopi mortem ab eius successore Cardinali Nasalli Rocca fuere perfectae. Quum nullum impedimentum ex unica Servae Dei inventa epistola exortum esset, actum est de sanctitatis fama atque habito a Sacra hac Congregatione favorabili iudicio, Ssmus D. N. Pius Papa XI Introductionis commissionem die 15 Martii 1929 Sua manu signavit. Apostolico processu constructa, servatis de iure servandis, die 13 Maii anno 1952 coram Revmo Cardinali Alexandro Verde, causae Ponente, Antepraeparatoria Congregatio habita fuit, dieque 26 Maii anni 1953 Praeparatoria, Generalis vero coram SS. D. N. Pio Papa XII hodierna die, in qua idem Revmus Cardinalis Ponens dubium disceptandum posuit : *An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine earumque adnexis, in grado heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Revmi Cardinales, Officiales Praelati Patresque Consultores suum edidere suffragium, quod Beatissimus Pater attente auscultavi^ Demissa vero Congregatione, Revmos Cardinales Ponentem et infrascriptum S. Rituum Congregationis Praefectum ad se ascivit necnon R. P. Salvatorem Natucci, Fidei Generalem Promotorem meque a secretis, atque Sacrosancto Missae Sacrificio antea celebrato, Sacrae nuper habitae Congregationis favorabile votum ratum habens, supremam sententiam proferens, edixit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cvm in Deum, tum in proximum, nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine earumque adnexis in gradu heroico Venerabilis Cleliae Barbieri, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum esse promulgandum atque in acta S. Rituum Congregationis referendum mandavit.

Datum Romae, die 22 Februarii A. D. 1955.

C. Card. Cicognani, *Praefectus*

L. $ S.

f A. Carinci, Archiep. Selene, *Secretarius*

An. et yol. XXXXVII 28 Septembris 1955 (Ser. II, v. XXII) - N. 13

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XII

CONSTITUTIO APOSTOLICA

NAGPURENSIS
(AMRAVATENSIS)

AB ARCHIDIOECESI NAGPURENSI QUAEDAM TERRITORIA DETRAHUNTUR, EX QUIBUS NOVA DIOECESIS EFFICITUR, « AMRAVATENSIS)) APPELLANDA.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Cum petierit venerabilis Frater Martinus Lucas, Archiepiscopus titulo Adulitanus et in India Apostolicus Internuntius, archidioecesim Nagpurensem partiri : eam enim et peramplam esse, et cives habere moribus ac lingua dissimiles, et magna ibidem incrementa cepisse christianam religionem; Nos, sententiam secuti venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi Fidei Propagandae praepositorum, eorum supplentes consensum qui in hac re aliquid iuris vel habeant vel sese habere arbitrentur, de Nostra summa et apostolica potestate haec quae sequuntur statuimus et iubemus. Ab archidioecesi Nagpurensi id territorii separamus quod civiles regiones comprehendit quibus sunt nomina vulgo : Amravati, Akola, Yeotmal, Buldana, Nander, Parbhana, et Aurungabad, ex eoque novam dioecesim constituimus *Amravatensem* cognominandam, cuius fines iidem erunt, scilicet, ac regionum quas numeravimus. Cuius dioecesis urbs caput erit Amravati,

in qua Episcopus suam sedem ac domicilium statuet; cathedram vero docendae veritatis in templo S. Francisci Xaverii in eadem civitate idem Episcopus collocabit. Quod templum, ut patet, eademque dioecesis, quam condidimus, omnibus iuribus et honoribus cumulabuntur quibus cetera per orbem: item sive debita iura et privilegia habebit Praesul Amravatensis, sive onera tantae dignitatis sustinebit. Volumus praeterea ut nova Sedes metropolitanae Ecclesiae Nagpurensi, ex qua, ceu matre, ortum duxit, subiciatur suffraganea, et eius sacer Antistites venerabili Fratri Archiepiscopo eiusdem metrópolis sit obnoxius et subiectus. Quandoquidem vero Amravatensis haec dioecesis est omnimodis curanda utpote quae in suo primordio stet vitae, ideo eandem concredimus colendam dilectis Filiis Missionalibus Anneciensibus a S. Francisco Salesio, qui hactenus bene de Ecclesia sancta meriti sunt, tradita archidioecesi Nagpurensi indigenae clero. Cum autem sint sacerdotes christiani populi duces, nullam hac maiorem sollicitudinem habeat Episcopus huius dioecesis quam ut in suo territorio seminarium saltem elementarium excitet, excipiendis pueris quos Deus ad sacerdotium sua gratia invitaverit, iisque rite educandis. Mensam, quam dicunt, episcopalem constituent sive bona quae, diviso territorio Nagpurensis archidioecesis iuxta canonem 1500 Codicis Iuris Canonici, novae obtigerint Ecclesiae, sive data a fidelibus christianis sponte pecunia, sive denique Curiae fructus. Quod autem ad regimen, administrationem, curam Ecclesiae Amravatensis attinet, itidem ad electionem Vicarii Capitularis, Sede vacante, ad cleri et populi iura et onera, aliaque huiusmodi, haec omnia Iuris Canonici praescriptis omnino regantur. Qui vero clerici, facta territorii divisione, in novae dioecesis finibus legitime degant, ii Amravatensi Sedi aseripti habeantur. Acta tandem et documenta quae quovis modo ad novam dioecesim respiciant, quam cito fieri potest a Curia Nagpurensi ad Curiam Amravatensem mittantur, in tabulario actarum rerum religiose asservanda. Haec Nostra iussa et decreta exsequenda curabit venerabilis Frater Martinus Lucas, cuius mentionem fecimus, cui omnes potestates perficiendae rei concedimus, alii quoque viro subdelegandas, si opus fuerit, qui sit in ecclesiastica dignitate constitutus. Idem venerabilis Frater onus habebit, cum negotium actum fuerit, documenta exarare eaque sinceris exemplis ad S. Congregationem Fidei Propagandae mittenda curare. Quod si eo tempore cum haec omnia fieri debebunt alius Indicae Internuntiaturae praeerit, eidem et mandatum damus ea persequendi et potestatem per has Litteras facimus.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ;

ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat ; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in, ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderetur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die octavo mensis Maii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo quinto, Pontificatus Nostri septimo decimo.

CELSUS Card. COSTANTINI
S. R. E. Cancellarius

PETRUS Card. FUMASONI BIONDI
S. Congr. de Propaganda Fide Praefectus

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

Franciscus Hannibal Ferretti, *Proton. Apost**
Silvius Sericano, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. LXXXX, n. 80.

ACTA 88. CONGREGATIONUM

SACEA CONGREGATIO DE DISCIPLINA SACRAMENTORUM

INSTRUCTIO

EXCMIS ORDINARIIS REIPUBLICAE DOMINICANAE DATA, QUOAD CELEBRATIONEM SACRAMENTI MATRIMONII IUXTA CONVENTIONES INTER SANCTAM SEDEM ET REMPUBLICAM DOMINICIANAM DIE 16 IUNII MENSIS A. 1954 INITAS.

ISTRUZIONE

AGLI ECCMI ORDINARI DELLA REPUBBLICA DOMINICANA E, PER ESSI, AI PARROCI SULL'ESECUZIONE DEGLI ARTICOLI DEL CONCORDATO DEL 16 GIUGNO 1954 TRA LA SANTA SEDE E LA REPUBBLICA DOMINICANA, RELATIVI ALLA CELEBRAZIONE DEL MATRIMONIO PER GLI EFFETTI CIVILI, IN ARMONIA CON LA NUOVA LEGISLAZIONE DEL GOVERNO DOMINICANO SULLO STESSO ARGOMENTO.

Avendo la Repubblica Dominicana riconosciuto, con gli articoli XV e XVI del Concordato e Protocollo Finale circa Part. XV, gli effetti civili al matrimonio celebrato secondo le prescrizioni del Diritto Canonico, questa Sacra Congregazione, in ossequio agli augusti voleri della Santità di Nostro Signore Pio Papa XII,

INSTRUCCIÓN

A LOS EXCMOS. ORDINARIOS DE LA REPÚBLICA DOMINICANA, Y A LOS PÁRROCOS POR MEDIO DE AQUELLOS, PARA LA EJECUCIÓN DE LOS ARTÍCULOS DEL CONCORDATO DEL 16 DE JUNIO DE 1954 ENTRE LA SANTA SEDE Y LA REPÚBLICA DOMINICANA, QUE SE REFIEREN A LA CELEBRACIÓN DEL MATRIMONIO PARA LOS EFECTOS CIVILES, DE ACUERDO CON LA NUEVA LEGISLACIÓN DEL GOBIERNO DOMINICANO SOBRE EL MISMO ASUNTO.

Habiendo la República Dominicana reconocido, con los artículos XV y XVI del Concordato y el Protocolo Final acerca del art. XV, los efectos civiles del matrimonio celebrado según las prescripciones del Derecho Canónico, esta Sagrada Congregación, en atención a los augustos deseos de la Santidad de Nuestro Señor

felicemente regnante, ad essa comunicati con dispaccio della Segreteria di Stato in data 24 Ottobre 1954, dirige agli Eccmi Ordinari della Repubblica Dominicana la presente Istruzione per l'esatta applicazione dei suddetti articoli del Concordato, tenuto presente il testo delle leggi 3931 del 20 Settembre 1954, 3932 e 3937 del 20 Settembre 1954 (Gaceta Oficial del 25 Settembre 1954, Anno LXXV, n. 7749) che danno esecuzione agli stessi articoli del Concordato,

Non è intenzione della Santa Sede di mutare con la presente Istruzione le prassi seguite nelle Curie delle diocesi dominicane quanto ai processi prematrimoniali, le quali, perciò, secondo il prudente giudizio dell'Ordinario, potranno essere mantenute, purché non siano contrarie nè alle prescrizione canoniche, nè a quelle dell'Istruzione « Sacrosanctum » di questa Sacra Congregazione, del 29 Giugno 1941 *(A. A. 8.* XXXIII, pp. 297 ss.), nè alle norme della presente.

Siccome per l'articolo XV « La Repubblica Dominicana riconosce pieni effetti a tutti i matrimoni celebrati secondo le norme del Diritto Canonico purché l'atto di matrimonio sia trascritto nell'apposito Ufficio del Registro Civile » e siccome in forza dell'articolo unico della legge 3932 del 20 Settembre 1954 (Gaceta Oficial 25 Settembre 1954 n. 7749), si consi-

el Papa Pío XII, felizmente reinante, comunicados por despacho de la Se-' cretaría de Estado con fecha 24 de octubre de 1954, dirige a los Excmos. Ordinarios de la República Dominicana la presente Instrucción para la aplicación exacta de los citados artículos del Concordato, teniendo presente el texto de las leyes 3931 del 20 de septiembre de 1954, 3932 y 3937 del 20 septiembre de 1954 (Gaceta Oficial del 25 de septiembre de 1954, Año LXXV, n. 7749), que dan ejecución a dichos artículos del Concordato.

La Santa Sede no pretende cambiar con la presente Instrucción las normas seguidas en las Curias de las diócesis dominicanas en cuanto a los procesos prematrimoniales, las cuales, por consiguiente, podrán seguir observándose, según el prudente juicio del Ordinario, siempre que no sean contrarias a las prescripciones de los Sagrados Cánones, de la Instrucción ((Sacrosanctum» de esta Sagrada Congregación, del 29 de junio de 1941 *(A.-A. 8.* XXXIII, págs. 297 ss.), o de la presente Instrucción.

Por el artículo XV « La República Dominicana reconoce plenos efectos civiles a cada matrimonio celebrado según las normas del Derecho Canónico », siempre que « el acta del matrimonio sea transcrita en el Registro civil correspondiente », y en virtud del artículo único de la Ley 3932 del 20 de septiembre de 1954 (Gaceta Oficial del 25 de septiembre de 1954,

dera indissolubile, anche davanti alla legge civile, il vincolo del matrimonio religioso, il cui atto sia stato trascritto in detti Registri, ciò che non avviene invece con gli altri matrimoni, vigilino gli Eccmi Ordinari locali affinchè i matrimoni siano celebrati in conformità con le disposizioni del Concordato ed i relativi atti siano in tempo opportuno inviati all'Ufficio «del Registro Civile ed ivi debitamente trascritti, insistendo frequentemente presso i Rev.di Parroci perchè siano sommamente diligenti nell'adempimento di questo gravissimo dovere, ed ispezionando, a norma dell'art. 11 della citata Istruzione « Sacrosanctum », personalmente o per mezzo di speciali delegati, i libri parrocchiali.

n. 7749), se considera indisoluble, aun ante la ley civil, el vínculo del matrimonio religioso, cuya acta haya sido transcrita en dichos Registros, lo cual no sucede, sin embargo, con otros matrimonios; deben, pues, los Excmos. Ordinarios locales vigilar a fin de que los matrimonios se celebren de acuerdo con las disposiciones del Concordado y las actas correspondientes sean enviadas a su debido tiempo a la oficina del Registro civil y debidamente transcritas en el mismo, insistiendo frecuentemente ante los Reverendos Párrocos para que sean sumamente diligentes en el cumplimiento de este gravísimo deber e inspeccionando los libros parroquiales, personalmente o por medio de especiales delegados, a tenor del art. 11 de la citata Instrucción « Sacrosanctum ».

Capo I

Dell'obbligo dei contraenti cattolici di celebrare solamente il matrimonio religioso.

N. 1. Atteso che il matrimonio religioso, celebrato in armonia con le disposizioni del Concordato, produce tutti gli effetti civili, ed è perciò atto a conseguire senz'altro anche il suo scopo sociale, non vi è più alcun motivo per i cattolici di contrarre il cosidetto matrimonio civile, il quale è quindi per essi gravemente illecito.

Capítulo I

De la obligación de los contrayentes católicos de celebrar sólamente el matrimonio religioso.

N. 1. Teniendo en cuenta que el matrimonio religioso, celebrado de acuerdo con las disposiciones del Concordato, produce todos los efectos civiles y es apto por ello para conseguir también su finalidad social, no hay ningún motivo para que los católicos contraigan el llamado matrimonio civil, el cual es para ellos, por consiguiente, gravemente ilícito.

Qualora pertanto i nubendi cattolici celebrassero Fatto civile, sia pure con l'intenzione di celebrare in appresso il matrimonio canonico, il parroco non mancherà di regolarsi con essi a norma del can. 1066 del Codice di Diritto Canonico.

Capo II

Delle pubblicazioni o proclami matrimoniali.

N. 2. Si osservino strettamente le disposizioni dei canoni 1022-1021, secondo le quali i nomi dei nubendi debbono essere pubblicati non solo nelle loro parrocchie, ma anche in quelle nelle quali abbiano avuto residenza per almeno sei mesi, dopo aver raggiunto la pubertà, a meno che, quanto a queste ultime, l'Ordinario del luogo non giudichi preferibile assicurarsi in altra maniera del loro stato libero.

N. 3. Se l'Ordinario, nei termini del can. 1025, in qualche caso particolare, o anche in maniera generale, giudicasse conveniente sostituire la lettura dei proclami o delle pubblicazioni con l'affissione pubblica di editti alla porta della chiesa parrocchiale o di qualsiasi altra chiesa, gli editti dovranno restare affissi almeno per otto giorni, nei quali siano compresi due giorni festivi di precetto.

N. 4. Benché l'Ordinario proprio possa, essendovi giusta causa, secon-

N. 56. Le decisioni e sentenze definitive circa la nullità del matrimonio cattolico e la dispensa del matrimonio rato e non consumato, e analoghi provvedimenti, emanati dalla Santa Sede, saranno annotati subito, come si è detto sopra (n. 51) nei registri parrocchiali dei matrimoni e dei battesimi.

N. 57. A norma poi dell'art. XVI del Concordato, le dette decisioni, sentenze e provvedimenti saranno trasmessi al Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica per il relativo controllo e da questa a sua volta inviati, con i relativi decreti (eventualmente per via diplomatica) al Tribunale di Appello dello Stato territorialmente competente, il quale li renderà esecutivi e ordinerà che siano annotati nei registri dello stato civile a margine dell'atto di matrimonio.

N. 58. Si richiama alla mente degli Ordinari che a norma dell'art, unico della legge 3932 del 20 Settembre 1954, i coniugi, per il fatto stesso del-

cimiento y la parroquia donde fueron bautizados.

Cuando se trate, por el contrario, de hijos no legitimables por subsiguiente matrimonio y haya sido concedido por la Santa Sede el rescripto de su legitimación, podrá el párroco aconsejar a las personas interesadas que lo presenten a las competentes autoridades civiles para obtener el reconocimiento civil de dicha legitimación.

N. 56. Las decisiones y sentencias definitivas sobre la nulidad del matrimonio católico y la dispensa del matrimonio rato y no consumado, y otras provisiones análogas emanadas de la Santa Sede, serán anotadas inmediatamente, como queda dicho (n. 51), en los registros parroquiales de matrimonios y de bautismos.

N. 57. A tenor del art. XVI del Concordato, dichas decisiones, sentencias y provisiones serán transmitidas al Supremo Tribunal de la Signatura Apostólica para su comprobación, y por ésta a su vez, enviadas con los respectivos decretos (eventualmente por vía diplomática) al Tribunal de Apelación del Estado territorialmente competente, el cual las hará efectivas y mandará que sean anotadas en los registros civiles al margen del acta del matrimonio.

N. 58. Se recuerda a los Ordinarios que a tenor del art. único de la ley 3932 del 20 de septiembre de 1954, los cónyuges, por el hecho mismo de la

la celebrazione del matrimonio canonico, hanno rinunziato alla facoltà civile di chiedere il divorzio che perciò non potrà essere applicato dai tribunali civili ai matrimoni canonici.

]S'. 59. Atteso quanto esposto nel numero precedente, la Santa Sede permette all'Autorità Civile di disporre la separazione dei coniugi che hanno celebrato matrimonio canonico, secondo le norme della legge 3937 del 20 Settembre 1954.

N. 60. Le sentenze di separazione, di cui sopra, saraimo partecipate dal Tribunale civile che le emette all'Ordinario diocesano, il quale ne darà a sua volta comunicazione al parroco proprio dei coniugi.

IST. 61. Le sentenze ed i provvedimenti relativi alla separazione dei coniugi, emessi dall'Autorità civile, purché non siano contrari alla legge divina od ecclesiastica, hanno valore anche nel foro canonico. Perciò rispetto alla donna legalmente separata è applicabile il disposto del can. 93. § 2.

N. 62. Le sentenze o decreti in materia di separazione, emanati dalla competente autorità ecclesiastica in qualche caso speciale, potranno essere notificati dalla autorità che li ha emessi, nell'interesse delle parti, all'autorità civile.

celebración del matrimonio canónico, renuncian a la facultad civil de pedir el divorcio, que por consiguente no podrá ser aplicado por los tribunales civiles a los matrimonios canónicos.

UST. 59. Teniendo en cuenta lo expuesto en el número anterior, la Santa Sede permite a la Autoridad Civil el disponer la separación de los cónyuges que han celebrado matrimonio canónico, de acuerdo con las normas de la ley 3937 del 20 de septiembre de 1954.

N. 60. Dichas sentencias de separación serán comunicadas por el Tribunal civil que las emite al Ordinario diocesano, el cual dará a su vez comunicación de las mismas al párroco propio de los cónyuges.

N. 61. Las sentencias y provisiones concernientes a la separación de los cónyuges, pronunciadas por la Autoridad civil, son válidas también en el fuero canónico, siempre que no sean contrarias a la ley divina o eclesiástica. Por tanto, a la mujer separada legalmente es aplicable lo que dispone el can. 93, 2.

N. 62. Las sentencias o decretos de separación, emanados de la competente autoridad eclesiástica en algún caso especial, podrán ser comunicados a la autoridad civil, en interés de las partes, por la autoridad que los ha dictado.

Capo VI

Disposizioni transitorie

N. 63. Poiché i matrimoni celebrati solo canonicamente prima dell'entrata in vigore del Concordato 6 Agosto 1954 producono effetti civili dalla data delle trascrizione, è da consigliare ai coniugi, che si trovassero in tale condizione, di regolarizzare la loro situazione, anche davanti alla legge civile, per profittare dei benefici concessi dallo Stato ai matrimoni ufficialmente riconosciuti.

N. 64. Se nei matrimoni di cui al numero precedente, vi fossero dei figli alla data della trascrizione dell'atto di matrimonio nei libri del Registro Civile, si deve procurare la loro legittimazione davanti alla legge civile. A tale effetto il parroco, nello stesso certificato di matrimonio da inviare al funzionario del Registro Civile, indicherà i nomi dei figli nati dal matrimonio, dando gli schiarimenti necessari perchè si possa fare l'annotazione negli atti di nascita dei figli stessi.

La Santità di Nostro Signore Pio Papa XII, nell'Udienza accordata al Pro-Segretario di Stato il 21 marzo 1955, Si è benignamente degnata di approvare e confermare la presente

Capítulo VI

Disposiciones transitorias

N. 63. Puesto que los matrimonios celebrados sólo canónicamente antes de entrar en vigor el Concordato del 6 de agosto de 1954 producen efectos civiles a partir de la fecha de la transcripción, debe aconsejarse a los cónyuges que se encuentren en esas condiciones, que regularicen también su situación ante la ley civil, para aprovecharse de los beneficios concedidos.

N. 64. Si en los matrimonios de que se trata en el número anterior hubiera hijos al tiempo de la transcripción del acta matrimonial en los libros del Registro civil, debe procurarse su legitimación ante la ley civil. Con este objeto indicará el párroco, en el mismo certificado de matrimonio que ha de enviarse al Oficial del Registro civil, los nombres de los hijos nacidos del matrimonio, facilitando las indicaciones necesarias para que se pueda hacer la anotación correspondiente en las actas de nacimiento de dichos hijos.

La Santidad de Nuestro Señor el Papa Pío XII, en la audiencia concedida al Pro-Segretario de Estado el 21 marzo de 1955, se ha dignado benignamente aprobar y confirmar

Istruzione e di dare ordine che venisse immediatamente pubblicata.

Roma, dalla Sacra Congregazione della Disciplina dei Sacramenti, 25 marzo 1955.

la presente Instrucción y ordenar que sea publicada inmediatamente.

Roma, Sagrada Congregación de Sacramentos, 25 de marzo de 1955.

£B B. Card. Aloisi Masella, *Prefetto*

L. © S.

F. Bracci, *Segretario*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Giovedì, I° settembre 1955, il Santo Padre ha ricevuto in solenne Udienza Sua Eccellenza il Dott. Aly Chawky, Inviato Straordinario e Ministro Plenipotenziario dell'Egitto, per la presentazione delle Lettere Credenziali.

S. CONGREGAZIONE «DE PROPAGANDA FIDE»

NOMINE

La S. Congregazione « de Propaganda Fide » con successivi Decreti ha nominato :

21 febbraio 1955. Il Rev. Padre Francesco Nebkhan Kotwani, dei Frati Minori, *Direttore nazionale delle Pontificie Opere della Propagazione della Fede e di San Pietro Apostolo, nel Pakistan.*

27 maggio » L'Illmo e Revmo Monsignor Andrea Baron, *Vice-Presidente del Consiglio superiore generale della Pontificia Opera della Propagazione della Fede.*

)) » » Il Rev. Sac. Gerardo Muttakumaru, *Direttore nazionale delle Pontificie Opere della Propagazione della Fede e di San Pietro Apostolo, nel Ceylon.*

7 giugno » Il Rev. Sac. Gustavo Moscoso, *Direttore nazionale delle Pontificie Opere della Propagazione della Fede e di San Pietro Apostolo, nella Repubblica di Ecuador.*

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di nominare :

v

19 febbraio 1955. L'Illmo e Revmo Monsig. Federici Cesare, *Protonotario Apostolico di numero partecipante.*

16 maggio » L'Illmo sig. avv. Del Giudice Vincenzo, *Avvocato Concistoriale.*

21 » » S. E. Revma Monsig. Sensi Giuseppe, Arcivescovo tit. di Sardi, *Nunzio Apostolico nella Repubblica di Costarica.*

28 maggio 1955. L'Emo e Revmo Signor Cardinale Cicognani Gaetano, *Protettore delle Suore Missionarie Domenicane del SS. Rosario* (Pamplona).

3 giugno » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Cicognani Gaetano, *Protettore delle Suore Carmelitane Terziarie del S. Cuore di Gesù* (Madrid).

25 » » L'Illmo e Revmo Monsig. Sargolini Federico, *Prelato Chierico della Reverenda Camera Apostolica.*

30 » » S. E. Revma Monsig. Natucci Salvatore, *Tesoriere Generale della Reverenda Camera Apostolica.*

1 luglio » L'Illmo e Revmo Monsig. Romani Silvio, *Promotore Generale della Fede nella Saera Congregazione dei Riti.*

16 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Siri Giuseppe, *Protettore dell'Istituto « S. Giovanni Battista » di Villa Maria di Campomorone* (Genova).

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di nominare :

31 agosto 195è. Gli Emi e Revmi Signori Cardinali Aloisi Masella Benedetto, Valeri Valerio e Ottaviani Alfredo, *Membri della Commissione Pontificia per l'interpretazione autentica del Codice di Diritto Canonico.*

2 settembre » Gli Emi e Revmi Signori Cardinali Piazza Adeodato Giovanni, Costantini Celso, Valeri, Valerio e Ciriaci Pietro, *Membri della Commissione Pontificia per la Redazione del Codice di Diritto Canonico Orientale.*

5 » » Il Revmo Padre Larraona Arcadio, l'IUmo e Revmo Monsig. Violardo Giacomo e i Revmi Padri Berutti Cristoforo, dell'Ordine dei Frati Predicatori, e Bidagor Raimondo, della Compagnia di Gesù, *Consultori della Commissione Pontificia per l'interpretazione autentica del Codice di Diritto Canonico.*

UFFICIO DEL MAESTRO DI CAMERA DI SUA SANTITÀ

Con Biglietto dell'Ufficio del Maestro di Camera di Sua Santità, in data 23 luglio 1955, il sig. comm. Ferretti Arnaldo è stato nominato *Bussolante Pontificio Soprannumerario.*

An. et vol. XXXXV1I 24 Octobris 1955 (Ser. II, v. XXII) - N. 14

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XII

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

1

DE COPIAPÓ

ADMINISTRATIO APOSTOLICA DE COPIAPÓ AD GRADUM BT DIGNITATEM PRAELATURAE ((NULLIUS)) EVEHITUR, EODEM SERVATO NOMINE.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Dum haud paucis terrarum partibus christianae gentes ob fidei catholicae amorem, qua nihil est ipsis carius, variis modis vexantur, feliciter evenit ut aliis in oris eadem fides progrediatur, dilatetur optatosque agat triumphos. Qua in prospera condicione cum sit apostolica quoque Administratio de Copiapó, quae est in regione Chilena, quaeque ante decem fere annos condita est, petiit venerabilis Frater Sebastianus Baggio, Archiepiscopus titulo Ephesinus et apud Nationem Chilenam Apostolicus Nuntius, ut eandem Administrationem ad gradum praelaturae ((nullius » eveheremus. Quod cum magna animi consideratione reputaverimus, cumque venerabilis Fratris Nostri S. E. E. Cardinalis S. Congregationis Consistorialis a Secretis consilium habuerimus; eorum consensum supplentes qui aliquid iuris in hoc negotio vel habeant vel sese habere arbitrentur, de Nostra summa et apostolica potestate haec quae sequuntur statuimus et decernimus. Apostolicam Administratio-

nem de Copiapó ad praelaturae « nullius » dignitatem evehimus, quae, eodem servato nomine, iisdem finibus continebitur quibus civilis provincia, cuius nomen in vulgus Atacama. Huius praelaturae urbs caput erit ipsa civitas Copiapó, in qua Praelatus « nullius » Ordinarius sedem habebit ac domicilium; cathedram vero docendae veritatis in templo Beatae Mariae Virginis a sacratissimo Rosario idem collocabit, quod, ut par est, ad praelaticiae aedis honorem extollimus, cum omnibus iuribus et privilegiis. Quae iura quaeque privilegia ad eundem Praelatum Ordinarium quoque spectabunt, qui tamen iisdem oneribus tenebitur ac ceteri omnes Praelati « nullius ». Quam ereximus praelaturam de Copiapó archidioecesi Serenensi suffraganeam constituimus; cuius item Metropolitae obnoxium ac subditum eius Praelatum Ordinarium facimus. Quod ad mensam praelaticiam attinet, ea constituetur sive bonis quae ex divisione bonorum iuxta canonem 1500 C. I. C. ei provenient; sive pecunia quam populus offerre consuevit iuvandae Ecclesiae; sive denique Curiae fructibus. Curet sacer Praesul, cui nova circumscriptio ecclesiastica credetur, ut in suo territorio iuxta regulas iuris communis et a S. Congregatione de Seminariis et studiorum Universitatibus traditas, seminarium saltem elementarium condatur, iis pueris excipiendis qui suavissima Dei invitatione ad munera sacerdotalia capienda moveantur. Ex quo, suo tempore, lectissimos quosque iuvenes Romam mittet ut philosophia et theologia sane imbuantur, Collegio Piano Latino Americano recepti. Regimen, administratio praelaturae de Copiapó; electio Vicarii Capitularis, Sede vacante; iura tandem cleri et populi, aliaque huiusmodi, praescriptis Iuris Canonici omnino regantur. Quae his Litteris iubemus venerabilis Frater Sebastianus Baggio, quem memoravimus, effici curabit, cui omnes potestates ad id concedimus, cuilibet viro, si visum fuerit, subdelegandas, dummodo ecclesiastica dignitate insigni. Cum autem rem perfecerit, idem venerabilis Frater documenta exarari faciet, eaque sinceris exemplis ad S. Congregationem Consistorialem quam cito mitti. Quod si forte alius eo tempore, quo negotium peragetur, Apostolicae Nuntiaturae in Chilena regione praesit, hic mandata Nostra exsequetur. Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religione serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens, contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque ina-

ne haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat ; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderetur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die uno et vicesimo mensis Aprilis, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo quinto, Pontificatus Nostri septimo decimo.

CELSUS Card. COSTANTINI — *S. R. E. Cancellarius*

© Fr. ADEODATUS I. Card. PIAZZA — *S. Congr. Consistorialis a Secretis*

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

Silvius Sericano, *Proton. Apost.*
Caesar Federici, *Proton. Apost.*

Loco £B Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. LXXXXI, n. 11.

II

DE AYSEN

APOSTOLICA PRAEFECTURA DE AYSEN AD GRADUM ET DIGNITATEM PERDUCITUR APOSTOLICI VICARIATUS, IISDEM SERVATIS FINIBUS ATQUE APPELLATIONE.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

In amplitudinem crescit ubique sancta Christi Ecclesia quae, sive cum martyrum sanguine silens perfunditur sive cum prosperis successibus laetans exsultat, una Christi voluntate atque apostolici imperii firmitate nititur ideoque per terrarum orbem vivax protenditur cunctasque gentes materne amplexatur. Quod feliciter evenisse comperimus etiam in Apostolica Praefectura de Aysén, in Chiliensi Republica, in

qua, ob egregiam dexteritatem Sodalium Ordinis Servorum Mariae, quibus a suo ortu, scilicet abhinc xv annos, est commissa, omnes fere incolae christiano nomine gloriantur; quam ob causam Nos, qui Numinis instinctu universam regimus Ecclesiam, prorsus esse tempus arbitramur ut ipsa ad Apostolici Vicariatus gradum perducatur: etenim fidei caritatisque opera inibi florentia, atque sacerdotum labores merito sunt existimationis donanda testimonio. Audita igitur sententia venerabilis Fratris Sebastiani Baggio, Archiepiscopi titulo Ephesini et in Ohiliensi Republica Apostolici Nuntii, et consilium pariter secuti venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi Fidei Propagandae praepositorum; post rem attente consideratam et consensum eorum suppletum, qui in hoc negotio sua interesse quavis ratione censeant, de summa Nostra potestate haec quae sequuntur decernimus atque statuimus. Apostolicam Praefecturam *de Aysén* ad Apostolici Vicariatus gradum ac dignitatem evehimus, eodem nomine iisdemque finibus servatis; eidem ergo, huiusmodi honore decoratae, eiusque pro tempore Apostolico Vicario ea tribuimus iura et privilegia, quae ad omnes per terrarum orbem Vicariatus Apostolicos eorumque Ordinarios ad normam sacrorum canonum spectant; Vicario autem et officia oneraque iniungimus, quibus ceteri eiusdem dignitatis Praesules obstringuntur. Quem modo constituimus Vicariatum de Aysén curis concredimus ipsorum Sodalium Ordinis Servorum Mariae, ad Nostrum tamen et Romanae Sedis nutum, ea spe moti ut qui adhuc optime in hac regione animis quaerendis dederunt operam, multiplicatis laboribus alacriores in dies divino disseminando verbo studeant. Volumus denique ut haec iussa exsequenda curet venerabilis Frater Sebastianus Baggio, quem modo diximus, vel is, qui eodem tempore quo res fiat, Apostolicae in Chilia praesit Nuntiaturae; qui vero negotium perfecerit, ei simul omnes facimus ad id necessarias potestates, etiam cuilibet subdelegandas, si opus fuerit, viro ecclesiastica dignitate pollenti, simul praecipimus ut effectum opus in acta referat eorumque fide digna exempla ad S. Congregationem Fidei Propagandae quam primum mittat.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem dérogerons omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac INos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini

praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderetur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae apud S. Petrum, die octavo mensis Maii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo quinto, Pontificatus Nostri septimo decimo.

CELSUS Card. COSTANTINI
8. R. E. Cancellarius

PETRUS Card. FUMASONI BIONDI
S. Congr. de Propaganda Fide Praefectus

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

Franciscus Hannibal Ferretti, *Proton. Apost.*
Silvius Sericano, *Proton. Apost.*

Loco £ß Plumbi

In Ap. Cano, tab., vol. LXXXX, n. 84.

III

NAIROBIENSIS
(MOMBASAËNSIS et ZANZIBARENSIS)

AB ARCHIDIOECESI NAIROBIENSI QUAEDAM TERRITORIA DISTRAHUNTUR, QUIBUS NOVA DIOECESIS FORMATUR, ((MOMBASAËNSIS ET ZANZIBARENSIS)) COGNOMINALA.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ea sanctissima Petri verba : « crescite vero in gratia et in cognitione Domini Nostri et Salvatoris Iesu Christi » (II Pet. III, 18) ad id Nos vehementer impellunt ut christianus grex, per aptam religiosarum rerum dispositionem, ad* divini Redemptoris praecepta ambulet et facilius aeternae vitae munera capiat. Quapropter, cum venerabilis Frater Iacobus Robertus Knox, Archiepiscopus titulo Melitenaeus et in Africa Orientali et Occidentali Britannica Apostolicus Delegatus, id consilii proposuerit,

ut in regione Kenya, quae dicitur, nova dioecesis conderetur : hoc enim valde conferre ad religionem catholicam ibidem intendendam ac diffundendam ; Nos de re christiana quam qui maxime solliciti et consilia probamus et adhibitis precibus concedendum esse censemus. Quae cum ita sint, audito consilio venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi Christiano Nomini Propagando praepositorum; post rem intento animo reputatam, eorumque consensum suppletum qui hoc in negotio aliquid iuris vel habeant vel se putent habere ; de Nostra apostolica potestate haec quae sequuntur decernimus et iubemus. Distractis ab archidioecesi Nairobiensi aliquot territoriis, id est : ea regione quae vulgo Coast appellatur, insulis quae populari lingua de Zanzibar cognominantur, insulis pariter quibus est nomen de Pemba, novam ex his dioecesim constituimus, quam e civitatibus, quae sunt ceu territorii capita, *Mombasaënsem et Zanzibar ens em* vocari volumus, quamque his finibus contineri : ad septentrionalem et occidentalem partem ea provincia quae vulgato nomine Central Province dicitur, cuiusque territorium ad Nairobiensem Ecclesiam pertinet ; ad orientem vero solem Indico mari, seu Oceano ; in ea demum parte quae vergit ad meridiem, territorii Tanganyikensis limitibus. Episcopi Sedes in urbe Mombasa erit ; cathedram vero statuet sacer Praesul in templo ibidem exstante. Erit insuper nova Ecclesia Nairobiensi archidioecesi suffraganea et subiecta, dum eius Episcopus, ut patet, Archiepiscopo Metropolitae eiusdem Sedis oboediet. Quae iura et honores ceteris per orbem dioecesibus concedi solent, huic quoque Ecclesiae concedimus ; quae vero sive iura sive obligationes ad omnes Episcopos spectant, Praesuli etiam huius dioecesis tribuimus et imponimus. Modo conditam Ecclesiam curandam credimus Sodalibus a Spiritu Sancto, qui, cum bene sint de Christi Evangelio ibi terrarum iam meriti, spem faciunt sollertissime se esse laboraturos rei christianae augendae causa. Mensam episcopalem, quam vocant, bona constituent quae ex divisione bonorum, iuxta canonem 1500 C. I. C, novae Sedi obvenient; vel oblatae a fidelibus christianis pecuniae doni causa; vel Curiae fructus. Canonicorum Collegium, quorum consilio Episcopi opus iuvetur, in eadem Ecclesia constituatur : si tamen id fieri cito non possit, permittimus ut interim eorum loco Consultores dioecesani eligantur, suo Praesuli operam navaturi. Id prae oculis habens, esse sacerdotes « salem terrae et mundi lucem », curet Episcopus Mombasaënsis et Zanzibarensis ut in sua dioecesi seminarium saltem elementarium condatur, quo bonae spei pueri ad sacerdotium educentur. Quas vero normas Codex I. C. censet de Vicarii Capitularis electione

Sede vacante, de regimine et administratione uniuscuiusque Ecclesiae, de iuribus oneribusque cleri et populi, has volumus omnino servari. Itidem iubemus ut documenta et acta quae ad novam circumscriptionem ecclesiasticam spectant, quam primum fieri potest a Curia Nairobiensi ad Curiam Mombasaënsem et Zanzibarensem mittantur, ibidem religiose servanda. Ut ea autem exsequatur quae Nostris his Litteris iussimus, venerabilem Fratrem eligimus Iacobum Robertum Knox, quem supra memoravimus, vel eum qui eo tempore quo res ad exitum est deducenda eidem Delegationi Apostolicae praeerit, datis ad id potestatibus, alii quoque viro subdelegandis, si opus fuerit, in ecclesiastica dignitate constituto. Cum vero res peracta fuerit, idem venerabilis Frater documenta exaranda curabit, eademque sinceris exemplis ad S. Congregationem Fidei Propagandae quam cito mittenda. Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efiicacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderetur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die octavo mensis Maii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo quinto, Pontificatus Nostri septimo decimo.

CELSUS Card. COSTANTINI
8. R. E. Cancellarius

PETRUS Card. FUMASONI BIONDI
8. Congr. de Propaganda Fide Praefectus

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

Franciscus Hannibal Ferretti, *Proton. Apost.*
Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*

Loco i£ Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. LXXXXI, n. 8.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

BEATA MARIA V. A PURISSIMO ET IMMACULATO CORDE PRO UNIVERSA HUANCAVELICENSI DIOECESI, IN PERUVIANA DICIONE, PRAECIPUA CAELESTIS PATRONA DECLARATUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Haud parvae iucunditatis causa Nobis est atque solacii Marialem pietatem ubique terrarum magis in dies florere atque populos se ad bonam recipere frugem ac mente moribusque se vertere ad Deum. Quod quidem Nobis testatum est supplici quoque libello, quem Venerabilis Frater Carolus Maria Jürgens Byrne, Huancavelicensis Episcopus, Nobis mittendum nuper curavit. Etenim Praesul idem rettulit Nobis dioecesim suam, anno MCMXXXXIV per Nosmet Ipsos constitutam, nullum caelestem Patronum usque adhuc habere insimulque ipse, Ecclesiae Cathedralis Canonicorum Collegio ceteroque Clero plaudentibus, Nos rogavit ut Beatam Virginem Mariam a Purissimo et Immaculato Corde praecipuam universae dioeceseos caelestem apud Deum Patronam benigne declarare dignaremur. Nos autem, qui erga Deiparam Virginem Mariam sub eodem titulo impensae pietatis Nostrae plura iam praebuimus specimina, eo libentius id perficere gestimus, quo novissimae dioeceses, tamquam novellae plantationes, ampliori benevolentiae Nostrae et gratiae commendantur. Ut igitur memoratae dioecesis spirituale fidelium bonum foveatur atque erga Virginem Mariam augeatur pietas, huiusmodi precibus annuendum perlibenter censuimus. Qua propter, audito Venerabili Fratre Nostro Clemente Sanctae Bomanae Ecclesiae Cardinali Micara, Episcopo Veliterno, atque Sacrae Rituum Congregationis Pro-Praefecto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore perpetuumque in modum Beatam Mariam a Purissimo et Immaculato Corde totius Huancavelicènsis dioecesis praecipuam apud Deum *Patronam* cum omnibus adiectis honoribus et privilegiis liturgicis, Patronis principalibus locorum de iure competentibus, declaramus, eligimus et constituimus. Contrariis quibuslibet minime obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque pie-

nos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum, plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXVII mensis Aprilis, anno MCMLI, Pontificatus Nostri tertio decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO PRUGNOLA
Officium regens
Pontificiis Diplomatibus expediendis

II

PRIORATUS SS. TRINITATIS ET S. NORBERTI, IN LOCO KILNACROTT, DIOECESIS KILMORENSIS, IN ABBATIAM SUI IURIS ORDINIS PRAEMONSTRATENSIS ERIGITUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Viris sanctis florens Hibernia et religionis domiciliis et vitae ad Evangelii rationem exactae sedibus, praesertim ante novatorum conatus, affluebat nec est iis destituta in praesenti. In quibus plura olim recensebantur monasteria Ordinis Praemonstratensis, cuius sodales iniqua illa aetate, qua fides Catholica impie petebatur, inde sunt deturbati. Tamen anno millesimo nongentesimo vicesimo quarto, post diuturnum temporis spatium, in insulam illam revertentes, domum religiosam, cui deinde fuit impositum nomen a Sauctissima Trinitate, in loco « Kilnacrott », intra Kilmorensis dioecesis fines, condiderunt. Abbas denique insignis coenobii Tongerloensis, in Belgica, ad quod domus illa Hiberna usque adhuc pertinebat, consentientibus consiliorum ministris, constituit ut eadem sui fieret iuris atque Abbatiae augeretur honore; quod consultum ab Ordinis Moderatoribus et ab Episcopo Kilmorensi rite probatum fuit. Itaque dilectus filius Humbertus Noots, Abbas Generalis Canonicorum Regularium Praemonstratensium, submisse Nos rogavit ut domum, quam diximus, Abbatiae nomine ac iure, Nostra auctoritate, donaremus. Quibus precibus, pro Nostra in religiosam Sancti Norberti familiam voluntate,

libenti animo statuimus obsecundare. Quapropter, ex Sacrae Congregationis religiosis sodalibus praepositae consulto, Apostolica Nostra auctoritate, harum Litterarum vi perpetuumque in modum prioratum Ordinis Praemonstratensis, in loco « Kilnacrott », intra Kilmorensis dioecesis fines, positum, in Abbatiam sui iuris, a Sanctissima Trinitate et a Sancto Norberto nuncupandam, erigimus eamque omnium iurium et privilegiorum Abbatiis eiusdem Ordinis concessorum participem facimus. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; memorataeque sic per Nos erectae Abbatiae eiusque Praesulibus et Canonicis, praesentibus et futuris, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXV mensis Iunii, anno MDCCCCLIV, Pontificatus Nostri sexto decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO BRUGNOLA
a Brevibus Apostolicis

III

BEATA MARIA V. IN CAELUM ASSUMPTA TOTIUS ARCHIDIOECESIS COLUMBENSIS IN CEYLON PATRONA CAELESTIS, ET S. LUCIA, V. ET M., ITEM PATRONA URBIS COLUMBI CONSTITUUNTUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Insignis est potissimum ac laudibus ferenda insula Taprobane, quam etiam « Ceylon » appellant, propterea quod eius incolae, christianam doctrinam profitentes, Almam Deiparam, caelesti gloria circumfusam et regio ornatam diademate, peculiari quadam animorum inductione excolunt et venerantur. Quae Mariana religio, ex quo tempore Evangelii praecones gentem illam ab ethnicorum superstitione ad christianam veritatem traducere coeperunt, in eiusdem animis altius usque insidebat ; ex historicorum quoque monumentis constat, anno

millesimo sexcentésimo duodetricesimo, unum saltem Templum Deiparae sideribus receptae sacrum in loco, cui ((Dompe » appellatio, intra fines Columbensis in Ceylon Archidioecesis, exstitisse. Est autem pietas erga Dei Matrem ad caelestem gloriam Assumptam tantis aucta incrementis ut a Christifidelibus eiusdem Archidioecesis, quae antea fuit Vicariatus Apostolicus eiusdem nominis, praecipua haberetur Patrona ac Tutrix. Quibus permotus, Venerabilis Frater Thomas Beniaminus Cooray, Archiepiscopus Columbensis in Ceylon, Nos rogavit ut Deiparam, nomine illo invocatam, totius, cui ipse praeest, Archidioecesis Patronam declararemus, simulque Sanctam Luciam, Virginem et Märtyrern, cui dedicatum est Templum princeps, Patronam caelestem urbis Columbi renuntiaremus. Nos autem, quibus nihil est potius quam ut pietatem in Almam Deiparam quoquoversus propagemus, huiusmodi precibus libenter statuimus concedere. Quapropter, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Beatam Mariam Virginem in Caelum Assumptam totius Archidioecesis Columbensis in Ceylon praecipuam apud Deum caelestem *Patronam,* et Sanctam Luciam, Virginem et Märtyrern, urbis Columbi, intra eiusdem Archidioecesis fines positae, item praecipuam *Patronam* confirmamus, constituimus, declaramus, omnibus adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis, quae principalibus dioecesium et locorum Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas, atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXVIII mensis Iunii, anno MCMLIV, Pontificatus Nostri sexto decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

Gildo Prugnola
a Brevibus Apostolicis

IV

BEATA MARIA V. A SACRATISSIMO ROSARIO DE FATIMA DIOECESIS WARANGALENSIS PATRONA PRIMARIA ELIGITUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Recens constitutas dioeceses expedit peculiari frui praesidio caelesti, quo feliciora sumant incrementa amplioremque colligant fructuum copiam. Recte igitur Venerabilis Frater Alfonsus Beretta, Episcopus novae dioecesis Warangalensis, preces ad Nos admovit ut Beatam Mariam Virginem a Sacratissimo Rosario de Fatima suae Ecclesiae ac Sedis renuntiaremus supernam Patronam. Nos vero fore confisi ut, praestite eadem Alma Deipara, res Catholica ea in regione vigescat atque Christifideles ad optimam vitae rationem ineundam provocentur, votis huiusmodi libenti animo statuimus annuendum. Quapropter, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Beatam Mariam Virginem a Sacratissimo Rosario de Fatima Primariam dioecesis Warangalensis caelestem apud Deum *Patronam* facimus, eligimus, declaramus, omnibus adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis, quae praecipuis dioecesium Patronis rite competunt, additaque facultate Eius festum die xiii mensis Maii, cum Officio de Communi festorum Beatae Mariae Virginis et cum Missa de Beata Maria Virgine a Sacratissimo Rosario, quotannis celebrandi. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt; nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXVIII mensis Iunii, anno MDCCCCLIV, Pontificatus Nostri sexto decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

Gildo Prugnola
a Brevibus Apostolicis

EPISTULAE

I

AD EXCMUM P. D. PERNANDUM CENTO ARCHIEPISCOPUM TIT. SELEUCIENSEM PIERIUM, IN LUSITANIA NUNTIUM APOSTOLICUM, DENA LUSTRA AB INITO SACERDOTIO CELEBRANTEM.

PIUS PP. XII

Venerabilis Frater, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Tibi fauste celebranti quinque ab inito episcopatu lustra, benevolentiam ac gratulationem Nostram per litteras libenter quidem significavimus. In praesenti autem, quum quinquagesimum sacerdotii tui natalem sis feliciter peracturus iteratur Nobis occasio laetitiam tuam tuorumque per vota Nostra adaugendi. A primordiis enim sacri ministerii usque ad hanc aetatem, ipse, solida doctrina ac pietate nitens, in Dei gloriam proximorumque utilitatem constanter incubuisti, praesertim quum, plenitudine sacerdotii suscepta, primo quidem Iaciensem Ecclesiam rexisti, deinde Apostolicum Nuntium egisti in Venetiola, in Peruvia et Aequatore atque in Belgio, nunc autem in nobilissima Republica Lusitana agis. Sollertiam quoque tuam luculenter testantur pontificiae extraordinariae missiones tibi concreditae, inter quas digna est memoratu ea, quam in Aequatoris Republica peregisti, ad coniunctionem eiusdem cum Apostolica hac Sede redintegrandam atque eam conventionem ineundam, quae Modus vivendi nuncupatur. Quapropter tibi, Venerabilis Frater, proxima oblata faustitate, de sacro atque episcopali ministerio tam diu actuoseque gesto ex animo gratulamur, Deum instanter exorantes, ut temet ipsum uberibus donis ac solaciis ditare benigne velit. Quo interea iucundi eventus celebratio Lusitano populo salutarior contingat, tibi ultro potestatem damus, ut, die constituta, Sacro pontificali ritu peracto, adstantibus fidelibus nomine Nostro Nostraque auctoritate benedicas, plenariam indulgentiam iisdem proponens, ad Ecclesiae praescripta lucrandam. Caelestis denique praesidii in auspicium et peculiaris Nostri amoris pignus, Apostolicam Benedictionem tibi, Venerabilis Frater, cunctoque dilecto Lusitanorum populo amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die-xvi mensis Augusti, anno MDCCCCLV, Pontificatus Nostri septimo decimo.

PIUS PP. XII

II

AD EXCMUM P. D. HAMLETUM IOANNEM CICOGNANI, ARCHIEPISCOPUM TIT. LAODICENSEM IN PHRYGIA, DELEGATUM APOSTOLICUM IN FOEDERATIS AMERICAE CIVITATIBUS, QUINQUAGESIMUM SACERDOTII ANNUM IMPLENTEM,

PIUS PP. XII

Venerabilis Frater, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Peculiari animi delectatione cognovimus, te decem ab inito sacerdotio proximo Septembri mense feliciter esse expleturum. Postquam enim sacrificandi initium auspicato fecisti, gravia munera in Ecclesiae atque Apostolicae huius Sedis utilitatem singulari pietate, prudentia ac sollertia persolvisti. Florens quidem iuventute, in Pontificio ad Sancti Apollinaris Athenaeo ius canonicum per decem annos docuisti, deque eiusdem doctrina commodum aptumque opus edidisti, et studium operamque tuam adsidue navasti primo apud Sacrum Consilium Sacramentorum disciplinae praepositum, deinde apud Sacram Congregationem Consistorialem, Substituti quoque munus adimplendo, tum apud Congregationem pro Ecclesia Orientali, Adsessoris officium agendo et munus a Secretis obeundo apud ((Commissionem Cardinalitiam pro studiis praeparatoriis Codificationis Orientalis ». Neque silentio praeterire volumus fecundum apostolatum, quem ad fovendam pietatem alumnorum Romanae Universitatis a Sapientia in ecclesia sancti Ivonis exercuisti. Duos autem et viginti abhinc annos ad dignitatem archiepiscopalem evectus et Delegatus Apostolicus in Foederatis Americae Civitatibus renuntiatus magna quidem alacritate adiutricem operam Sedi huic Apostolicae Nobisque praestitisti ad catholicorum fidelium felix incrementum in amplissima ista rerumpublicarum foederatione, ubi hoc temporis spatio viginti quattuor novae dioeceses ac decem ecclesiasticae provinciae erectae sunt. Tu itaque, sive opportunis sermonibus scriptisque typis impressis, sive episcoporum studiis coetibusque promotis, ad Christi doctrinam evulgandam, ad catholicorum religionem provehendam non parum contulisti. Bello autem in orbe terrarum desaeviente, Nostris sollicitudinibus et praescriptis fideliter obsecundans, omnes curas tribuisti praeter alias ut miserae captivorum multitudini subveniretur, ut nationes calamitatibus et iacturis maxime laborantes aliqua ex parte allevarentur. Quae quidem praecipua tua erga Ecclesiam merita suaviter memo-

rantes, tibi, Venerabilis Frater, de sacro munere tam diu actuoseque gesto ex animo gratulamur, Deum benignissimum exorantes, ut te seros in annos, meritorum similiter plenos, volens propitius sospitet ac tueatur. Quo interea iucundi eventus celebratio utilior christiano populo exsistat, tibi ultro potestatem damus, ut, statuta die, Sacro pontificali ritu peracto, adstantibus fidelibus nomine Nostro Nostraque auctoritate benedicas, plenariam indulgentiam iisdem proponens, ad Ecclesiae praescripta lucrandam. Auspicem denique caelestium donorum ac praecipuae Nostrae dilectionis testem, Apostolicam Benedictionem tibi, Venerabilis Frater, tuisque laborum sociis peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xxin mensis Augusti, anno mcmlv, Pontificatus Nostri septimo decimo.

PIUS PP. XII

III

AD EMUM P. D. MARCELLUM TIT. S. CALISTI S. R. E. PRESB. CARDINALEM MIMMI, ARCHIEPISCOPUM NEAPOLITANUM, QUEM LEGATUM MITTIT AD CONCILIUM PLENARIUM REGIONALEM SALERNUM COGENDUM.

PIUS PP. XII

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Trigesimo anno elapso, postquam primum Concilium plenarium e tota regione Salernitana et Lucana post Codicis Iuris Canonici promulgationem peractum erat, peropportune susceptum est consilium celebrandi alterum Concilium plenarium, ut nuper libenti animo facti sumus certiores. Ce lerrima enim rerum in terris vicissitudo sacrorum Antistitum vigilantiam exacuere debet, ut permutatis non parum temporibus congruentia res officii pastoralis normae comunesque curae respondeant. In proximis itaque coetibus plures quaestiones haud parvi momenti agitandae ac solvendae proponuntur, quae attinent praesertim ad fovendas novas apostolatus formas ac rationes pro novis in praesentiarum animarum necessitatibus, ad novos prima specie errores detegendos et refutandos, ad evertendas minas, quae fidei catholicae integritati moribusque christianis graviores in dies callide intenduntur. Iam vero, quum de negotio tantae pro Ecclesia utilitatis agatur, in Codice iuris canonici cautum est, ut plenarium Concilium per Legatum Pontificium, qui illud convocet eidem-

que praesideat, ab ipsa Petri Cathedra primum capiat auspicium validumque ad perficiendum opus incitamentum. Te igitur, dilecte Fili Noster, qui vetustae nobilisque Neapolitanae metropolitanae sedis gubernacula tenes, hisce litteris Legatum Nostrum eligimus ac renuntiamus, ut, Nostram gerens personam, nomine Nostro ac Nostra auctoritate Concilio plenario, in Septembrem mensem proximum Salernum cogendo, praesideas. Pro certo autem ducimus, temet pro tua pietate ac prudentia susceptum munus prospere et feliciter esse exsecuturam. Cuius quidem secundi congressionis exitus praenuntia et peculiaris Nostri amoris testis sit Apostolica Benedictio, quam tibi, dilecte Fili Noster, ceterisque sacrorum Antistitibus iisque universis, qui Concilio intererunt, effuso animo impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xv mensis Augusti, in festo Assumptionis B. M. V., anno mdcccclv, Pontificatus Nostri septimo decimo.

PITTS PP. XII

ALLOCUTIONES

I

Iis qui interfuerunt Conventui X internationali de Scientiis Historicis, Romae habito. *

Vous avez voulu, Messieurs, venir en grand nombre Nous rendre visite à l'occasion du X[e] Congrès International des Sciences Historiques ; c'est avec joie que Nous vous accueillons et avec la conviction que cet événement revêt une haute signification : jamais peut-être un groupe aussi distingué de savants historiens ne s'est réuni à Rome, au centre de l'Eglise et dans la demeure du Pape. D'ailleurs, Nous n'avons nullement l'impression de rencontrer des inconnus ou des étrangers. Plusieurs d'entre vous, en effet, se seront trouvés parmi les milliers d'historiens qui ont travaillé à la Bibliothèque ou aux Archives Vaticanes, ouvertes depuis 75 ans exactement. Mais en outre, votre activité de chercheurs ou de professeurs aura donné l'occasion à tous d'entrer en contact, en quelque manière, avec l'Eglise catholique et la Papauté.

* Habita 'die 7 Septembris mensis a. 1955.

Bien que l'histoire soit une science ancienne, il fallut attendre les der. niers siècles et le développement de la critique historique pour qu'elle atteignît la perfection où elle se situe maintenant. Grâce à l'exigence rigoureuse de sa méthode et au zèle infatigable de ses spécialistes, vous pouvez vous réjouir de connaître le passé avec plus de détails, de le juger avec plus d'exactitude que n'importe lequel de vos devanciers. Ce fait souligne encore l'importance que Nous attribuons à votre présence en ce lieu.

L'histoire se range parmi les sciences qui ont avec l'Eglise catholique d'étroites relations. A tel point que Nous n'avons pu vous adresser tantôt Notre salut de bienvenue sans mentionner presque involontairement ce fait. L'Eglise catholique est elle-même un fait historique; comme une puissante chaîne de montagnes, elle traverse l'histoire des deux derniers millénaires ; quelle que soit l'attitude adoptée à son égard, il est donc impossible de l'éviter. Les jugements que l'on porte sur elle sont très variés ; ils vont de l'acceptation totale au rejet le plus décisif. Mais quel que soit le verdict final de l'historien, dont c'est la tâche de voir et d'exposer — tels qu'ils se sont passés, autant que possible — les faits, les événements et les circonstances, l'Eglise croit pouvoir attendre de lui qu'il s'informe en tous cas de la conscience historique qu'elle a d'elle-même, c'est-à-dire de la manière dont elle se considère comme un fait historique et dont elle considère sa relation à l'histoire humaine.

Cette conscience, que l'Eglise a d'elle-même, Nous voudrions vous en dire un mot en citant des faits, des circonstances et des conceptions, qui Nous paraissent revêtir une signification plus fondamentale.

Pour commencer, Nous voudrions réfuter une objection qui se présente, pour ainsi dire, d'emblée. Le' christianisme, disait-on et dit-on encore, prend nécessairement vis-à-vis de l'histoire une position hostile, parce qu'il aperçoit en elle une manifestation du mal et du péché ; catholicisme et historicisme sont des concepts antithétiques. Remarquons d'abord que l'objection ainsi formulée, considère histoire et histoiricisme comme les concepts équivalents. En cela, elle a tort. Le terme « historicisme » désigne un système philosophique, celui qui n'aperçoit dans toute réalité spirituelle, dans la connaissance du vrai, dans la religion, la moralité et le droit, que changement et évolution, et rejette par conséquent tout ce qui est permanent, éternellement valable et absolu. Un tel système est assurément inconciliabe avec la conception catholique du monde et, en général, avec toute religion qui reconnaît un Dieu personnel.

L'Eglise catholique sait que tous les événements se déroulent selon la volonté ou la permission de la divine Providence et que Dieu atteint dans

1'histoire sese objectifs. Comme le grand S. Augustin l'a dit avec une concision toute classique : ce que Dieu se propose, « *hoc fit, hoc agitur; etsi paulatim peragitur, indesinenter agitur* ».[1] Dieu est vraiment le Seigneur de l'histoire.

Cette affirmation répond déjà par elle seule à l'objection mentionnée. Entre le christianisme et l'histoire, on ne découvre aucune opposition au sens où l'histoire ne serait qu'une émanation ou une manifestation du -mal. L'Eglise catholique n'a jamais enseigné une telle doctrine. Depuis l'antiquité chrétienne, depuis l'époque patriotique, mais tout particulièrement lors du conflit spirituel avec le protestantisme et le jansénisme, elle a pris nettement position pour la nature : de celle-ci, elle affirme que le péché ne l'a pas corrompue, qu'elle est restée intérieurement intacte, même chez l'homme tombé, que l'homme avant le christianisme et celui qui n'est pas chrétien pouvaient et peuvent poser des actions bonnes et honnêtes, même en faisant abstraction du fait que toute l'humanité, y compris celle d'avant le christianisme, est sous l'influence de la grâce du Christ.

L'Eglise reconnaît volontiers les réalités bonnes et grandes, même si elles existaient avant elle, même hors de son domaine. S. Augustin sur lequel les opposants s'appuient volontiers en interprétant mal son « De Civitate Dei)), et qui ne dissimule pas son pessimisme, est lui aussi absolument net. Au Tribun et Notaire impérial Flavius Marcellinus, à qui il dédia cette grande œuvre, il écrit en effet : « *Deus enim sic ostendit in opulentissimo et praeclaro imperio Romanorum, quantum valerent civiles etiam sine vera religione, virtutes, ut intelligeretur, hac ad dita, fieri homines cives alterius civitatis, cuius rex veritas, cuius lex caritas, cuius modus aeternitas* ».[2] Augustin a traduit en ces mots l'opinion constante de l'Eglise.

Parlons à présent de l'Eglise elle-même comme fait historique. En même temps qu'elle affirme pleinement son origine divine et son caractère surnaturel, l'Eglise a conscience d'être entrée dans l'humanité comme un fait historique. Son divin fondateur Jésus-Christ est une personnalité historique. Sa vie, sa mort et sa résurrection sont des faits historiques. Il arrive parfois que ceux-là mêmes, qui nient la divinité du Christ, admettent sa résurrection, parce qu'elle est, à leur sens, trop bien attestée historiquement; qui voudrait la nier, devrait effacer toute

[1] ***Enarratio* in Ps. 109 n. 9** - MIGNE ***P. L.*, t. 37, col. 1952.**

Il vous appartient, Messieurs, de discerner parmi les influences innombrables et tellement mêlées, qui vont et viennent entre l'Europe et l'Amérique, celles qui sont vraiment constructives et se révèlent utiles au progrès moral et spirituel des peuples en présence. Ainsi peut-on espérer voir se dégager plus clairement le visage authentique de l'homme, maître non seulement des choses, mais surtout de lui-même, et conscient de sa destinée transcendante, individuelle et sociale, et de ses responsabilités de créature faite à l'image de Dieu.

Nous vous souhaitons de travailler dans votre domaine propre à la réalisation de cet idéal. Nous sommes persuadé que l'ardeur des membres de vos Associations saura inventer les moyens de hâter l'heure d'une pleine compréhension mutuelle entre les Etats-Unis et les nations d'Europe.

L'Eglise en tout cas se réjouit de voir consacrer tant de bonne volonté et de zèle à la poursuite d'un objectif qu'elle fait sien sur un plan absolument universel ; c'est entre tous les peuples qu'Elle voudrait voir s'établir des échanges similaires et elle aperçoit, dans l'œuvre que vous accomplissez, une étape significative vers ce terme lointain. Puisse la charité chrétienne, source de toute compréhension et ennemie de l'orgueil et de la suffisance, animer de plus en plus vos travaux et leur assurer les résultats qu'ils méritent.

En gage d'heureux succès et en témoignage de Notre profonde bienveillance, Nous vous accordons à vous-même, à vos familles, aux membres .de vos Associations, Notre Bénédiction Apostolique.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

MIMATENSIS

DECRETUM

ß

DE IMMUTATIONE CAPITULI CATHEDRALIS

Cum Exc. P. D. Aemilius Pirolley, Episcopus Mimatensis, ab Apostolica Sede postulaverit ut in capitulo cathedrali Mimatensi dignitates theologi et poenitentiarii ob redituum inopiam supprimerentur, Sacra Congregatio Consistorialis, attento favorabili voto Exc. P. D. Pauli Marella, Archiepiscopi titularis Docleensis et in Gallia Nuntii Apostolici, oblatis precibus benigne annuit.

Quapropter eadem Sacra Congregatio, vigore specialium facultatum sibi a Sanctissimo Domino Nostro Pio Divina Providentia PP. XII tributarum, suppleto quatenus opus sit eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, praesenti Consistoriali Decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, in memorato capitulo cathedrali Mimatensi praefatas dignitates theologi et poenitentiarii supprimit. Capitulum cathedrale Mimatense proinde, sartis tectisque ceteris in eiusdem capituli constitutione statutis, hinc unica dignitate constabit, archidiacono nuncupata, atque decem canonicis quorum alter ad officium theologi, alter vero ad poenitentiarii, iuxta praescriptum canonis 398, § 1 C. I. C. deputabitur.

Ad haec perficienda S. Congregatio Consistorialis memoratum Exc. P. D. Paulum Marella deputat eique necessarias et opportunas tribuit facultates etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad se mittendi, cum primum fas erit, authenticum exemplar actus peractae exsecutionis.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 19 Aprilis 1955.

£8 Fr. A. I. Card. Piazza, Ep. Sabinen, et Mandelen., *a Secretis*

L. © S.

Iosephus Ferretto, *Adsessor*

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

AJMEREK - RAWALPINDEN.

DECRETUM

DE MUTATIONE FINIUM DIOECESIUM

Cum Excnìus P. D. Franciscus Benedictus Cialeo, Episcopus Multanensis, ob nimis parvum numerum sacerdotum suae ditionis spirituali curae catholicorum, in civili districtu de Dera Ismail et in « tahsil » de Bhakkar exsistentium, consulere nequat, petit ut territoria memorati districtus de Dera Ismail et de <(tahsil » de Bhakkar a dioecesi Ajmerensi distraherentur et unirentur ad finitimam dioecesim Rawalpindensem.

Itaque Emi ac Revimi Patres huic Sacrae Congregationi de Propaganda Fide praepositi, attento consensu Excmi P. D. Nicolai Hettinga, Episcopi Rawalpindensis nec non favorabili voto Excmi ac Revmi P. D. Martini Lucas, Archiepiscopi titulo Adulitani ac in India Internuntii Apostolici, in plenariis Comitiis, die 18 Aprilis currentis anni habitis, Multanensis territorii partes, de quibus supra, ab eadem dioecesi separandas et dioecesi Rawalpindensi adiungendas esse censuerunt.

Quam Emorum Patrum sententiam, Sanctissimo Domino Nostro Pio Divina Providentia Papae XII, in Audientia diei 8 Maii eiusdem anni ab infrascripto Sacrae Congregationis Praefecto relatam, Ipse Summus Pontifex ratam habere et adprobare dignatus est atque praesens ad rem Decretum confici iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 8 Mensis Maii a. D. 1955.

Pro Emo Dno Cardinali Praefecto
f P. Sigismundi, Archiep. Neapolitan. in Pisidia, *a Secretis*

L. S.

Carolus Corvo, *Subsecretarius*

SACKA CONGREGATIO RITUUM[x]

T

CORISOPITEN.

CANONIZATIONIS BEATI IULIANI MAUNOIR, CONFESSORIS, SACERDOTIS PROFESSI ET SOCIETATE IESU.

SUPER DUBIO

An signanda sit Commissio reassumptionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur.

Hoc est in Ecclesia more positum, quod, si post beatificationis sollemnia alicui Servo Dei concessa, christifidelium religio incrementum erga illum capiat, nec non plures gratiae seu miracula eius intercessione a Deo ferantur accepta, canonizationis Causa resumatur. Iamvero Beatorum fastis Iulianus Maunoir e Societate Iesu, die 20 Maii anno 1951 fuit adscriptus indeque in eundem Beatum cultus ubique percrebuit pluresque gratiae, ni forte etiam miracula, eodem deprecatore a Deo patrata feruntur, prout in suis Postulatoriis Litteris Sanctitati Suae porrectis[1] testantur Emus ac Revmus Cardinalis Archiepiscopus Rhedonensis, Emus ac Revmus Cardinalis Episcopus Cenomanensis, Excmus ac Revmus Episcopus Corisopitensis, Revnius Praepositus Generalis Societatis Iesu aliique Reverendissimi Patres et insignes viri multi.

Hinc Revmus P. Theodorus Toni, Societatis Iesu Postulator Generalis, nomine praedictorum oratorum humiles obnixasque preces Summo Pontifici adhibuit ut canonizationis Causa resumeretur. Ad quam instantiam Emus ac Revmus Dominus Alexander Cardinalis Verde,. Causae ipsius Ponens, in ordinario S. Rituum Congregationis coetu,, die 8 Pebruari 1955 ad Vaticanum habito, dubium proposuit disceptandum : *An signanda sit Commissio reassumptionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur.*

Et Emi ac Revmi Patres, sacris ritibus tuendis praepositi, post Emi Ponentis relationem, audito quoque R. P. D. Salvatore Natucci,, Fidei Promotore Generali, omnibus perpensis, rescribendum censuerunt :

Affirmative, seu signandam esse Commissionem reassumptionis Causae, •si Sanctissimo placuerit.

Facta demum Beatissimo Patri subsignato die fideli relatione, Sanctitas Sua, Emorum Cardinalium rescriptum ratum habens, Commissionem reassumptionis Causae canonizationis Beati Iuliani Maunoir, Confessoris, Sua manu dignata est signare.

Datum Romae, ex aedibus S. Rituum Congregationis, 1 Martii 1955.

C. Card. Cicognani, *Praefectus*

L. & S-

f A. Carinci, Archiep. Seleuc. *Secretarius*

II

BASUTOLANDEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVI DEI IOSEPHI GERARD, SACERDOTIS, CONGREGATIONIS OBLATORUM MARIAE IMMACULATAE.

SUPER DUBIO

An signanda sit commissio Introductionis causae in casu et ad effectum de quo agitur.

Inclita Oblatorum Beatae Mariae Virginis Immaculatae Congregatio, quae ex mente ac apostolico Servi Dei Eugenii De Mazenod, Episcopi Massiliensis, corde exsiluit, sui legiferi Patris obsequens praeceptis innumeros divini verbi satores ad fideles atque ad infideles vel ab initio transmisit.

Itaque apud nostrates Servus Dei Carolus Dominicus Albini Corsos excoluit, alii alio missi ut sacrum ministerium in animorum bonum exercerent et exerceant. In locis autem Missionum apud infideles difficillimae arduaeque regiones ab Apostolica Sede a gelidis polaribus nordicis regionibus ad australem Africani eidem Congregationi sunt assignatae ibique his gentibus Evangelium praedicant easque ad Christi ovile attrahere indefesse eius sodales adlaborant. Quos inter non desunt qui vitae sanctitate fulserunt . Etenim Servi Dei Vitalis Iustinus Grandin, Episcopus S. Alberti in regione Canadensi et Iosephus Gérard in Africa, heroicas videntur attigisse virtutes. Nam Episcopi Grandin beatificationis causa die 24 Februarii anno 1937 Pii Papae XI fel. rec. auctoritate apud Sacram

nane Congregationem est introducta; alterius Servi Dei causa hodie, quum felicem in hac prima iudicii sede nacta sit exitum, est pariter introducta, et quidem merito prout ex mox dicendis apparebit.

Re quidem vera, die 13 Martii anni 1831 in oppido *Bouxîères — aux — <Jhênes,* intra Nanceiensis dioecesis fines, e Ioanne Gérard et Ursula Soflflet, piis honestisque agricolis primogenitus natus est Servus Dei, cui in sacro fonte die sequenti Caroli Ioannis Iosephi nomina fuere imposita. A teneris unguiculis Iosephus in ipso familiae sinu in pietatem adolevit, praecipue postquam primum ad sacram eucharisticam mensam anno 1842 fuit admissus et sacro chrismate post biennium roboratus. Quam pietatem iugi industria et conatu seu in minori, seu in maiori Nanceiensi Seminariis excoluit; perfecit autem Oblatorum B. Mariae Virginis Immaculatae Congregationis sodalis ab anno 1851 factus. Etenim vel ab ipso tirocinio in virtutum omnium exercitio, praesertim in ardentissimo amore erga Beatam Virginem Immaculatam, iuges eum progressiones facere novitiorum magister admirabatur, nec non eius ad exteras missiones studium ac propensionem, uti ex documento constat eius perpetuae oblationis die 10 Maii 1852 ab ipso Fundatore ac Generali Superiore Servo Dei Eugenio Mazenod subscripto. Voti compos Dei Famulus factus die 3 Aprilis anno 1853, vix Diaconus, Natalensi missioni, nuper Congregationi Oblatorum creditae, ab eodem Superiore fuit addictus, ad quam post octo procellosae navigationis menses die 21 Ianuarii anni 1854 appulit. Sequenti mense ad Sacerdotium fuit promotus, factusque praecipuus Apostolici Vicarii adiutor. Post fere 10 annos quum Cafri Evangelio restitissent, ab Apostolico Vicario ad Basutos fuit missus, apud quos quinquaginta solidos annos permansit innumeras animas sensim sine sensu Christi ovili adiunxit eorumque amorem sibi conciliavit atque existimationem ob vitae sanctitatem, effusissimam caritatem erga omnes, eorumque necessitudinibus quod afferebat levamen. Plures missionales « Stationes » excoluit, efficaciter adiuvantibus Parvulis Mariae Fratribus Sororibusque a S. Familia Burdigalensibus, uberrimas colligens animorum segetes, adeo ut Servus Dei iure Basutorum missionum fundator sit habendus. Cuius ministerium Deus videtur charismatibus ditasse.

Laboribus atque senectute fractus, Ecclesiae Sacramentis roboratus, die 29 Maii anno 1914 laetus ad Dominum evolavit.

Canonicis inquisitionibus a Vicario Apostolico Basutolandensi et per Rogatoriales litteras ab Episcopo Nanceiensi peractis, servatisque omnibus de iure servandis, scripta primum fuere examini subiecta

nihilque in eis reprobandam inventum est, immo plura in eis sunt quae summam pietatem spirant. Plures interim Summo Pontifici litterae oblatae Servi Dei Beatificationem postulantes.

Instante itaque Rmo Domino Iosepho Morabito, Oblatorum Mariae Immaculatae Generali Postulatore, Emus ac Revmus Cardinalis Benedictus Aloisi Masella, Episcopus Praenestinus, causae huius Ponens seu Relator, in Ordinario S. Rituum Congregationis coetu die 8 Februarii anni huius habito, dubium posuit discutiendum : *An signanda sit commissio Introductionis causae in casu et ad effectum de quo agitur* de-, eaque retulit. Emi ac Revmi Patres relatione hac auscultata, auditis quoque Officialium Praelatorum suffragiis, praesertim R. P. D. Salvatore Natucci, Fidei Generali Promotore, omnibus mature perpensis, rescribere censuerunt : *Signandam esse commissionem, si Sanctissimo placuerit.*

Peracta autem relatione Ssmo D. N. Pio Papae XII, Eadem Sanctitas Sua, rescriptum Emorum Patrum ratum habens, *Commissionem Introductionis causae Servi Dei Iosephi Ctérard* Sua manu hodie dignata est subsignare.

Datum Romae, die 1 Martii A. D. 1955.

C. Card. Cicognani, *Praefectus*

L. © S.

f A. Carinci, Archiep. Seleuc, *Secretarius*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di nominare :

Assistenti al Soglio Pontificio:

20 settembre 1954. S E. Revma Monsig. Rodrigo Ruesca Lino, Vescovo di Huesca.
20 giugno 1955. S. E. Revfíia Monsig. Imberti Francesco, Arcivescovo di VerCelli.
4 agosto » s. E. Re viña Monsig. Piani Guglielmo, Arcivescovo titolare di Nicosia.
20 » s. E. Revma Monsig. Dib Pietro, Vescovo di Cairo dei Maroniti.
22 » s. E. Revma Monsig. Bianconi Giulio, Vescovo di Tarquinia e Civitavecchia.
29 » s. E. Revma Monsig. Rotolo Salvatore, Vesc. tit. di Nazianzo, Prelato di Altamura e Acquaviva delle Fonti.
30 » s. E. Revma- Monsig. Falconieri Gregorio, Vescovo di Conversano.

Protonotari Apostolici ad instar participantium :

9 ottobre 1954. Monsig. Magalhâes Enrico, dell'arcidiocesi di San Sebastiano di Rio de Janeiro.
28 aprile 1955. Monsig. Kane Dionigi, della diocesi di Scranton
» » » Monsig. McHugh Connell, della medesima diocesi.
25 giugno » Monsig. Dyer Viviano, dell'arcidiocesi di Bombay.
17 agosto » Monsig. Dante Enrico (Roma).
22 » » Monsig. Le Feunteun Saverio, della diocesi di Evreux.

Prelati Domestici di Sua Santità:

20 ottobre 1948. Monsig. Gassò Casellas Giacomo, della diocesi di Vich.
» » » Monsig. Masanell Mariés Antonio, della medesima diocesi.
4 giugno 1954. Monsig. CipuUo Francesco, dell'arcidiocesi di S. Paolo del Brasile.
14 » » Monsig. Delgadillo Felice, dell'arcidiocesi di Sucre.

31	luglio	1954.	Monsig	Cafferata Carlo, della diocesi di Rosario.
»	»	»	Monsig	Corti Giuseppe, della medesima diocesi.
»	»		Monsig	Nufiez Francesco, della medesima -diocesi.
»	»		Monsig	Serverà Montserrat, della medesima diocesi.
»	»		Monsig	Vennera Francesco, della medesima diocesi.
27	novembre		Monsig	Quinderé Giuseppe, delParcidiocesi di Fortaleza.
6	dicembre		Monsig	Sales Francesco Apollonio, delParcidiocesi dì Olinda e Recife.
		»	Monsig.	Marinho da Silva Giuseppe, della medesima arcidiocesi.
7	gennaio	1955.	Monsig.	Jacob Giorgio, della diocesi di Mendoza.
26	»	»	Monsig.	Navarro Maurizio Guglielmo, della diocesi di La R io ja.
5	febbraio	»	Monsig.	Amador dos Santos Gabriele, delParcidiocesi di Diamantina.
		»	Monsig.	Pires de Oliveira Levi, della medesima arcidiocesi.
		»	Monsig.	Baggio Gerolamo, della diocesi di Campiñas.
»	»	»	Monsig.	Lisboa Giovanni Battista, della medesima diocesi,
16	»	»	Monsig.	de Souza Francesco Silvano, della diocesi di Pelotas.
10	maggio		Monsig.	Moore Paolo, della diocesi di Davenport.
»	»		Monsig.	Sterck Leo, della medesima diocesi.
12	»		Monsig.	Schroeger Valentino, della diocesi di Kansas City.
16		»	Monsig.	McGarrity Pietro, delParcidiocesi di Filadelfia,
17		»	Monsig.	de Abreu Giuseppe Bibiano, della diocesi dì Sant'Andrea del Brasile.
11	giugno	»	Monsig.	McShane Giovanni, della diocesi di Winona.
15	»	»	Monsig.	Cooney Leroy V., delParcidiocesi di Boston.
		»	Monsig.	Garrity Tommaso, della medesima arcidiocesi.
	»	»	Monsig.	Gleason Timoteo, della medesima arcidiocesi.
»		»	Monsig.	Flynn Tommaso, della medesima arcidiocesi.
		»	Monsig.	McCarthy Guglielmo, della medesima arcidiocesi.
»	»	»	Monsig.	McNulty Bernardo, della medesima arcidiocesi.
»	»	»	Monsig.	O'Brien Bennet, della medesima arcidiocesi.
	»	»	Monsig.	Pallotta Guido, della medesima arcidiocesi.
»		»	Monsig.	Robinson Giuseppe, della medesima arcidiocesi.
»	»	»	Monsig.	Stapleton Matteo, della medesima arcidiocesi.
20	»	»	Monsig.	Bierens Gerardo, della diocesi di Fargo.
j)	»	»	Monsig.	Nestor Frank, della medesima diocesi.
25	»	»	Monsig.	Lobo Giuseppe, delParcidiocesi di Bombay.
6	loglio	»	Monsig.	Philips Gerardo, della diocesi di Liegi.
14	»	»	Monsig.	Bezdicek Giuseppe, della diocesi di Hradec Králové.
»	»	»	Monsig.	Casadio Renato, delParcidiocesi di Ravenna.
))	»	»	Monsig.	Zalambani Giovanni, della medesima arcidioeesi.
28	»	»	Monsig.	Lorenzini Emilio, della diocesi di Tortona.
6	agosto	«	Monsig.	Hack Bernardo, della diocesi di Berlino.

6 agosto 1955. Monsig. de Keersmaeker Giorgio, della diocesi di Gand.
» » » Monsig. Schelfhout Oscar, della medesima diocesi.
i) » Monsig. Autheman Delfino, dell'arcidiocesi di Louisville.
» » » Monsig. Contini Girolamo, della diocesi di Ozieri.
» Monsig. Pilosu Giovanni, della medesima diocesi.
16 » Monsig. Fioriti Antonio della diocesi di Apuania.
» » Monsig. Rossomandi Arduino, della diocesi di Bovino.
» » Monsig. Solecchia Gaetano, dell'arcidiocesi di L'Aquila.
22 » Monsig. Marchis Basilio, della diocesi di Rockford.
» » Monsig. Pendola Giovanni (Roma).
26 » » Monsig. Buttigieg Paolo, dell'arcidiocesi di Malta.
5 settembre Monsig. Bentivoglio Leone, dell'arcidiocesi di Trento.
» Monsig. Lentini Sebastiano, della diocesi di Noto.
19 » Monsig. Aita Giovanni Battista, dell'arcidiocesi di Udine.
29 Monsig. Ferrari Toniolo Agostino, del patriarcato di Venezia.

Camerieri segreti soprannumerari di Sua Santità:

20 luglio 1947; Monsig. Spallanzani Renato (Roma).
30 agosto 1951. Monsig. Montanaro Sante (Roma).
31 luglio 1954. Monsig. Gonzalez Leaby Carlo, della diocesi di Rosario.
» » » Monsig. Lopez Giorgio, della medesima diocesi.
9 ottobre » Monsig. da Silva Bastos Cipriano, dell'arcidiocesi dì San Sebastiano di Rio de Janeiro.
» » Monsig. Dornelas Barbosa Emanuele, della medesima arcidioeesi.
6 novembre Monsig. Duquaire Carlo, dell'arcidiocesi di Lione.
6 dicembre » Monsig. Feitosa Antonio, della diocesi di Crato.
» » » Monsig. Ayrton Guedes Giuseppe, dell'arcidiocesi di Olinda e Recife.
» Monsig. d'Assunçâo Gerolamo, della medesima arcidioeesi.
» Monsig. Gomes Leal Giuseppe, della medesima arcidioeesi.
» » Monsig. Guedes Vasconcelos Severino, della medesima arcidioeesi.
Monsig. Monteiro Tabosa Giovanni, della medesima arcidioeesi.
Monsig. Xavier de Faida Enrico, della medesima arcidioeesi.
» Monsig. Taurino de Andrade Giona, della medesima arcidioeesi.
» » Monsig. Alves da Costa Giovanni, dell'arcidiocesi di Manáos.
» Monsig. do Bomfim Couto Bacelar Carlo, dell'arcidiocesi di S. Luigi del, Maragnano.
» Monsig. Estrela Benedetto, della medesima arcidioeesi.
» Monsig. Nunes Arouche Emanuele, della medesima arcidiocesi.

6 dicembre 1954. Monsig. Nunes Freiré Gerson, della medesima arcidiocesi.
» » ». Monsig. Rodrigues da Cunlia Santos Pietro, della medesima arcidiocesi.
15 gennaio 1955. Monsig. Bueno de Medeiros Gioacchino, dell'arcidiocesi di S. Paolo del Brasile.
» » » Monsig. Bueno Gonçalves Giovanni, della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Correia Laurini Eladio, della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. da Silva Luigi Gonzaga, della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Ferreira Alvares Giuseppe Lafayette, della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Marcondes Mtsch Carlo, della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Miele Luigi Gonzaga, della medesima arcidiocesi.
)> » » Monsig. Thurler Giuseppe, della medesima arcidiocesi.
26 » » Monsig. Rosa Vera Raimondo, della diocesi di La Rioja.
5 febbraio » Monsig. Mutschele Lazzaro, dell'arcidiocesi di Campinas.
» » » Monsig. Pinheiro Brandao Antonio, dell'arcidiocesi di Diamantina.
» » » Monsig. Couceiçâo Paixäo Giuseppe, della diocesi di Piracicaba.
» » » Monsig. Mutschele Francesco, della medesima diocesi.

NECROLOGIO

22 agosto 1955. Monsig. Vannucci Ildebrando, Vescovo tit. di Sebaste di Cilicia, Abbate di San Paolo fuori le mura.
8 settembre » Emo Sig. Card. De Jong Giovanni, del tit. di san Ciemente, Arcivescovo di Utrecht.
9 » » Monsig. Castillo Henández Luca Guglielmo, Arcivescovo di Caracas.
» » » Monsig. McCarthy Giuseppe Edoardo, Vescovo di Portland.
» » » Monsig. Freeney Tommaso Giovanni, Vescovo tit. di Agno, Vicario Aposolico delle Isole Caroline e Marshall.
14 » » Monsig. Beli veau Arturo, Arcivescovo di san Bonifacio.
25 » » Monsig. White Carlo Daniele, Vescovo di Spokane.
3 ottobre » Monsig. Savarese Domenico, Vescovo di Vallo di Lucania.
6 » » Monsig. Riegler Giovanni, Vescovo di Lydenburg. ,
9 » » Emo Sig. Card. Innitzer Teodoro, del tit. di san Crisogono, Arcivescovo di Vienna.
15 » » Monsig. Armora y González Serafino Maria, Vescovo di Tamaulipas.
17 » » Monsig. Castrillo Agostino Ernesto, Vescovo di San Marco e Bisignano.

An. et vol. XXXXT1I 21 Novembris 1955 (Ser. II, t. XXII) - N. 15

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XII

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

NOVAE SEGOBIAE (BANGUEDENSIS)

SSX ARCHIDIOECESI NOVAE SEGOBIAE QUAEDAM SEPARATUR PROVINCIA, QUAE PRAELATURA ((NULLIUS)) EFFICITUR, ((BANGUEDENSIS)) APPELLANDA.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Cum misericos Deus Nos universae praefici christianorum hominum familiae arcano consilio voluerit, nil idcirco antiquius habemus quam «t Ecclesia, sanctorum castissima parens atque magistra, late terra marique pateat omnesque populos materne amplectens, eos ad incommutabilis vitae suaviter erigat spem. Quam ob rem, illud laetabile Nobis evenit, quod venerabilis Frater Iacobus C. Sancho, Novae Segobiae Archiepiscopus, ab hac poposcit Romana Sede ut, partito suae nimis protentae metrópolis territorio, civilis provincia, cui nomen vulgo « Abra », in formam praelaturae « nullius » redigeretur. Quoniam ergo Nobis persuasum habemus christianam rem ibi fauste optimeque progredi, ubi vires suppetant Pastorum, eiusmodi postulatis libenter concedimus. Postquam igitur sive venerabilem Fratrem Aegidium Vagnozzi, Archiepiscopum titulo Myrensem et in Insulis Philippinis Apostolicum Nuntium,

sive venerabiles Fratres Nostros S. R. E. Cardinales Negotiis Consistorialibus praepositos, rogavimus sententiam ; consensu pariter eorum suppleto, qui in hac re aliquid habeant vel se habere iuris arbitrentur, ac re attente considerata, de summa Nostra potestate, sequentia decernimus statuimusque. Ab archidioecesi Novae Segobiae totum distrahimus territorium, quo civilis provincia vulgo « Abra)) efficitur, ex eoque praelaturam « nullius » erigimus, *Banguedensem,* ex urbe regionis capite « Bangued », nuncupandam ; cuius fines, ut patet, eiusdem provinciae finibus continebuntur. Novam Banguedensem praelaturam uti suffraganeam subdi volumus metropolitanae Ecclesiae Novae Segobiae, itemque eius Praelatum iuri Archiepiscopi Novae Segobiae subici. Iubemus pariter ut idem Praelatus sedem ac domicilium in urbe « Bangued », quam supra diximus, constituat, et cathedram pontificalis magisterii in curiali templo S. Iacobi collocet, quod ad sacrae praelaticiae aedis gradum perducimus, cum omnibus iuribus et honoribus ceterarum eiusdem dignitatis aedium propriis ; ut denique Banguedensis Praelatus eiusque successores iis iuribus ac privilegiis gaudeant at oneribus obstringantur, quibus ceteri per orbem Praelati « nullius » et ornantur et tenentur. Ad praelaticiam autem mensam quod attinet, eam efficient sive Curiae fructus, sive a fidelibus sponte oblatae pecuniae ac res, sive bona quae, divisis pro rata parte Novae Segobiae mensae rebus ac facultatibus, huic obvenient praelaturae ; qua in divisione peragenda serventur iussa canonis 1500 C. I. C. Praescriptis pariter Canonici Iuris ea regentur, quae ad novae Ecclesiae regimen et administrationem, item ad fidelium et sacerdotum iura et onera, ad aliaque huiusmodi respiciunt. Quandoquidem autem iuvenes, quos Sanctus Dei Spiritus ad sacerdotium vocaverit, sint omnium prosperitatis Ecclesiarum firma spes, decernimus quoque ut Banguedensis Praelatus seminarium saltem elementarium curet quam primum excitandum, ad iuris normam et iuxta leges a S. Consilio Seminariis studiorumque Universitatibus praeposito traditas ; e quo, cum fas erit, optimos quosque eligat, quos in hanc almam Urbem mittat, in Pontificio Ephebeo Piano Latino Americano philosophiae ac theologiae instituendos disciplinis. Volumus denique ut simul ac Banguedensis praelatura fuerit condita, illi Ecclesiae clerici addicti habeantur, cuius regionem optimo iure incolunt; atque ut omnia documenta et acta, quae ad novam Sedem quomodocumque spectent, a Curia Novae Segobiae ad Banguedensem Curiam sedulo mittantur, in eius tabulario custodienda. Ad ea denique efficienda, quae his Litteris descripsimus, eum deligimus, qui, quo tempore haec ad rem adducentur, Apostolicae in Insulis Philip-

pinis Nuntiaturae praeerit ; cui necessarias ad id facimus potestates, cuilibet subdelegandas, si opus fuerit, viro ecclesiastica dignitate pollenti, onusque iniungimus de effecto negotio tabellas exsequendi, earumque fide digna exempla ad S. Congregationem Consistorialem quam primum mittendi. Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt,, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat ; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda" erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderetur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die duodecimo mensis Iunii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo quinto, Pontificatus Nostri septimo decimo.

CELSUS Card. COSTANTINI — *S. R. E. Cancellarius*

ä$i Fr. ADEODATOS I. Card. PIAZZA — *S. Congr. Consistorialis a Secretis*

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

Franciscus Hannibal Ferretti, *Proton. Apost»*
Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. LXXXXI, n. S.

II

LÍNGAYENSIS-DAGÜPANENSIS et S. FERDINANDI (IBANAE)

B DIOECESIBUS LINGAYENSI-DAGUPANENSI ET S. PERDINANDI QUAEDAM TERRITORIA DISTRAHUNTUR ET IN FORMAM NOVAE PRAELATURAE (C NULLIUS)) REDIGUNTUR, ((IBANENSIS)) APPELLANDAE.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Venisse Christum in terras ut inter homines lumen divinae veritatis ignemque fraternae caritatis accenderei, sacratissimae Litterae palam testantur. Quod Nos considerantes, quibus grave officium est datum catholicorum hominum agmina ducendi eaque servandi, omnia Nostra studia in id conferimus ut homines duplici hac flamma incendantur, proposita iis veritate et cum ipsis christiana caritate communicata. Quod ut aptiore modo in Insulis quoque Philippinis fiat, cum censuerit venerabilis Prater Aegidius Vagnozzi, Archiepiscopus titulo Myrensis atque in iisdem Insulis Apostolicus Nuntius, ibidem novam praelaturam « nullius)> esse erigendam, Nos, auditis venerabilibus Fratribus Mariano Madriga, Episcopo Lingayensi-Dagupanensi, et Caesare Guerrero, Episcopo S. Ferdinandi; consilioque habito venerabilium Fratrum Nostrorum S. B. E. Cardinalium Negotiis Consistorialibus praepositorum, post eorum consensum suppletum qui aliquid iuris in hoc negotio vel habeant vel sese habere arbitrentur ; de apostolica Nostra potestate haec quae sequuntur statuimus ac decernimus. A dioecesi Lingayensi-Dagupanensi curias sepa, ranras, quibus sunt vulgo nomina : Santa Cruz, Candelaria, et Masinloc ; » a dioecesi vero S. Ferdinandi eas quas populus Subie, Olongapo, Castillejos, S. Marcellino, S. Antonio, S. Narciso, Felipe, Cabangan, Botolan, Iba et Palawig appellare consuevit; quas omnes civilis provincia Zambales suis finibus continet. Ex his territoriis novam praelaturam « nullius » condimus, ex urbe principe eius regionis *Ibanam* cognominandam, atque iisdem limitibus terminandam ac eaedem curiae e quibus coalescit. Quae praelatura, praeterea, caput habebit urbem Ibam, ut dicitur, in qua erit domicilium ac sedes Praelati Ordinarii. Templum vero praelaticium erit S. Augustini, Episcopi et Ecclesiae Doctoris, cui

igitur omnia iura omnesque honores concedimus omnium aedium propria eiusdem dignitatis. Debita item iura simulque onera et obligationes volumus et ipsius Praelato cedere. Praeter haec censemus ut sive Praelatus Ordinarius Iban u s sive eadem praelatura sint suffraganei et obnoxii tum Manilensi Metropolitae tum Ecclesiae archiepiscopali eiusdem nominis. Mensam, quam dicunt, modo conditae praelaturae ea bona efficient quae per divisionem bonorum ad eam spectabunt, iuxta canonem 1500 O. I. C, vel Curiae fructus, vel denique a fidelibus christianis pecuniae doni causa oblatae. Regimen, administratio Ibanae Ecclesiae, itidem iura et onera sive cleri sive populi et cetera huiusmodi, haec omnia Iuris Canonici praescriptis contineantur. Quod autem pertinet ad cleri distributionem, iubemus ut iidem clerici, facta divisione territorii, ei Sedi habeantur ascripti in cuius territorio legitime degant. Quandoquidem autem sacerdotes sint pars electissima cuiusque ecclesiasticae circumscriptionis, curet Praelatus Ordinarius Ibanus ut Seminarium in sua regione exstruatur, quo pueri recipiantur qui instinctu Numinis ad sacerdotalia munia agantur. Quos vero optimos reppererit, eos suo tempore Romam mittet, ut in Collegio Piano Latino Americano sana Philosophiae ac Theologiae doctrina rite imbuantur. Quae acta et documenta ad novae praelaturae res vel clericos vel populum respiciant, ea omnia quam primum fieri potest a Curiis Lingayensi-Dagupanensi et S. Ferdinandi ad Curiam Ibanam mittantur, ut ibidem religiose in tabulario serventur. Quae descripsimus, postremo, exsequenda curabit ille qui eo tempore quo ad exitum deducentur Apostolicae Nuntiaturae in Insulis Philippinis praeerit, cui omnes potestates agendae rei concedimus, quas poterit et alii subdelegare cuivis, dummodo in ecclesiastica dignitate constituto. Qui vero negotium perfecerit, idem documenta exaranda curabit eaque cito ad S. Congregationem Consistorialem mittenda. Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat ; quin immo harum Litterarum exemplis et locis , sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides,

quae hisce haberetur, si ostenderetur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die decimo et secundo mensis Iunii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo quinto, Pontificatus Nostri septimo decimo.

CELSUS Card. COSTANTINI
S. R. E. Cancellarius

© Fr. ADEODATUS I. Card. PIAZZA
S. Congr. Consistorialis a Secretis

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

Franciscus Hannibal Ferretti, *Proton. Apost.*
Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*

Loco £g Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. LXXXXI, n. 4-

LITTERAE APOSTOLICAE

I

SANCTUS PIUS PP. X CONSTITUITUR CAELESTIS PATRONUS DIOECESIS CAMAGUEYENSIS, IN INSULA CUBA, AEQUE PRINCIPALIS UNA CUM BEATA MARIA VIRGINE ((A PURIFICATIONE)). INSUPER PAROCHIS CIVITATIS PRINCIPIS CAMAGUEYENSIS NEC NON VICARIIS FORANEIS EIUSDEM DIOECESIS QUAEDAM INSIGNIA HONORIS CONCEDUNTUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Eadem ratione, qua universi populi Dioecesis Camagueyensis ardens pietatis studium erga Beatam Mariam Virginem a Purificatione effecit ut Ipsa gratiarum omnium apud Deum sequestra declararetur Caelestis Patrona praefatae Cubanae Dioecesis, sic, praesenti tempore, omnium ad unum vehemens obsequium in Decessorem Nostrum Pium X, cui caelitum honores haud ita pridem sollemni ritu in Petriano foro decrevimus, pietatem concitat gentis Insulae Cubae ad expetendum caeleste quoque patrocinium ac tutelam Sancti tam participis donorum Dei gratiarumque supernarum. Propterea Venerabilis

Frater Carolus Riu Angles, Episcopus Camagueyensis, vota excipiens cleri populique sui, submissas Nobis adhibuit preces ut Dioecesi ipsi Sanctus Pius X Nostra auctoritate assignaretur tamquam Caelestis Patronus aeque principalis ac Beata Maria Virgo a Purificatione. Nos, minime dubitantes quin ex hac proclamatione spirituale omnium fidelium Camagueyensium bonum foveatur atque augeatur et pietas erga Sanctum Pium X magis magisque firmetur, ultro libenterque oblata Nobis vota statuimus explere. Quapropter, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, omnibus rei momentis attente perpensis, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Sanctum Pium X Caelestem Dioecesis Camagueyensis, in insula Cuba, *Patronum* aeque principalem una cum Beata Maria Virgine a Purificatione constituimus ac declaramus, omnibus adiectis honoribus et privilegiis liturgicis, quae principalibus locorum Patronis rite competunt. Ad hoc, peculiaris dilectionis Nostrae erga Antistitem Clerumque Camagueyensem amplius testimonium dare volentes, oblatis laudati Episcopi precibus annuentes, quaedam honoris insignia concedimus Parochis civitatis Camagueyensis et Vicariis foraneis eiusdem Dioecesis. Quapropter Apostolica Nostra auctoritate perpetuumque in modum, concedimus et largimur ut Parochi civitatis principis Camagueyensis et Vicarii foranei ipsius Dioeceseos, pro tempore exsistentes, Pileum cum flocco violacei coloris gestare queant, intra ambitum Dioecesis. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque ad quos spectant seu spectare poterunt nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXX mensis Iunii, anno MDCCCCLIV, Pontificatus Nostri sexto decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO BRUGNOLA
a Brevibus Apostolicis

II

BEATA MARIA V., SUB TITULO ((AUXILII CHRISTIANORUM)) INVOCATA, PRAECIPUA CAELESTIS PATRONA VICARIATUS APOSTOLICI ARCIS VICTORIAE CONFIRMATUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Viam salutis aptiorem mortales, huiusce saeculi iactati procellis, non expediunt, quam Beatam Mariam Virginem filiorum in modum venerando, excolendo. Hoc sentiunt, quemadmodum non sine intimo animi gaudio accepimus, Christifideles, ex quibus multi ad veram religionem recens sunt traducti, Vicariatus Apostolici Arcis Victoriae. Pro insigni enim, quo flagrant, Marianae pietatis studio, Beatam Mariam Virginem Auxiliatricem Christianorum, in loco <(Gokomere » sollemnem agentes coetum, suae regionis caelestem Patronam adoptare cunctis sententiis statuerunt. Itaque Venerabilis Frater Aloisius Haene, Episcopus titulo Neptensis, Vicarius Apostolicus Arcis Victoriae, Nos rogavit ut hanc electionem Nostra auctoritate confirmaremus. Quibus precibus libenter admissis, Nos, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Beatam Mariam Virginem, ut ((Auxilium Christianorum » invocatam, totius Vicariatus Apostolici Arcis Victoriae praecipuam apud Deum Caelestem *Patronum* confirmamus seu iterum constituimus ac declaramus, omnibus adiectis honoribus et privilegiis liturgicis, quae principalibus regionum Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die n mensis Iulii, anno MCMLIV, Pontificatus Nostri sexto decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO BRUGNOLA
a Brevibus Apostolicis

III

BASILICAE MINORIS HONORIBUS DECORATUR TEMPLUM DEO IN HONOREM SANCTAE ANNAE HIEROSOLYMIS DICATUM.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Hierosolymitanam Aedem, ea in domo constitutam ubi, quemadmodum tradunt, Sancta Anna Almam Deiparam est enisa, Christifideles ex diversis locis confluentes adeunt; ut Beatam Mariam Virginem, quasi tutissimum praesidium atque perfugium salutis, in vota vocent ac religiosis venerentur obsequiis. Qui cultus praecipua sumpsit incrementa hoc Mariano vertente Anno, quo pie recolitur ante unum saeculum definitum privilegium, quo Beata Maria Virgo ab ipso conceptus momento est insignis, scilicet primae labis immunis. Decus igitur huius Templi, utpote in domo exstructi in qua Caelorum Regina orta est procreataque, adaugere cupiens, eius moderator e Congregatione Missionariorum Africae, qui in eiusdem Sacrae Aedis officiis versantur, Nos submisse rogavit, ut eam Basilicae Minoris nomine ac iure donaremus. Quae vota, Venerabilis Fratris Alberti Gori, Patriarchae Hierosolymitani, commendatione suffulta, libenti animo statuimus explere. Quapropter, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia et matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum, Templum Deo in honorem Sanctae Annae Hierosolymis dicatum, ad honorem ac dignitatem *Basilicae Minoris* evehimus, omnibus adiectis privilegiis, quae eidem titulo rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse et definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die x mensis Iulii, anno MDCCCCLIV, Pontificatus Nostri sexto decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO BRUGNOLA
a Brevibus Apostolicis

EPISTULA

AD REVMUM P. AUGUSTINUM SÉPINSKI, ORDINIS FRATRUM MINORUM MINISTRUM GENERALEM, QUINTO EXEUNTE SAECULO AB OBITU SANCTI IOANNIS A CAPISTRANO.

PIUS PP. XII

Dilecte fili, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Quo asperioribus fluctibus per saeculorum decursum diva Petri navis iactatur, eo praesentius experitur atque validius caelestis gratiae auxilium. Haec veritas, quam etiam «historia, testis temporum, lux veritatis... magistra vitae »[1] addocet, menti succurrit Nostrae, cum quintum revolutum saeculum recogitamus, ex quo Ioannes a Oapistrano, post tot egregia facinora in Dei gloriam christianorumque salutem peracta, sanctissimo obitu ad super os evolavit. Is siquidem in procellosa incidit tempora : inconsutilem Ecclesiae vestem nefasto schismate nonnulli dilacerare conabantur; Europae Principes non pauci, dominandi cupiditate permoti, conflictationes interdum sibi mutuo comminabantur, ac non raro in sacrosancta Ecclesiae iura temerario ausu invadebant ; ex Oriente autem exercitus adventantes iam mediae Europae regionibus imminebant, clades atque ruinas allaturi. Quod vero deterius est, haud deerant qui populorum mores, tot procellis perturbâtes, a christianae doctrinae praeceptis abstrahere eniterentur; quamobrem pietas nonnullorum in animis languescebat ; atque huc etiam accedebat ut haereses, non sine aeternae salutis discrimine varia per loca grassarentur. Iamvero Ioannes a Oapistrano, invictus ille athleta Christi, per totius suae vitae cursum ad eiusmodi mala pro viribus eradicanda, ac praesertim ad catholicae religionis impugnatores propulsandos, ad mutuam inter Principes, inter populos conciliandam concordiam, et ad mores evangelica virtute renovandos summo nisu summaque constantia allaboravit. Ac principio asseverandum est eum fuisse auctorem, una cum S. Bernardino Senensi, piae illius consuetudinis utilisque instituti publice contionandi ad populum, quadragenario praesertim ac sacri Adventus tempore, per urbes, per oppida, per vicos, ut omnes, quos possent, ad catholicam religionem institueret, ad Sacramenta suscipienda suaviter fortiterque adduceret, et ad vitam christiano more feliciter redintegrandam. Cum Decessor

[1] Cic, De Orat. II, 9.

Noster fel. rec. Eugenius IV « praedicatores Apostolicos » constituit, qui eiusmodi munere fungerentur, Ioannes in primum eorum agmen libenter ingressus est; ac Romam, Aquilam, Senas, Florentiam, Bononiam, Ferrariam, Mediolanum, Veronam, Vicetiam, Mantuam, Patavium, Venetias, Brixiam,[2] aliasque non paucas urbes, divini verbi praeco virtutisque sator peragravit. Neque in Italia modo id egit, uberibus cum salutis fructibus, sed in Austria etiam, in Hungaria, in Bohemia, in Germania, in Polonia, in Burgundia et in Flandria, ita ut non deesset qui eum, postquam Decessor Noster imm. mem. Alexander VIII in Sanctorum Caelitum numerum, anno mdclxxxx, sollemni ritu annumeravit, « Apostolum Europae » appellandum esse proponeret.[3] Ex urbis autem, «x oppidis, ex castellis, quae ille, divinae veritatis nuntius virtutisque excitator actuosissimus ingressurus erat, « clerus et magistratus, sed et ipsi Reges et aulici obviam procedebant, cum reliquiis et Crucis vexillo, tamquam angelum reverenter excepturi, cantantes et passim repetentes : « Benedictus qui venit in nomine Domini ».[4] Haud miramur igitur si alius Decessor Noster fel. rec. Callistus III, magna admiratione tactus ob tot labores, tot itinera, tot sanctissima incepta a Ioanne exantlata, eum « invictum Dei praeconem et iam vita fere martyrem »[5] nominat. Ac praeterea, cum Romani Pontifices eius non modo sanctimoniam, sed eius etiam gerendarum rerum prudentiam perspectam haberent, eum haud semel ad Principes non paucos legarunt, ut res communi cum utilitate componeret, et pacem redintegraret ; hac scilicet de causa Neapolim, Mediolanum, in Burgundiam, in Flandriam, in Siciliam profectus est, idque egit non sine successu. In Ecclesiae autem annalibus id quoque praeclara luce enitet, quod ad milites cruce signatos excitandos gessit adversus eos, qui in christianam invadebant Europam ; ac peculiari modo quod praecando, suadendo, adhortandoque contulit ad celeberrimam illam adipiscendam victoriam, quae apud Singidunum seu Belogradum, anno MCCCCLVi, parta est. Non igitur una de causa, dilecte fili, Franciscanum Familia universa quintum saeculum celebratura est, ex quo invictus ille christianae religionis defensor et propagator, catholicae fidei tutor studiosissimus, Romanorum Pontificum filius addictus et auxiliator inde-

[2] Cfr. Muratori, *Rerum Ital. Script-,* XXI, p. .111, (1940), pp. 100-103: J. Hofer, Ioannes von Capestrano, ein Leben in Kampf um die Reform der Kirche (Innsbruck 1936), passim.

[3] Cfr. *Acta Sanctorum, Oct.,* tom. X, p. 427 sq.

* Lucas Wadding, *Scriptores Ordinis Minorum,* Romae, 1906, t. I, p. 133.

[5] *Bullarium Franciscanum NS.,* t. II, n. 182, p. 100.

fatigabilis, itemque Ecclesiasticae disciplinae in suo Ordine in universoque clero, pro facultate sua, restitutor diligentissimus serenam mortem oppetiit. Reviviscere in illo visus est seraphicus Asisinatis Patriarchae animus excelsaque eius sanctimonia. Hanc igitur vos, saecularia haec sollemnia acturi, ante oculos vestros proponite, imitandamque, opitulante Deo, suscipite. Tempora, quibus vivimus, haud minus gravia, haud minus incerta sunt, quam ea, quibus Ioannes a Oapistrano vitam egit. Sanctitate potissimum indigemus omnes ; sanctitatem dicimus, quae una potest turbulentis aetatibus, prolapsis in deterius moribus, languescenti pietati, odiis et simultatibus increscentibus valida praebere remedia. Excitetur igitur cotidie magis in vobis, excitetur in omnibus actuosum eiusmodi sanctitudinis studium; atque hoc esto — ut vehementer cupimus — optatissimus ac salutaris celebrationum vestrarum fructus. Cuius sit auspex et conciliatrix Apostolica Benedictio, quam tibi, dilecte fili^ cunctae Franciscalium communitati, iisque omnibus, qui proxima saecularia sollemnia celebraturi sunt, peramenter in Domino impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die iv mensis Octobris, in festo S. Francisci Asisinatis, anno mdccccLv, Pontificatus Nostri septimo decimo.

PIUS PP. XII

ALLOCUTIONES

I

Curatoribus rei municipalis ob Conventum XII internationalem Romae coadunatis. *

En décidant de tenir à Rome votre XII[e] Congrès de l'Union Internationale des Villes et Pouvoirs locaux, vous lui donniez, Messieurs, le cadre qui convient le mieux à une manifestation de ce genre. Quelle cité pouvait, en effet, vous offrir un décor plus prestigieux, non seulement par ses sites et ses monuments, mais surtout par les souvenirs historiques, qui y sont attachés, et les conquêtes intellectuelles et spirituelles, dont ils ont été les témoins? Vous n'avez pas eu de peine, Nous en sommes convaincu, à trouver ici l'inspiration, qui a animé vos travaux et qui vous a mis sur la voie des solutions que vous cherchez.

* Habita die 30 Septembris mensis a. 1955.

Il est impossible de prononcer le mot de ((commune » sans évoquer «cette période du Moyen-Age, qui vit s'élaborer cette forme d'organisation sociale et politique, destinée à jouer un rôle si important dans l'histoire de l'Europe. Les groupements d'artisans et de marchands, suscités par le renouveau économique de l'époque, étaient obligés de •créer de toutes pièces un réseau d'institutions garantissant leur sécurité, individuelle et collective, et le libre exercice de leur profession. Dès que ces bases furent aussurées, se développa une vie culturelle intense, dont sont restés témoins des édifices admirables par leur puissance, leur richesse et leur beauté. Signes de force et de fierté, ils attestent aussi l'attachement profond de ces hommes à leur cité, et leur sens des responsabilités.

Aujourd'hui l'évolution de la société et de ses institutions a transformé profondément le caractère des villes ; elles sont insérées dans un Etat plus ou moins centralisé; elles ont perdu une large part de leur initiative et de leur indépendance pour faire droit aux exigences de relations sociales, qui s'étendent sur de larges fractions de continents et débordent même au delà. Mais, si les perspectives d'ensemble se sont modifiées, la commune reste quand même, après la famille, le lieu des échanges humains les plus fréquents et les plus indispensables. Elle établit d'ordinaire entre ses habitants une façon analogue de parler, de penser et de sentir ; elle leur propose les mêmes problèmes à résoudre et sollicite directemnet leur esprit d'entr'aide et de collaboration.

Bien que les populations actuelles utilisent largement les moyens de transport, devenus nombreux et commodes, et s'écartent plus aisément de leur domicile, elles n'en restent pas moins attachées à ce milieu, où s'entretiennent des contacts plus familiers et plus constants. C'est là que Fidée de patrie trouve, pour le grand nombre, sa racine la plus profonde, car on y expérimente plus vivement les bienfaits d'une bonne organisation de la société, ses conditions indispensables, et parfois les erreurs dommageables et les fautes à éviter. Aussi la commune a-t-elle rempli et remplit-elle encore dans l'éducation civique des citoyens une fonction de premier plan.

On comprend combien grave est la responsabilité des magistrats communaux, qui ne peuvent être de simples exécutants de décisions prises par l'Etat. Qu'il Nous soit permis dans cette assemblée d'exalter en particulier le rôle du premier d'entre eux, maire, bourgmestre ou Sindaco. Bien qu'il exerce aussi les fonctions de délégué de l'autorité centrale, il apparaît surtout comme le représentant de la commune.

Il en est, le plus souvent, issu ; il en possède l'esprit ; il en. connaît les besoins, les aspirations, les difficultés. Au delà des tâches administratives, il resté un homme capable de s'intéresser personnellement à d'autres hommes, de mettre à leur disposition, dans les limites fixées par le bien commun, son autorité et les pouvoirs dont il est investi. On aime trouver en lui un homme généreux, loyal, aux idées larges, sachant comprendre ceux dont il ne partage point les vues politiques, sensible aux problèmes humains comme aux exigences des prescriptions légales, attentif à défendre intelligemment l'autonomie du fief qu'il régit.

Ad haec autem perficienda Sacra Consistorialis Congregatio deputat Excmum P. D. Iacobum Cannonerò, Episcopum Astensem, eidem tribuens necessarias et opportunas facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, facto onere mittendi quam primum ad eamdem Sacram-Congregationem Consistorialem authenticum exemplar actus peractae executionis.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 22 Iunii 1955.

© Er. A. I. Card. Piazza, Ep. Sabinen, et Mandelen., *a Secretis*

L. S.

Iosephus Ferretto, *Adsessor*

II

CAESARAUGUSTANAE ET ALIARUM

DECRETUM

DE MUTATIONE BTNIUM DIOECESIUM

Initis inter Sanctam Sedem et Hispanicum Gubernium die xxvn mensis Augusti anno 1953 solemnibus Conventionibus de finibus dioecesium, Exc. P. D. Hildebrandus Antoniutti, Archiepiscopus titularis Synnadensis in Phrygia et in Hispania Nuntius Apostolicus, ab Apostolica

Sede postulavit ut limites dioecesium, in civilibus provinciis regionum vulgo « Navarra », « Aragón » et « Cataluña » ex parte tantum exstantium, aliquantum immutarentur.

Ssmus Dominus Noster Pius Divina Providentia PP. XII, praehabito favorabili voto ordinariorum, ratus **petitam** finium dioecesium immutationem in uberius spirituale fidelium bonum cessuram, oblatis precibus benigne annuendum censuit.

Quapropter, suppleto, quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, de plenitudine Apostolicae potestatis, praesentibus Litteris *distrahit :*

1. ab archidioecesi *Caesaraugustana* archipresbyteratus quos vocant « Aliaga », « Calamocha », « Cantavieja », « Castellote » « Monreal del Campo », « Montalbán », « Muniesa », « Illueca » et « Magallón », paroecias vulgo : *La Corvilla, Luna, Valpalmas, Erla, Cortes de Navarra, Arándiga, Riela, Calillas, Lumpiaque,* et tandem paroeciam *Olocau* intra fines sitam provinciae civilis « Castellón » nuncupatae ;

2. a dioecesi *Tirasonensi* archipresbyteratum vulgo « Alfaro » in finibus provinciae civilis « Logroño », duodeviginti paroecias in provincia civili « Soria », ac tredecim paroecias intra fines provinciae civilis cui nomen « Navarra » exstantes ;

3. a dioecesi *Calaguritana* et *Calceatensi* archipresbyteratus « Viana » et « Amescoas » appellatus, in fines civilis provinciae vulgo « Navarra » patentes ;

4. a dioecesi *Seguntina* archipresbyteratum « Ariza » nuncupatum in provincia civili vulgo « Zaragoza » comprehensum ;

5. a dioecesi *Oscensi* paroeciam, eorum lingua, *Santa Engracia,* Caesaraugustae sitam, necnon paroecias vulgo : *Broto, Buesa, Sarvisé, Asín del Broto, Bujaruelo, Torla, Viu, Linas del Broto, Fragen, Oto* et tandem *S. Felices, Fuencalderas* et *Marracos;*

6. a dioecesi *Jacensi* paroeciam *Eres* appellatam in finibus civilis provinciae vulgo « Huesca » sitam ;

7. a dioecesi *Illerdensi* : archipresbyteratus quos vocant « Berbegal », « Artesa de Segre » et « Manresana » una cum eorum paroeciis et filialibus ecclesiis, paroecias : *Morillo de Liena, Bacamorta, Egea, Llert, Serrate, Nocellas, Merli, Villacarle, Vilas de Turban, Ballabriga, Beranúy, Denúy, Nerii,* necnon *Estada, Estadilla, Fons* et *Almunia de San Juan,* ac tandem duas has paroecias *Mequinenza* et *Fayón* quae in civilb provincia vulgo « Zaragoza » inveniuntur ;

8. a dioecesi *Terulensi* paroecias : *Bechi* in provincia civili vulgo ((Castellón », *Motos* in provincia civili vulgo « Guadalajara», et *Huélanio* intra fines civilis provinciae ((Cuenca » exstantes ;

9. a dioecesi *Dertosensi* paroecias : *Calaceite, Arens, Lledó et Cretas,* necnon paroeciam *Mayáis* in provinciam civilem vulgo « Lérida » sese expandentem ;

10. a dioecesi *Urgellensi* territoria nuncupata : *Sarroqueta, Ären* septem continens paroecias, *Peralta de la Sal* cum octo eius paroeciis et *Castarner* quatuor comprehendens paroecias.

Sanctitas Sua pariter memorata territoria dioecesibus infra recensitis sequenti ratione *adnectit :*

1. archidioecesi *Caesaraugustanae* paroecias quas vocant : *Santa Engracia* a dioecesi Oscensi, *Mequinenza* et *Fayón* a dioecesi Illerdensi, *dalaceite, Arens, Lledó* et *Cretas* a diocesi Dertosensi per praesens Decretum dismembratae ;

2. dioecesi *Terulensi* memoratos archipresbyteratus : *Aliaga, Calamocha, Cantamela, Castellote, Monreal del Campo, Montalbân* et *Muniesa* ab archidioecesi Caesaraugustana separatos;

3. dioecesi *Iacensi* praefatas paroecias vulgo : *La Corvilla, Luna, Talpalmas, Erla,* ab archidioecesi Caesaraugustana, *Broto, Buesa, Sarvisé, Asín del Broto, Bujaruelo, Torta, Viu, Linas del Broto, Fragen, Oto, S. Felices, Fuencalderas et Marracos* a dioecesi Oscensi disiunctas ;

4. dioecesi *Dertosensi* paroecias : *Olocau* ab archidioecesi Caesaraugustana et *Bechi* a dioecesi Terulensi distractas;

5. dioecesi *Pampilonensi* paroecias : tredecim a dioecesi Tirasonensi, *Cortes de Navarra* ab archidioecesi Caesaraugustana et tandem archipresbyteratus vulgo « Viana » et « Amescoas » a dioecesi Calaguritana et Calceatensi dismembratos ;

6. dioecesi *Tirasonensi* memoratos archipresbyteratus « Illueca », « Magallón » necnon paroecias *Arándiga, Riela, Salïllas* et *Lumpiaque* ab archidioecesi Caesaraugustana et archipresbyteratum « Ariza » a dioecesi Seguntina separatos;

7. dioecesi *Calaguritanae* et *Calceatensi* quem supra memoravimus archipresbyteratum « Alfaro » nuncupatum, a dioecesi Tirasonensi disiunctum ;

8. dioecesi *Oxomensi* duodeviginti paroecias a dioecesi Tirasonensi separatas ;

9. dioecesi *Oscensi* archipresbyteratum vulgo « Berbegal » cum eius

paroeciis et filialibus ecclesiis ab Illerdensi dioecesi et paroeciam *Eres* a dioecesi Iacensi seiunctos;

10. dioecesi *Barbastrensi* praefatas paroecias : *Morillo de hiena, Bacamorta, Egea, Llert, Serrate, Nocellas, Merli, Villacarle, Vilas de Turban, Ballabriga, Beranúy, Denúy, Nerii,* insuper, *Estada, Estadilla, Fons, Almunia de San Juan* a dioecesi Illerdensi separatas, et tandem quatuor paroecias territorii vulgo « Oastarner » a dioecesi Urgellensi, uti supra, distracti ;

11. dioecesi *Urgellensi* archipresbyteratum « Artesa de Segre » nuncupatum cum eius paroeciis et filialibus ecclesiis a dioecesi Illerdensi distractum ;

12. dioecesi *Gelsonensi* memoratum archipresbyteratum « Manresana » cum eius paroeciis ab eadem dioecesi Illerdensi seiunctum ;

13. dioecesi *Seguntinae* paroeciam vulgo *Motos* a dioecesi Terulensi separatam ;

14. dioecesi *Gonchensi* quam supra memoravimus paroeciam *Huélamo* a dioecesi Terulensi dismembratam ;

15. dioecesi *Illerdensi* paroeciam *Mayáis* a dioecesi Dertosensi, atque territoria *Aren, Peralta de la Sal,* et *Sarroqueia* a dioecesi Urgellensi per praesens dismembrata.

Sanctitas Sua insuper Administrationem dioecesis *Tudelensis,* hactenus Episcopo Ordinario Tirasonensi concreditam, praesenti Decreto Ordinario pro tempore dioecesis *Pampilonensis,* sede quoque vacante, nomine et ad nutum Sanctae Sedis committit cum omnibus iuribus, facultatibus et privilegiis quibus Ordinarii dioecesium in proprio territorio fruuntur.

Tandem Sanctissimus Dominus Noster, sic immutatis dioecesium finibus, mandat ut acta et documenta singulas memoratas paroecias respicientia, a Curia dioecesis *a qua* ad Curiam dioeceseos cui quaelibet paroecia noviter est aggregata, tradantur; ad clerum vero quod attinet, decernit ut simul ac praesens Decretum ad effectum deductum fuerit, clerici dioecesi illi censeantur incardinati in cuius territorio legitime degunt.

Ad haec omnia exsecutioni mandanda Sanctitas Sua memoratum Exc. P.D. Hildebrandum Antoniutti deputare dignata est, necessarias et opportunas ei tribuens facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad S. Congregationem Consistorialem, quam primum, remittendi authenticum exemplar actus peractae exsecutionis.

Quibus super rebus Eadem Sanctitas praesens edi iussit Consistoria^ Decretum perinde valiturum ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 2 Septembris 1955.

£ß Fr. A. I. Card. Piazza, Ep. Sabinen, et Mandelen., *a Secretis*

L. © S.

Iosephus Ferretto, *Adsessor*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

i

KOMANA

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVAE DEI MARIAE AB APOSTOLIS VON WÜLLENWEBER, FUNDATRICIS INSTITUTI SORORUM A DIVINO SALVATORE.

SUPER DUBIO

An signanda sit commissio Introductionis causae in casu et ad effectum de quo agitur.

Accedens quidam ad Iesum, ait illi : « *Magister bone, quid boni faciam ut habeam vitam aeternaml Qui diœit ei: ... serva mandata* » eaque summatim aperuit. « *Dicit illi adolescens : Omnia haec custodivi a iuventute mea, quid adhuc mihi deest? Ait illi Iesus : Si vis perfectus esse, vade, vende quae habes et da pauperibus, et habebis thesaurum in caelo : et veni sequere me. Cum audisset autem adolescens verbum abiit tristis; erat enim habens possessiones multas»* (Mt. 19, 16-22).

Hoc idem Maria Teresia von Wüllenweber, multas possessiones habens, in oratione a Domino percontans similem responsionem intime excepit. Verum non abiit tristis, uti adolescens, de quo Evangelium narrat, sed generose omnibus possessionibus ac pecuniis pro Dei amore se expoliavit arctamque paupertatem amplexata Iesum pauperem est secuta.

Re quidem vera e Barone Theodoro et Elisabeth Le Fort honestis piisque coniugibus, die 19 Februarii anno 1833 in avito castello Myllen-

donck apud Gladbach in Coloniensi Archidioecesi, prima ex quinque filiis, Serva Dei est nata cui, sequenti die in sacello domestico lustralibus aquis ablutae, nomina Mariae, Teresiae, Franciscae, Constantiae, Elisabethae, Iosephae fuere imposita. Pietatem praecipue a parentibus abunde hausit caritatemque in proximos. Anno 1846 primum ad eucharisticam mensam fuit admissa et post biennium Sacro Chrismate linita. Sollicitiori exinde perfectionis christianae studio attendit dignaque facta fuit Dei vocem ad religiosam missionalem vitam allicientem percipere. Nonnulla conata est religiosae vitae tentamina experiri, at frustra, donec anno 1882 Servo Dei Francisco Jordan, Societatis Divini Salvatoris Fundatori, occurrit, cui totam se commisit, eo quia Societas haec missionalem finem sibi praestituit, quod suis profecto erat in votis. Societati huic sua omnia bona, Sanctae quoque Barbarae Institutum, quod ipsa fundaverat, plene cessit, nihil sibi reservans. Facta est itaque paupérrima ad S. Francisci mentem, cuius Tertio Ordini anno 1872 nomen dederat.

In Italiam anno 1888 aceita primum Tibure a Patre Jordan Generalis Sororum Moderatrix electa, in extrema paupertate femineae sectionis principem domum inauguravit. In Urbe anno 1894 sedem, ut optaverat, collocavit atque Institutum, aucto Sororum numero, diffundere curavit, servando Regulas, quas pro S. Barbarae hospitio conscripserat et P. Jordan approbaverat. Constituit porro Instituti domos in Italia, in Helvetia, in Belgio, in Anglia, in America atque in locis Missionum, munifice Deo rependente dolores, angores, paupertatem, fidem caritatemque, quibus virtutibus ipsa suum in Eum amorem probaverat.

Meritis plena, in sollemnitate Natalis Domini anno 1907 in osculo Domini, sacramentis pluries in extremo morbo receptis, sancte quievit.

Sanctitatis fama, praesertim apud Sorores, vigente, factum est ut apud Vicariatum Urbis informativus processus annis 1943-1949 super scriptis, sanctitatis fama atque prohibito cultu numquam praestito adornaretur, additis per rogatoriales litteras processibus Mihvauchiensi, Passaviensi, Vindobonensi atque Friburgensi.

Die 23 Decembris anni 1952 S. Rituum Congregatio decretum edidit ex quo constat nihil obstare, scriptis perpensis, quominus ad ulteriora posset procedi. Interim Summo Pontifici a quinque S. R. E. Cardinalibus, a pluribus Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Moderatore Generali Societatis Divini Salvatoris, Rectore magnifico Catholicae Washingtoniensis Universitatis aliisque praeclaris viris, nec non a Superiorissa Generali cum suis consiliariis Societatis Divini Salvatoris, obla-

tae sunt litterae enixe causae huius Introductionem apud S. Rituum Congregationem postulantes.

Instante itaque Revmo D. Hieronymo Gassner O. S. B., causae Postulatore, in Ordinario eiusdem S. Rituum Congregationis Coetu die 8 Februarii anni huius habito, Emus ac Revmus Cardinalis Clemens Micara, Episcopus Veliternus, Ssmi D. N. Pii Papae XII Vicarius Generalis, dubium proposuit disceptandum : *An signanda sit commissio Introductionis causae in casu et ad effectum de quo agitur* de eaque retulit. Emi ac Revmi Patres, relatione hac auscultata, auditisque Officialium Praelatorum suffragiis, praecipue vero R. P. H. Salvatore Natucci, Fidei Promotore Generali, rescribere censuerunt : *Signandam esse commissionem, si Sanctissimo placuerit.*

Facta autem Summo Pontifici relatione, Sanctitas Sua, Emorum Patrum rescriptum ratum habens, *Commissionem Introductionis causae Servae Dei Mariae ab Apostolis* Sua manu dignata est subsignare.

Datum Romae, die 1 Martii, A. D. 1955.

C. Card. Cicognani, *Praefectus*

L. © S.

t A. Carinci, Archiep. Seleuc, *Secretarius*

II

MARIANOPOLITANA

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VENERABILIS SERVAE DEI MARIAE MARGARITAE DTJFROST DE LAJËMMERAIS, VIDUAE D'YOUVILLE, INSTITUTRICIS ET PRIMAE ANTISTITAE GENERALIS CONGREGATIONIS SORORUM CARITATIS MARIANOPOLI.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine, earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

Sanctae Ioannae Franciscae Fremiot de Chantal vitae semitis par ac virtutum aemula, Venerabilis Maria Margarita Dufrost de Lajemmerais vidua d'Yöuville, uxor, vidua, Sororum Caritatis Marianöpolitani Instituti fundatrix, insignis sanctitatis specimina praebuit. Et sane : Dei Fa-

mula in urbe « Varennes » in Marianopolitana, nunc Sancti Ioannis Quebecensis dioecesi, die 15 Octobris anni 1701, e Christophoro Dufrost de Lajemmerais et Maria Gautier de Varennes nata est. Cum in aetate viginti unius esset annorum Francisco d'Youville nupsit. Hic intra matrimonii decennium familiarem rem absumpsit uxoremque, sibi ad mortem usque obsequentem, neglegere solebat.

Quoniam autem in cruce salus, maerores atque hi angores magis magisque animum eius a terrenis abstraxerunt atque in Deum tantum totam se committere impulerunt. Marito anno 1730 viduata, alienum aes, quo is se obstrinxerat, solvere curavit ; duos filios adeo sancte educavit, ut digni habiti sint qui ad sacerdotium promoverentur, quatuor aliis filiis in pueritia vita functis. Tribus successive sui animi piis prudentibusque moderatoribus usa est, a quorum sapienti nutu in divinis cognoscendis et exsequendis consiliis summa obedientia pendebat. Divina itaque cognita voluntate, uni Deo confidens, caritatis omnimodae operibus, praesertim erga pauperes, senes, infirmos totam se impendit ; ei autem aliae piae feminae se adiunxerunt. Quare factum est, ut sensim sine sensu Sororum a Caritate Institutum ipsa condiderit, quod etiamnum uberrimos in Ecclesia affert fructus. Quoniam autem opera Dei in cruce fundantur, necesse fuit ut ipsa multiplicibus doloribus, angustiis, privationibus calumniisque vexaretur. Be saine vera dum inopia laborat, ei a civili magistratura debita denegatur merces pro militibus aliisque in domo hospitali ab ea exceptis atque enutritis ; de nefandis criminibus eius fama fuit incusata, iniuriis impetita; nosocomium bis a diro incendio fuit exustum; aliaque plura passa est. Verum fortiter omnia atque heroice sustinuit, numquam a fiducia in Deum deficiens. Qui Famulae suae fidem magnifice ac munifice rependit. Innocentiam enim eius notam fieri disposuit; annona aliquando multiplicata, Instituti inopiae subvenit aliisque donis eam est muneratus. Humilem servam omnium se existimans, una cum suis sodalibus gravibus laboribus, praeter ordinariam sollicitudinem, pro operum necessitatibus, se subiecit. Condicionem leprosorum, cancere attactorum et aliorum, qui a communi nosocomio rejiciebantur, miserata, hos in suo excipiebat. Ceterarum quoque virtutum heroica refulgent exempla.

Sacro viatico refecta, die 23 Decembris anno 1771, piissime in Domino requievit.

Sanctitatis fama post saeculum non defervente, canonicae inquisitiones auctoritate ordinaria anno 1884 factae fuere atque beatifica-

tionis causa apud Sacram hanc Congregationem anno 1890 fuit introducta. Apostolico processu, antiquo more constructa, anno 1927 habita fuit Congregatio Antepraeparatoria; Praeparatoria vero die 16 Iunii 1931. Hic causa substitit. Nec mirum, deficientibus enim testibus aptis ad plenam iuridicam probationem, ex anulata traditione ac documentis probationes adminiculares tantum erui potuissent. Verum, quoniam anno 1930, Pii Papae XI fel. rec. Motu Proprio instituta est historica Sectio, huic concredita fuit causa. Haec Sectio non solum plurima documenta collegit, cribravit, authentica esse fideque digna, sed etiam ex his tutum iudicium pro tota agnoscenda Servae Dei vita eiusque heroicis virtutibus edixit. Solido hoc fundamento posito, die 17 Martii 1953, Nova Praeparatoria Congregatio coacta est, in qua a Emis Cardinalibus difficultates iudicatae sunt remotae, causaque parata ut in Generali posset pertractari. Haec coram Ssmo D. N. Pio Papa XII hodie est discussa, dubio de virtutibus proponente Rimo Cardinali Alexandro Verde, causae Ponente. Rmi Cardinales, Officiales Praelati Patresque Consultores unanimiter heroicas esse agnoscendas Servae Dei virtutes asseverarunt. Quo suffragio perpenso, Beatissimus Pater, demissa Congregatione, sacrosancto Missae sacrificio iam celebrato, edixit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate cum in Deum tum in proximum, nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine earumque adnexis Venerabilis Servae Dei Mariae Margaritae Dufrost De Lajemmerais, viduae d'Youville, in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum rite promulgari et in acta S. Rituum Congregationis referri mandavit.

Datum Romae, die 3 Maii, in festo Inventionis sanctae Crucis D. N. Iesu Christi, anno MDCCCCLV.

C. Card. CICOGNANI, *Praefectus*

L. © S.

† A. Carinci, Archiep. Seleuc, *Secretarius*

III

TARRACONEN.

BEATIFICATIONIS SEU DECLARATIONIS MARTYRII FRANCISCI CRUSATS, SACERDOTIS PROFESSI CONGREGATIONIS MISSIONARIORUM FILIORUM IMMACULATI CORDIS B. M. V.

SUPER DUBIO

An signanda sit commissio Introductionis causae in casu et ad effectum de quo agitur.

Mirabili prudentia, sapientia et caritate Deus, quos maiori prosequitur benevolentia, eorum virtutes maiori feritate tentari disponit. Beatam Virginem, quam supra omnes, angélicas quoque, creaturas dilexerat, a cuius Immaculato corde, ardentissimis amoris iaculis vulnerabatur, atrocissimis animi doloribus supra ceteros opprimi voluit. Verum nunc in coelesti patria, in excelsissimo throno super omnes creaturas collocata, tanti amoris tantaeque patientiae aeternum praemium divina munificentia dignum ipsa est assecuta. Non alia sors est quae ecclesiam eiusque membra manet, ut historia atque hagiographia docent. Quapropter dolores, angores, insectationes, mors ipsa pro fide aut alia virtute illata, **coelestis** sunt arrha praemii permagnique -honoris cum victimae tum familiae cuius victima est membrum. Quoniam autem omnia bona a Deo per Mariam conferuntur, recte et fortitudo in patiendo et meritus in coelo triumphus eius sunt interventioni tribuendi.

Idcirco uti magnum donum ab Immaculato Corde B. M. V., religiosae familiae a S. Antonio Maria Claret sub hoc titulo institutae, collatum, habenda est gloriosa mors pro catholica religione Francisco Crusats, uni ex primis Sancti huius filiis, illata, de quo quidem in hoc decreto est sermo.

Servus Dei in oppido vulgo dicto Seva, intra Vicensis Dioecesis fines, die 5 Februarii anno 1831 ex pauperibus honestisque coniugibus Iosepho et Victoria Franc natus, sequenti die baptizatus fuit, susceptis nominibus : Francisco, Iosepho, Melchiore. Prima pietatis rudimenta a parentibus accepit, deinde, in proximo oppido, ab optimo sacerdote, qui etiam prima litterarum elementa eum docuit.

Angelorum esca primitus refectus, ad sacerdotalia munia se vocatum noscere coepit. Quod germen, sacramentorum frequentia, continuis preci-

bus, latinae linguae studio, caritate in proximos indefesse excoluit. Episcopalis Seminarii scholas cum laude celebravit atque, expleto philosophiae triennio ac theologiae sexennio, maxime favorabili Superiorum iudicio ad Sacros Ordines promotus fuit. Anno 1858, mense Septembri, sacerdotio insignitus, sacris tunc ministeriis, magno fidelium emolumento, in paroecia Prat di Mal incubuit. Animi perfectionis dilatandaeque fidei desiderio vehementer incensus, Missionariorum Filiorum Immaculati Cordis B. M. V. Congregationi, nuper a S. Antonio Maria Claret fundatae, adscribi postulavit et, voti compos factus, die 3 Novembris eiusdem anni in congregationem adscitus fuit.

Unanimis est testium sententia de sacerdotalibus religiosisque Servi Dei virtutibus eiusque zelo quo se, in sacris expeditionibus praecipue, impendit et superimpendit, uberrimos colligens fructus quos ferventibus precibus atque voluntariis quoque sui corporis afflictationibus consequebatur. Quae virtutes maximam ei conciliarunt vitae sanctitatis existimationem cum sodalium tum ipsius sancti Fundatoris, qui haud obscure eum martyrii corona redimi tum iri praedixit, uti non multo post contigit.

Anno enim 1868 gravissima in Hispanico regno perturbatio commota est, sub politica quidem specie ad regiam potestatem evertendam, sed verius ad catholicam religionem delendam. « Massonico » enim odio in clerum universum flagrante, multi ex hoc coetu, nullo servato iuris ordine, interfecti sunt, alii vero calumniis vexati gravibusque poenis aftlicti, benefica eorum opera deleta, immo insignia quoque monumenta destructa sunt.

Quum itaque haec perturbatio saltem simul fuerit in catholicam fidem persecutio, fere omnes eius victimae ut veri Christi martyres sunt habendi.

Iamvero die 30 Septembris mensis, anno 1868, religiosam domum Missionis « de la Silva » nuncupatam, intra Tarraconensis Archidioecesis fines, in qua Servus Dei Franciscus Crusats morabatur, impii ac nefarii insectatores, noctu, clamores edentes, effracta porta, invadunt. Servus Dei conci tatos eorum animos se lenire posse sperans, eis obviam occurrit. Ast incassum; hi enim eum ferociter aggrediuntur, ietibus percutiunt, cultro cervicem findunt. Franciscus corruit veniam occisoribus largiens sacrumque Beatae Virginis nomen ingeminans martyrii corona, uti communis fama refert, redimitus, animam exhalavit.

Fama haec ad nostra usque tempora minime deferbuit, quam non modo testes in processibus excussi asseverant, sed plurimae Cardinalium, Archiepiscoporum, Episcoporum aliorumque ecclesiastica civi-

Iique dignitate praestantium postulatoriae litterae Summo Pontifici oblatae comprobant.

Quapropter in Archiepiscopali Tarraconensi Curia et per Rogatoriales Litteris in Curiis Segobiensi ac S. Iacobi in Chile canonicae"Inquisitiones super martyrii fama, scriptis, liturgico cultu non delato peractae sunt Urbemque delatae. Scriptis perpensis, nihil obstare quominus ad ulteriora procedi possit a Sacra hac Congregatione die 22 Maii a. 1953 decretum est.

Instante itaque Revmo D. Nicolao Gil, Congregationis Missionariorum Filiorum Immaculati Cordis B. M. V. Generali Postulatore, die 26 mensis Aprilis huius anni, Emus ac Revmus Cardinalis Fridericus Tedeschini, causae Ponens seu Relator, in Ordinaria Congregatione dubium posuit disceptandum : « *An signanda sit commissio Introductionis causae in casu et ad effectum de quo agitur,* de eaque retulit. Emi Cardinales, relatione hac auscultata, auditis quoque Officialium Praelatorum suffragiis, praecipue vero R. P. D. Salvatore Natucci, Fidei Generali Promotore, rescribere censuerunt : *Signandam esse commissionem, si Sanctissimo placuerit.*

Facta autem, subscripto die, Summo Pontifici fideli relatione, Sanctitas Sua, Emorum Patrum rescriptum ratum habens, *Commissionem Introductionis causae Servi Dei Francisci Crusats* Sua manu dignata est subsignare.

Datum Romae, die 12 Maii, A. D. 1955.

C. Card. Cicognani, *Praefectus*

L. *m* S.

f A. Carinci, Archiep. Seleuc, *Secretarius*

r v

TAURINEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVI DEI FRANCISCI FA À DI BRUNO SACERDOTIS SAECULARIS, FUNDATORIS CONSERVATORII B. M. V. DE SUFFRAGIO BT •S. ZITAE.

SUPER DUBIO

An signanda sit commissio Introductionis causae in casu et ad effectum de quo agitur.

Sanctorum altrix Pedemontana regio plurimos Dei Servos, praesertim decimo nono saeculo, genuit, qui virtutibus, Institutis conditis insignibusque operibus in proximorum bonum Ecclesiam illustrarunt, e quibus Iosephus Benedictus Oottolengo, Iosephus Galasso, Ioannes Bosco, Maria Dominica Mazzarello et Dominicus Savio sollemni canonizatione fuerunt honestati. Horum virtutum aemilius Franciscus De Paula Faà di Bruno merito est existimandus, qui pluriformi scientia apprime eruditus, qua miles, sacerdos, et Institutorum fundator omne tulit punctum in exemplum christiano populo ostendendus ; quod ut pateat eius vitam paucis attingamus.

Servus Dei Alexandriae Statiellorum e Marchione Ludovico Faà di Bruno et Carolina Sappa, ,e duodecim filiis novissimus, die 29 Martii anni 1825 natus est eodemque die in domestico sacello baptizatus fuit, ibidemque octo post annos ab avúnculo Carolo Iosepho Sappa, Aquensi Episcopo, fuit confirmatus. Ex nobili hac christianisque virtutibus praestante familia alii quatuor filii religiosam vitam sunt amplexati : Carolus Maria Ordini Clericorum Regularium Pauperum Matris Dei Scholarum piarum nomen dedit, Iosephus Maria Societati Apostolatus Catholici, cuius supremo regimini fuit praepositus, Camilla Societati a S. Corde, Henrica demum Ordini Visitationis.

Dei Servus litterarum studiis in S. Georgii Collegio, sub Clericorum Regularium a Somascha, disciplina sedulo incubuit. Militari Academiae alumnus pari diligentia ac maximo profectu per sexennium scientifica studia, matheseos praesertim attigit. Sub Caroli Alberti regis ac postea eius filii, Victorii Emmanuelis II signis militavit militumque magister factus est. Anno 1853, militia relicta, Lutetiae Parisiorum apud Sorbonam in mathematica disciplina doctoralem lauream est assecutus. Augustam Taurinorum reversus in Studiorum Universitate superiorem

analysim, popularem astronomiam, trigonometriam continentesque scientias ad mortem usque docuit, novorumque scientificorum instrumentorum fuit inventor ; quare eius doctrinae fama apud exteras quoque nationes diffusa est. Laicus adhuc, in ipso ludo, nullo ad humana iudicia respectu habito, catholicam fidem verbo et exemplo aperte profitebatur. Plurimorum miseram condicionem perpendens iuxta illud Pauli : c< *Quis infirmatur et ego non infirmor? Quis scandalizatur et ego non uror?* » (2 Cor. 11, 29), horum dolores, angores, egestatem, pericula quasi sua essent, existimans, nulli pepercit incommodo, nulli industriae, ut proximis afferret levamen, a malis arceret atque ad pietatem christianamque vitam alliceret. Quapropter disputationibus, familiaribus congressionibus, S. Zitae Instituto a se fundato pro puellis seu familiari servitio addictis, seu ad urbem diplomata assequendi causa convenientibus, adulescentibus in studia incumbentibus media provide subministrando, cui Instituto postea nomen « Conservatorio » imposuit ; senescentibus mulieribus asylum praebendo, his aliisque mediis omne genus necessitatibus succurrere numquam destitit. Novam quoque Ecclesiam exstruxit Dominae Nostrae de Suffragio. Quae omnia magna ex parte, antequam sacerdos fieret, in actum deduxerat.

Quinquagesimum aetatis annum superaverat quum, ipso S. Ioanne Bosco suadente, sacros ordines recipere opportunum esse duxit, ut efficacius pro suis Institutis ministerium impenderet. Die 7 Augusti anni 1876 clericales vestes Romae induit Minoresque Ordines Septembri mense recepit. Pius IX sa. me. eius virtutes, magnifica opera eiusque scientiam probe noscens, eum diebus 8, 15 et 22 mensis Octobris anni eiusdem ad Maiores Ordines promoveri voluit. Augustam Taurinorum reversus est die consecrationis ecclesiae Dominae Nostrae de Suffragio, in qua sequenti die 1 Novembris, sollemniter Missam cantavit.

Sacerdotalia munia commendabili zelo exercuit atque insimul, nullimode multiplicia sane, quibus manus apposuerat, opera neglegens, alia quoque pro re nata instituit in bonum animorum, qualia Ssmi Sacramenti adoratio, et domus praeservationis pro lapsis puellis.

Ut autem maiorum saltem operum perpetuitati consuleret, religiosum institutum condere animo iamdiu volverat, cui denique die 16 Iulii anno 1881 initium dedit, nomenque *Minimarum Sororum Nostrae Dominae a Suffragio* indidit.

Indefessis laboribus potius quam annis fractus, in gravem morbum incidit, quo magis magisque ingravescente, atroces perpessus est cruciatus, ast divinae voluntati plane obsequens, Ecclesiae sacramentis

pientissime susceptis Taurinorum Augustae, die 27 Martii anno 1888, feria tertia Maioris Hebdomadae, lectissimam animam exhalavit. Iusta funebria in Ecclesia ab ipso constructa celebrata fuere, confertissimo populo conveniente una cum ecclesiasticis civilibusque honestatibus. Nec mirum: Servus enim Dei apud doctos magna fruebatur aestimatione, apud fideles vero uti sanctus habebatur. Eum S. Ioannes Bosco dixit unum ex praestantioribus catholicis Taurinensibus.

Sanctitatis fama non defervente ut primum licuit, canonicae inquisitiones in Taurinensi Curia annis 1928-1932 peractae sunt, pluraque documenta in processu compulsata. Plures interim Summo Pontifici ferventes litterae oblatae sunt a duobus Cardinalibus, ab Episcopis Pedemontanis aliisque multis Episcopis nec non a nunnullis Generalibus Moderatoribus Ordinum ac Congregationum, a magnifico Catholicae Universitatis Rectore aliisque Servi Dei Beatificationem postulantes.

Scriptis perpensis, nihil obstare die 22 Maii anni 1936 ab hac S. Congregatione est decretum. Servatis itaque de iure servandis, R. P. D. Petro Palazzini, Supremi Apostolicae Signaturae Tribunalis Referendario, causae Postulatore instante, die 15 Martii anni huius, Emus ac Revmus Cardinalis Celsus Costantini, causae Ponens, in Ordinario Sacrae huius Congregationis Coetu dubium proposuit disceptandum : *An signanda sit commissio Introductionis causae in casu et ad effectum de quo agitur* deque ea retulit.

Emi ac Revmi Cardinales relatione hac audita, auditis quoque Officialium Praelatorum votis nec non R. P. D. Salvatore Natucci, Fidei Promotore Generali, omnibus mature perpensis, rescribere censuere : *Signandam esse commissionem, si Sanctissimo placuerit.*

Die autem subscripto facta Beatissimo Patri fideli relatione, Sanctitas Sua, rescriptum Emorum Cardinalium ratum habens, Sua manu *commissionem Introductionis causae Servi Dei Francisci Faà di Bruno* signare dignata est.

Datum Romae, die 12 Maii anno 1955.

C. Card. Cicognani, *Praefectus*

L. © S.

f A. Carinci, Archiep. Selene, *Secretarius*

An. et vol. **XXXXVIl** 24 Novembris 1955 (Ser. **II,** v. **XXII) - N.** 16

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PIT PP. XII

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

DE BAHR EL-GHAZAL ET ALIARUM (RUMBEKENSIS)

SS VICARIATU APOSTOLICO DE BAHR EL-GH AZ AL ET AB ALIIS QUIBUSDAM CIRCUMSCRIPTIONIBUS ECCLESIASTICIS QUAEDAM TERRITORIA DISTRAHUNTUR E QUIBUS NOVUS VICARIATUS APOSTOLICUS CONSTITUITUR, ((RUMBEKENSIS)) APPELLANDUS.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quandoquidem arcano Dei consilio ad supremum sacerdotalis principatus fastigium elati sumus, non modo Nos urget diffundendae veritatis christianae perenne studium, sed etiam cura singularum Ecclesiarum territoria tam apte disponendi, ut fideles Christi, ad eius praecepta ambulantes, facilius assequantur aeterna. Cum igitur venerabilis Frater Iacobus Robertus Knox, Archiepiscopus titulo Melitenaeus et in Africa Orientali et Occidentali Britannica Apostolicus Delegatus, hoc petierit ut in regione Sudanensi novus Vicariatus Apostolicus erigeretur ; cumque venerabiles Fratres Nostri S. R. E. Cardinales S. Congregationi Fidei Propagandae praepositi censuerint id esse valde catholicae rei profuturum, Nos haec consilia omnino probantes, post rem magna animi consideratione reputatam, eorum consensum supplentes qui in hoc negotio

aliquid iuris vel habeant vel se putent habere, de Nostra summa et apostolica potestate haec quae sequuntur statuimus et decernimus. A Vicariatu Apostolico vulgo Bahr el-Ghazal eam partem separamus quae Lakes cognominatur; item a Vicariatu Apostolico de Bahr el-Gebel eam regionem quam Yei appellant; ab Apostolica vero Praefectura de Mopoi id territorii cui nomen est apud populum Moru ; quibus terris novum Vicariatum Apostolicum condimus, quem ab urbe principe eius regionis *Rumbekensem* appellari volumus quemque clero indigenae committimus regendum atque colendum, optime de Ecclesia et de religione merito, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis nutum. Hic Vicariatus igitur iisdem finibus continebitur atque eaedem regiones quibus coalescit; atque ideo hos terminos habebit : ad septentrionem Vicariatum **de** Bahr **el**-Ghazal, et Prefecturam Apostolicam **de** Malakal confines habebit ; ad orientem solem eandem Praefecturam et Vicariatum de Bahr el-Gebel; ad meridiem Ugandam regionem et Congum Belgicum, qui dicuntur ; ad occidentalem tandem plagam Praefecturam Apostolicam de Mopoi et Vicariatum de Bahr el-Ghazal. Tum Apostolicum Vicariatum quem ereximus, tum eius sacrorum Antistitem iis omnibus iuribus et honoribus cumulamus quos Codex Iuris Canonici iisdem tribuit ; Vicarium autem Ordinarium, qui in urbe vulgo Rumbek sedem habebit, iisdem obligationibus quoque teneri volumus, quae ad omnes huius dignitatis viros spectare solent. Quae vero his Litteris Nostris praescripsimus, venerabilis Prater Iacobus Robertus Knox, quem memoravimus, exsequenda curabit, vel ille qui eo tempore quo ad exitum deducentur eidem Delegationi Apostolicae praeerit, f actis scilicet ad id necessariis potestatibus, quae poterunt etiam, si visum fuerit, cuivis viro subdelegari, dummodo in ecclesiastica dignitate constituto. Qui vero negotium perfecerit, idem onus habebit documenta exarandi, eademque sinceris exemplis ad S. Congregationem Fidei Propagandae quam cito mittendi. Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabel-

lione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderetur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die tertia mensis Iulii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo quinto, Pontificatus Nostri septimo decimo.

CELSUS Card. COSTANTINI
8. B. E. Cancellarius

PETRUS Card. FUMASONI BIONDI
8. Congr. de Propaganda Fide Praefectus

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Begens

Silvius Sericano, *Proton. Apost.*
Caesar Federici, *Proton. Apost.*

Loco £ß Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. LXXXXI, n. 17.

II

S. IOSEPHI DE AMAZONES

APOSTOLICA PRAEFECTURA S. IOSEPHI DE AMAZONES AD GRADUM PERDUCITUR APOSTOLICI VICARIATUS, IISDEM SERVATIS FINIBUS ATQUE APPELLATIONE.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Etsi paterna sollicitudine cunctas complectimur Ecclesias, per terrarum orbem sanctitatis decore ceu fragrantia viridiaria florentes, amantiore tamen studio ad eas intendimus, quae in longinquis oris sunt Evangelii Iesu Christi nuntiae. Quam ob rem, cum Apostolica Praefectura S. Iosephi de Amazones, in Peruviana Republica, ob egregiam navitatem Sodalium Ordinis Fratrum Minorum, quibus a suo ortu, scilicet decem abhinc annos, a Nobis fuit concredita, laetos habuerit in

christiana religione atque in fidei caritatisque operibus progressus, eandem volumus ad Apostolici Vicariatus perducere gradum. Confirmantes ideo quae S. Consilium Christiano Nomini Propagando esse facienda censuerit; post auditam sententiam venerabilis Fratris Francisci Lardone, Archiepiscopi titulo Rhizaeani atque Apostolici in Peruvia Nuntii, et consensum eorum suppletum, qui in hac re aliquid habeant iuris vel se existiment habere ; omnibus attente consideratis, de summa Nostra potestate sequentia decernimus. Apostolicam Praefecturam *Iosephi de Amazones* ad Apostolici Vicariatus gradum evehimus ac dignitatem, eodem nomine iisdemque finibus servatis; cui, eiusmodi honore donatae, eiusque pro tempore Apostolico Vicario, ea concedimus iura et privilegia, quae omnibus Apostolicis Vicariatibus eorumque Ordinariis, ad sacrorum canonum normam, competunt ; Vicario autem officia oneraque etiam iniungimus, que ceteros eiusdem dignitatis viros astringunt. Quem modo condidimus Vicariatum S. Iosephi de Amazones curis committimus ipsorum Sodalium Ordinis Fratrum Minorum, ad Nostrum tamen et huius Romanae Sedis nutum, ea spe ducti ut qui ad hunc diem in hac regione multum in Evangelio disseminando desudaverunt, multiplicatis laboribus promptiores alacrioresque in dies animos quaerant ac servent. Volumus denique ut haec iussa exsequenda curet venerabilis Frater Franciscus Lardone, quem diximus, vel is, qui eo tempore quo res fiat, Apostolicae in Peruviana Republica Nuntiaturae praesit; qui vero negotium perfecerit, ei simul omnes facimus ad id necessarias potestates, etiam cuilibet subdelegandas, si opus fuerit, viro ecclesiastica dignitate pollenti, simul praecipimus ut effectum opus in acta referat eorumque fide digna exempla ad S. Congregationem Fidei Propagandae cito mittat. Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit,

sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die tertio mensis Iulii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo quinto, Pontificatus Nostri septimo decimo.

CELSUS Card. COSTANTINI
8. E. E. Cancellarius

PETRUS Card. FUMASONI BIONDI
S. Congr. de Propaganda Fide Praefectus

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

Silvius Sericano, *Proton. Apost.*
Caesar Federici, *Proton. Apost.*

Loco £8 **Plumbi**

In Ap. Cane, tab., vol. LXXXXI, n. SJ.

III

DE PALAWAN
(PALAVANENSIS)

APOSTOLICA PRAEFECTURA DE PALAWAN, IN PHILIPPINIS INSULIS, AD GRADUM APOSTOLICI VICARIATUS EVEHITUR, ((PALAVANENSIS)) NUNCUPANDA

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ad Christi regnum hic in terris regendum divina voluntate vocati, valde animo laetamur cum catholicum nomen in peramplis quoque missionum terris optatum suscipit incrementum et evangelicae lucis splendor magis magisque obtinet. Quod cum factum fuerit etiam in Apostolica Praefectura de Palawan, in Philippinis Insulis, ob sedulas curas ac sollertem industriam Sodalium Ordinis Recollectorum Sancti Augu-

stini, quibus ipsa commissa est, cumque ea Christi Ecclesiae multos pepererit virtutis ac religiosorum operum fructus, Sacrae Congregationi Eidei Propagandae visum est ad gradum eam perducere Apostolici Vicariatus. Quapropter iudicium ratum habentes venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Consilio Fidei Propagandae prae^ positorum, auditoque venerabili Fratre Aegidio Vagnozzi, Archiepiscopo titulo Myrensi et in Insulis Philippinis Apostolico Nuntio, re attento animo considerata ac consensu eorum suppleto, quorum hoc negotium quavis intersit ratione, de suprema Nostra potestate haec quae sequuntur decernimus et statuimus. Apostolicam Praefecturam de Palawan, iisdem servatis finibus, in Apostolici Vicariatus dignitatem perducimus, quem *Palavanensem* in posterum appellari volumus atque iisdem Sodalibus Ordinis Recollectorum Sancti Augustini gubernandam concredimus, ad Nostrum tamen et Sanctae Sedis nutum. Palavanensem igitur Apostolicum Vicariatum eiusque pro tempore Praesules iis iuribus honoribusque decoramus atque oneribus officiisque astringimus, quibus ceteri Vicariatus eorumque sacrorum Antistites honestari et teneri solent. Quae autem his Litteris decrevimus venerabilis Frater Aegidius Vagnozzi, quem supra memoravimus, exsequenda curabit; vel ille qui eo tempore quo exsecutioni mandabuntur Apostolicae Nuntiaturae in Insulis Philippinis praeerit. Cui autem contigerit haec omnia peragere omnes potestates rei efficiendae necessarias tribuimus, quae poterunt cuivis viro subdelegari dummodo in ecclesiastica constituto dignitate. Praecipimus insuper ut confectum negotium in acta referatur, quorum fide digna exempla ad S. Congregationem Fidei Propagandae quam primum mittantur. Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderetur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit

vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die tertio mensis Iulii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo quinto, Pontificatus Nostri septimo decimo.

CELSUS Card. COSTANTINI
S. *R. B. Cancellarius*

PETRUS Card. PUMASONI BIONDI
¡S. Congr. de Propaganda Fide Praefectus

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

Silvius Sericano, *Proton. Apost.*
Caesar Federici, *Proton. Apost.*

Loco S Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. LXXXXI, n. 28.

IV

MANAENSIS
(PARINTINENSIS)

IB ARCHIDIOECESI MANAËNSI QUAEDAM TERRITORIA. SEPARANTUR QUAE IN NOVAE PRAELATURAE ((NULLIUS)) FORMAM REDIGUNTUR, ((PARINTINENSIS)) APPELLANDAE-

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ceu boni patrisfamilias est ea omnia ad domus administrationem respiciant ita curare et disponere ut filiorum prosperitas et felicitas firmetur inque dies augeatur, ita sanctum est Nobis, supremum locum in Ecclesia obtinentibus, nihil omittere quod possit sacrum gregem, cui praesumus, in cotidiano huius vitae certamine iuvare. Quae cum ita sint, cum venerabilis Frater Albertus Gaudentius Ramos, Archiepiscopus Manaënsis, ab hac Apostolica Sede petierit ut diviso suae archidioecesis territorio, latissime patentis, nova Praelatura « nullius » conderetur ; cumque venerabiles Fratres Nostri S. R. E. Cardinales S. Congregationi Consistoriali praepositi id censuerint bene fieri; Nos, re magna consideratione reputata, consilioque audito venerabilis Fratris Armandi Lom-

bardi, Archiepiscopi titulo Caesareae Philippi et in Brasilia Apostolici Nuntii, eorum consensum supplentes qui in hoc negotio aliquid iuris vel habeant vel se putent habere, de apostolica Nostra potestate haec quae sequuntur decernimus et iubemus. A Manaënsi archidioecesi eam partem separamus quae territorio curiarum continetur vulgo Parintins, Maués et Barreirinha appellatarum ; ex quibus novam Praelaturam « nullius x> constituimus, eosdem fines habentem atque curiae quibus coalescit, *Parintinensem* cognominandam. Cuius Praelaturae urbs caput ac Praelati Ordinarii sedes ea erit quae populi vocabulo Parintins dicitur ; templum vero B. M. V. a Monte Carmelo e curiali ad gradum praelaticiae aedis evehimus. Sive ergo templo, sive Praelato ea omnia iura et honores concedimus quae ceteris per orbem eiusdem dignitatis aedibus et viris tribui solent; hunc vero iisdem quoque oneribus volumus contineri ac reliqui omnes huiusmodi Praelati. Censemus praeterea ut modo erecta Praelatura metropolitanae Ecclesiae Manaënsi, a qua ortum habuit, tamquam suffraganea subdatur ; item ut eius Praelatus Ordinarius Manaënsi Archiepiscopo sit obnoxius et oboediens. Iubemus insuper ut in hac Praelatura seminarium saltem elementarium construatur recipiendis pueris qui divino instinctu ad capienda sacerdotalia munera moveantur. E quorum numero, suo tempore, Praelatus lectissimos quosque iuvenes Romam mittet ut in Collegio Piano Latino Brasiliano recte philosophia ac theologia imbuantur. Mensam praelaticiam ea bona constituent quae sive e divisione bonorum provenient secundum canonem 1500 Iuris Canonici ; sive e Curiae fructibus ; sive denique ex oblationibus christianorum, sponte datis, Ecclesiae necessitatibus subveniendi causa. Quod autem ad cleri dispositionem attinet, praecipimus uj; ii clerici, qui in territorio novae Praelaturae legitime degant, iidem, peracta divisione et erecta Praelatura, huic censeantur ascripti. Regimen, administratio novae circumscriptionis ; item cetera quae fieri debent Sede vacante ; iura et officia cleri et populi, aliaque huiusmodi Codice Iuris Canonici omnino regantur. Acta tandem et documenta quae ad hanc Praelaturam, quam ereximus, respiciant, quam primum a Curia Manaënsi ad Curiam Parintinensem mittantur. Quae postremo his Litteris Nostris iussimus efficienda curabit venerabilis Prater Armandus Lombardi, Archiepiscopus titulo Caesareae Philippi et in Brasilia Apostolicus Nuntius, vel ille qui eo tempore quo res ad effectum deducetur eidem Nuntiaturae praeerit. Cui omnes potestates perficiendae rei concedimus, quas poterit cuivis viro subdelegare, si visum fuerit, dummodo ecclesiastica dignitate insigni. Cum vero negotium exsecutus fuerit, idem venerabis Frater documenta exarari

faciet, eademque sinceris exemplis ad S. Congregationem Consistorialem cito mitti. Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die duodecimo mensis Iulii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo quinto, Pontificatus Nostri septimo decimo.

CELSUS Card. COSTANTINI
S. R. E. Cancellarius

Fr. ADEODATUS I. Card. PIAZZA
S. Congr. Consistorialis a Secretis

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

Silvius Sericano, *Proton, Apost.*
Albertus Serafini, *Proton. Apost.*

Loco £8 Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. LXXXXI, n. Í8.

LITTERAE APOSTOLICAE

BASILICAE MINORIS TITULO AC DIGNITATE AFFICITUR TEMPLUM DEO IN HONOREM B. MARIAE V. A MONTE CARMELO FLORENTIAE DICATUM.

PIUS PP. XII

3. Chiunque, per vocazione religiosa o per libera scelta professionale, aspira a divenire educatore, occorre si persuada che non può improvvisarsi tale; deve invece prepararsi all'arduo officio con adeguato tirocinio. Trattandosi della prima infanzia, è conveniente che l'educazione sia confidata principalmente alla donna, la quale, pertanto, deve darsi premura di arricchire le proprie innate doti d'intuito e di sentimento con un opportuno corredo di cognizioni e di esperienze attinte dalle scienze pedagogiche. Ecco, dunque, la ragion d'essere delle vostre scuole

di magistero. Formare un'insegnante dell'infanzia è come formare spiritualmente una madre, con la differenza che questa diviene educatrice in virtù della provvida natura — la quale tuttavia non esenta, ove si può, da una preparazione anche metodica —, mentre l'educatore di professione deve sviluppare in sè col proprio sforzo e buon volere l'anima materna. Formare in sè un'anima materna : quale mira più alta e benefica per una donna ! Forse mai tanto o come al presente, il mondo ha avuto bisogno di madri e di anime materne, che distolgano gli uomini dalla torbida corrente delle violenze, delle sopraffazioni, delle grossolanità, in cui si dibattono. La legge provvidenziale della natura ha stabilito bensì che ogni generazione passi per la scuola gentile della madre con l'intento di ricondurre il sereno e la bontà sopra ogni vita che sboccia, e d'infrangere in tal modo il prevalere del male ; di fatto, però, non sempre nè tutte le madri sono in grado di compiere adeguatamente la loro missione restauratrice. Ora la vostra Associazione mira alla formazione, possibilmente perfetta ed aggiornata, delle educatrici, alle quali pertanto non lascia mancare le ampie visioni della vita e delle scienze. Con soddisfazione abbiamo notato gli argomenti stabiliti questo anno nel vostro convegno di studi, quali la storia antica, l'archeologia, l'arte ed il disegno, la cui trattazione è stata affidata ad illustri studiosi. Molto opportuna Ci sembra la conoscenza storica delle civiltà classica e cristiana, le cui eloquenti vestigia avete modo di cercare ed ammirare nella Eterna Città. Dalla loro contemplazione lo spirito di un educatore è portato a stimare sempre più la propria opera e ad indirizzarla secondo una continuità di perfezione ideale, i cui modelli, disseminati lungo i secoli negli uomini e nelle opere e degni d'imperitura gloria, urgeranno da sè stessi di essere ricopiati dalle future generazioni. Ma se non è concesso ad ogni popolo di ritrovare nei propri annali modelli di così alta dignità, gli è però sempre dato di valersi del patrimonio comune di tutti i popoli, vale a dire, della storia e della gloria della Chiesa universale, nel cui lungo cammino l'educatore cristiano troverà, ad ogni svolta, la luce e la forza per eguagliare o, se mai anche, superare il passato.

Mentre nutriamo fiducia che la vostra Associazione, esperta nell'arte di educare l'infanzia, moltiplicherà i suoi sforzi per estenderne i frutti a tutti i ceti sociali, particolarmente a quelli più provati dalle miserie o comunque impediti di attendere, come si deve, alla educazione della prima infanzia, Noi invochiamo su tutti voi, a conforto ed aiuto, l'abbondanza dei celesti favori, in auspicio dei quali v'impartiamo di cuore la Nostra Apostolica Benedizione.

ACTA 88. CONGREGATIONUM

SACRA. CONGREGATIO CONSISTORIALIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Pius Divina Providentia Papa XII, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

die *22 Maii 1955* — Titulari episcopali Ecclesiae Celenderitanae praefecit R. D. Petrum Mazelis, Vicarium Capitularem dioecesis Telsensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Antaradiensi R. D. Iulianum Steponavicius, ex archidioecesi Vilnensi, quem deputavit Auxiliarem Exc- P. D. Casimiri Paitarokas, Episcopi Panevezensis.

die 6 Septembris — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Rhoinensi Exc. P. D. Iosephum De Mcola, hactenus Episcopum titularem Pergamenum, quem deputavit Auxiliarem E'mi P. D. Marcelli S. R. E. Cardinalis Mimmi, Archiepiscopi Neapolitani.

die 8 Septembris — Titulari episcopali Ecclesiae Arsamosatenae R. P. D. Laurentium Morin, Protonotarium Apostolicum ad instar participantium et Vicarium Generalem archidioecesis Marianopolitanae, quem deputavit Auxiliarem Emi P. D. Pauli Aemilii S. R. E. Card. Léger, Archiepiscopi Marianopolitani.

die Ï5 Septembris — Archiepiscopali Ecclesiae Perusinae R. P. D. Petrum Parente, ex archidioecesi Beneventana, Protonotarium Apostolicum supra numerum et canonicum Patriarchalis Basilicae Principis Apostolorum de Urbe, Consultorem Supremae Sacrae Congregationis S. Officii.

die 17 Septembris —• Titulari archiepiscopali Ecclesiae Preslavensi Exc. P. D. Iosephum Urtasun, hactenus Episcopum Valentinensem, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Exc. P. D. Gabrielis Llobet, Archiepiscopi Avenionensis.

die 21 Septembris — Metropolitanae Ecclesiae Caesaraugustanae Exc. P. D. Casimirum Morcillo González, hactenus Episcopum Flaviobrigensem.

die 26 Octobris — Coadiutorem cum iure successionis Exc. P. D. Roberti Ioannis Armstrong, Episcopi Sacramentensis, Exc. P. D. Iosephum Thomam McGucken, Episcopum titularem Sanavensem.

die 31 Octobris — Metropolitanae Ecclesiae Ultraiectensi Exc. P. D. Bernardum Ioannem Alfrink, hactenus Archiepiscopum titularem Tyanensem.

SACRA CONGREGATIO PRO ECCLESIA ORIENTALI

i

CHANGANACHEREN.

DECRETUM

IURISDICTIO EPISCOPI CHANGANACHERENSIS EXTENDITUR

Multorum fidelium ritus chaldaici Malabarensium in latini ritus dioecesibus Quilonensi, Trivandrensi et de Kottar degentium necessarium omnino visum est huic Sacrae Congregationi bono spirituali aptius atque efficacius consulere.

De eorumdem autem fidelium praesenti statu Ssmus Dominus Noster Pius Divina Providentia Pp. XII per infrascriptum Cardinalem a secretis Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali in Audientia diei 28 mensis Aprilis vertentis anni certior factus et habito voto Excmi Internuntii Apostolici in India, benigne indulsit fideles orientalis ritus in illis tribus dioecesibus commorantes iurisdictioni et vigilanti curae pastorali Excmi Episcopi dioeceseos Changanacherensis submittere, huius dioeceseos finibus mutatis.

Qua de re, vi huius Decreti iussu Ssmi Domini Nostri Papae editi, fines dioeceseos Changanacherensis chaldaici Malabarensium ritus ita extenduntur ut complectantur districtus civiles Quilon (nonnullis exceptis pagis in subdivisione « taluk » Shenkotta, Pathanamthitta, Tiruvalla, Ampalapuzha), Chirayinkit, Nedumangad, Trivandrum, Neyyatinkara, Thovala, Agasteeswaram, Kalkulam, Vilavankode.

Ad haec autem exsecutioni mandanda Sanctitas Sua deputare dignata est Excmum P. D. Augustinum Kandathil, Archiepiscopum Ernakulamensem et Metropolitam, eidem tribuens facultates necessarias et op-

portunas — haud excepta facultate subdelegandi ad effectum de quo agitur virum in ecclesiastica dignitate constitutum — cum onere certiorem faciendi hanc Sacram Congregationem de peracta exsecutione.

Contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali, die 29 m. Aprilis a. 1955.

£8 E. Card. Tisserant, Ep. Ostien., Portuen. et S. Rufinae, *a Secretis*

I, % S.

A. Coussa, *Adsessor*

II

KOTTAYAMENSIS

DECRETUM

IURISDICTIO EPISCOPI KOTTAYAMENSIS EXTENDITUR

« Suddistica Gens » quam vocant, cuius gratia a. 1911 Apostolica Sedes erexit Vicariatum Apostolicum Kottayamensem, anno deinde 1923 ad gradum dioeceseos evectum, partim magisque in annos extra fines provinciae ecclesiasticae ritus chaldaici Malabarensium transmigravit.

Novissime autem Ssmus Dominus Noster Pius Divina Providentia Pp. XII, habito voto Excnii Internuntii Apostolici in India, audita relatione ab infrascripto Cardinali a secretis Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali in Audientia diei 28 mensis Aprilis h. a. peracta, fines provinciae ecclesiasticae ritus chaldaici Malabarensium in commodum huius ritus fidelium benigne indulsit immutare.

Agendum porro supererai negotium iurisdictionis extendendae Episcopi Kottayamensis, cuius curae « Suddistica Gens » commissa est. Cui quidem negotio ut apte consuleretur, Idem Summus Pontifex in Audientia ipsa, de qua supra mentio facta est, dignatus est Kottaymensis Episcopi — cuius residentiae sedes est in urbe Kottayam — iurisdictionem ad novos fines universae provinciae ecclesiasticae chaldaici Malabarensium ritus extendere, edito de re speciali decreto.

Quapropter, vi praesentis decreti, iussu Ssmi dato, personalis iurisdictio Episcopi Kottayamensis pro « Suddistica Gente » extenditur ad totam provinciam ecclesiasticam ritus chaldaici Malabarensium, auctam videlicet novis limitibus descriptis in decretis nuper editis pro dioecesibus Tellicherriensi, Trichuriensi, Changanacherensi.

Ad haec autem exsecutioni mandanda Sanctitas Sua deputare dignata est Exdmum P. D. Augustinum Kandathil, Archiepiscopum Ernakulamensem et Metropolitam, eidem tribuens facultates necessarias, haud excepta facultate subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in dignitate ecclesiastica constitutum, facto eidem Metropolitae onere remittendi ad hanc Sacram Congregationem authenticum exemplar actorum peractae exsecutionis.

Contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali, die 29 mensis Aprilis a. 1955.

꠸ E. Card. Tissbrant, Ep. Ostien., Portuen. et S. Rufinae, *a Secretis*

L. *m* S.

A. Coussa, *Adsessor*

III

TELLICHEÏRRIBNSIS

DECRETUM

IURISDICTIO EPISCOPI TELLICHERRIENSIS AMPLIATUR

Pro fidelibus qui e dioecesibus chaldaici Malabarensium ritus postremis hisce annis in septentrionalem partem Malabariae turmatim emigraverant, erecta est anno 1953 dioecesis Tellicherriensis. At mox compertum est migratorium fluxum, laboris et panis quotidiani quaerendi causa, haud cessasse nec paucos ex iisdem emigratis fidelibus rursus extra fines praedictae dioeceseos versari. Necessarium ideo visum est Tellicherriensis dioeceseos fines ita ampliare ut omnes eiusmodi emigratos fideles chaldaici Malabarensium ritus, Episcopus Tellicherriensis pastorali vigilantia et iurisdictione amplecti posset.

His omnibus Ssmo Domino Nostro Pio Divina Providentia Pp. XII a me infrascripto Cardinali a Secretis huius Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali in Audientia diei 28 mensis Aprilis h. a. expositis, et audito voto Excimi Internuntii Apostolici in India, Idem Summus Pontifex iurisdictioni Episcopi Tellicherriensis submittere dignatus est fideles omnes ritus chaldaici Malabarensium qui in vicinis dioecesibus Mysuriensi et Mangalorensi degunt vel degent, finibus idcirco dioeceseos Tellicherriensis ita immutatis, ut iidem totum civilem districtum South Kanara, Mysore Mandya, Hassan, Chikmagalur, Shimoga, una cum

provincia Coorg, Nilgiris et partem districtus civilis Coimbaturensis comprehendant.

Idcirco, vi huius Decreti auctoritate Ssmi Domini Nostri Papae lati, fines dioeceseos Tellicherriensis ita immutantur, ut omnes regiones quarum mentio nuper facta est, complectantur.

Ad haec autem exsecutioni mandanda Sanctitas Sua deputare dignata est Excmum P. D. Augustinum Kandathil, Archiepiscopum Ernakulamensem et Metropolitam, eidem tribuens facultates necessarias et opportunas — haud excepta facultate subdelegandi ad effectum de quo agitur virum in dignitate ecclesiastica constitutum — imposito eidem Metropolitae onere remittendi ad hanc Sacram Congregationem authenticum exemplar peractae exsecutionis.

Contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali, die 29 mensis Aprilis a. 1955.

£9 E. Card. Tisserant, Ep. Ostien., Portuen. et S. Rufinae, *a Secretis*

L. © S.

A. Coussa, *Adsessor*

IV

TRICHURIENSIS

DECRETUM

IURISDICTIO EPISCOPI TRICHURIENSIS EXTENDITUR

Saepe fideles ritus chaldaici Malabarensium, qui degunt in territorio dioeceseos Coimbaturensis, hanc Sacram Congregationem pro Ecclesia Orientali adprecati sunt ut spiritualem adsistentiam haberent quae — ritu orientali peracta — eorum pietati et animarum bono plenius satis faceret.

Quin imo, rerum adiunctis perspectis, Ordinarius ipse Coimbaturensis latini ritus, iurisdictionem proposuerat extendendam vicini Episcopi Trichuriensis Malabarici ritus quo aptius provideretur ruricolis orientalis ritus in territorio suae dioeceseos commorantibus, qui magnum efficiunt numerum.

Quae cum ita essent Ssmus Dominus Noster Pius Divina Providentia Pp. XII, in Audientia infrascripto Cardinali a Secretis huius Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali concessa die 28 mensis Aprilis

h. a., habito voto Excimi Internuntii Apostolici in India, statuit ac decrevit Episcopum Trichuriensem ritus chaldaici Malabarensium iurisdictionem ordinariam et plenam habere et exercere, nunc et futuro tempore, super fideles huius ritus in districtu quod « Ooimbatore » appellatur (excepta regione « taluk » Kollegal et parte regionis « taluk » Gobichettypalaam quae ad septentrionem est fluminum Bhavani et Moyar) et in regionibus « taluk » quibus nomen est Palghat, Malluvanad, Chittur, Nelliampathy, ac Karur : quibus omnibus locis hodierna Coimbaturensis latini ritus dioecesis constat.

Quapropter, vi praesentis Decreti, auctoritate Ssmi Domini Nostri Papae lati, fines dioeceseos Trichuriensis ita immutati decernuntur, ut territoria quorum mentio supra facta est, complectantur.

Ad haec autem exsecutioni mandanda Sanctitas Sua deputare dignata est Excmum P. D. Augustinum Biandathil, Archiepiscopum Ernakulamensem et Metropolitam, eidem tribuens facultates necessarias et opportunas — haud excepta facultate subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum — facto onere remittendi ad hanc Sacram Congregationem authenticum exemplar actorum peractae exsecutionis.

Contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali, die 29 mensis Aprilis a. 1955.

£¡3 E. Card. Tisserant, Ep. Ostien., Portuen. et S. Rufinae, *a Secretis*

L. $ S.

A. Coussa, *Adsessor*

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

COCCINEN.-TRIVANDREN. LATINORUM

DECRETUM

DISMEMBRATIONIS ET UNIONIS

Per Decretum Sacrae huius Congregationis de Propaganda Fide, die 19 mensis Iunii anni 1952 datum, portio territorii Coccinensis dioeceseos ad meridiem vergens, Trivrandrensi Latinorum Episcopo ad tempus regenda et administranda committebatur, utpote quae nonaginta millium passuum intervallo ab Episcopi Sede distans, interpositis quoque territoriis, ab ea penitus separaretur.

Cum autem religionis non modo fovendae gratia, sed quo maius in dies augeatur Pastoris auctoritas atque subditorum concors ac filialis erga ipsum devotio roboretur, ad illius territorii portionis cum Tri vandrensi Latinorum dioecesi arctiorem ac definitivam unionem nunc procedere oporteat, haec eadem Sacra Congregatio, vigore facultatum a Sanctissimo Domino Nostro Pio Divina Providentia Papa XII sibi concessarum, per praesens ad rem Decretum ipsam territorii portionem memoratae Trivandrensi Latinorum dioecesi in perpetuum adnectit, ita ut deinceps unum quid constituat cum territorio eiusdem Trivandrensis Latinorum dioeceseos utque eiusdem Ordinario semper et in omnibus subiecta maneat.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 20 mensis Maii a. D. 1955.

P. Card. Fumasoni Biondi, *Praefectus*

L. © S.

P. Sigismondi, Archiep. Neapolitan. in Pisidia, *a Secretis*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

MECHLINIEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVI DEI DAMIANI DE VEUSTER, SACERDOTIS PROFESSI CONGREGATIONIS SS. CORDIUM (PICPUS).

SUPER DUBIO

An signanda sit commissio Introductionis causae in casu et ad effectum de quo agitur.

Christus Dominus Apostolis suis cum praecipit ut invicem diligerent, sicut Ipse eos dilexit, statim proposuit modum et terminum sive apicem suae dilectionis, qua scilicet Ipse nos amavit, et vicissim vult ut diligamus invicem, dicens : « *Maiorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis* » (Io. 15, 12) : vitam scil. ipsam offerendo et prodigendo pro amicis et proximis, ut pro eorum salute nullus labor, nullum periculum, nulla persecutio, tormentum nullum recusetur sed ultro ambiatur.

Id fecisse, Dei gratia impellente et adiuvante, apostolos virosque apostolicos Christum secutos, est nemo qui ignoret, idque potissimum praestitisse nullo non tempore Evangelii praecones cum in regionibus Evangelii luce iam collustratis, tum apud dissitas ethnicorum gentes, quibus eadem nondum affulsit.

Quos inter iure recensendus venit Servus Dei Damianus De Veuster, Et sane. Die 3 Ianuarii anno 1840, in pago Tremeloo intra Mechliniensis archidioecesis fines, ex piis honestisque parentibus ruricolis natus, eodem die est baptizatus nomen Iosephi recipiens. Pietatem in Deum veluti cum laete a genitoribus, praesertim a matre, hausit. Prima elementa in pago Werchter didicit et dein Scholam Mediam in loco Braine-le-Comte frequentavit, ita tamen ut fratres et patrem agros colentes adiuvare non remitteret. Ibi concioni interfuit, qua adeo fuit perculsus, ut ea occasione de religioso statu amplexando recogitare ceperit. Superno itaque implorato lumine suique Confessarii usus consiliis, anno 1859 Lovanium una cum patre se contulit ad fratrem, religiosum Congregationis Ss. Cordium, vulgo Picpus, visendum, ibique, patre consen-

tiente, ut fratribus laicis eiusdem Sodalitatis adnumeraretur, obnixe rogavit et obtinuit. Die itaque 2 Februarii eiusdem anni vestem induit religiosam et die 7 Octobris 1860 Parisiis religiosa nuncupavit vota. At brevi, Superiores diligentiam ipsius cum acquirendae perfectionis, tum muneris sibi concrediti adimplendi discernentes, eum ad humaniora et philosophica studia directum voluerunt, quibus expletis, theologicis studiis daret operam ut sacerdotio dein augeretur. Die 19 Septembris anno 1863, Mechliniae, Ordines minores suscepit. Eo profecto anno Moderatores maiores eiusdem Congregationis consodales mittere decreverunt missionales ad remotas Hawaianas insulas. Horum autem unus eo profecturus, frater scilicet Famuli Dei, Pamphilius nomine, in morbum tunc incidit, ita ut, quominus proficisceretur, fuerit praepeditus. Damianus autem sponte et instanter se tum obtulit ut fratris sui suppleret vices ; cui voto Superiores annuerunt. Perlongo et difficili itinere maritimo peracto, ad insulam Honolulu una cum sodalibus mense Martio 1861 appulit. Intra duos menses sacris maioribus Ordinibus eadem in insula est auctus, usque ad sacerdotium, quo, die 21 Maii, est insignitus.

Quum messis ibidem multa esset, messores autem pauci, in sortem habuit districtum Puna primum, et dein Kohala in insula Hawai, ubi opus apostolici ministerii ab anno 1864 ad annum 1873 exercuit, Missionem peragrans primorum more apostolorum, Evangelium praedicans *in periculis et laboribus plurimis,* invisens neophytos suos per aspera et plana, saepe manus et pedes sanguine respersus.

Cum dein octo post annos audisset a suo episcopo leprosorum in Molokai insula tristissimam, cum temporalem tum spiritualem, esse condicionem, exoravit ut apud eos mitteretur. Erant quippe in illam insulam detrusi centeni et centeni leprosi a civili gubernio undique coadunati.

Historia sacra simul et profana, peregrinantium memoriae medicorumque ennarationes sunt unanimes in describenda lepra ut infaustus horribilisque morbus, plaga omnibus maxime exosa, qua caro consumitur, tubera et nodi in manuum aliorumque membrorum iuncturis excrescunt ita, ut membra ipsa paulatim concidant, punctis et squamis primo rosaceis dein subalbidis et etiam fuscis corpora foedantur, quo fit ut lepra plenus foedum horribilemque praebeat aspectum. Unde nil mirum quod ipsa Lege Mosaica leprosi e societate, veluti immundi exponerentur et ad misera extra civitatem tuguria detruderentur (Cfr. Lev. 13). Est lepra veluti tristissima mortis imago, quae angoribus doloribusque saepe acutis conficit aegrotos.

Et ecce Damianus noster, tertium supra trigesimum agens annum, ut caritatis catholicae angelus, ad huiusmodi hominum maxime afflictos miserrimosque anno 1873 advolat, ut eorum aeternae saluti consulat corporisque infirmitates curet intensissime. Horribiles quantumvis aspectu, in his suis fratribus Famulus Dei Damianus De Veuster imaginem cognoscit Christi, quem Isaias Propheta non habentem speciem descripsit nec decorem, despectum et novissimum virorum, leprosum et percussum -a Deo et humiliatum, virum dolorum et scientem infirmitatem (Cfr. Is. 53, 2-4).

Stupendum vere ac ferme incredibile est, quot negotia et labores omne genus per sexdecim quasi annos forti animo susceperit, quot pericula et aerumnas sit passus ut leprosorum vitam tolerabiliorem redderet caelumque eis aperiret. *Non quaerens quae sua sunt, sed quae Iesu Christi* (cfr. Phil. 2, 21), gentium Apostoli sententiam sibi peculiari modo datam tribuit : « Factus infirmis infirmus, ut infirmos lucrifacerem)> (I Cor. 9, 22). Damianus leprosis factus est leprosus, ita ut in suis sermonibus vere dicere potuerit : « usos autem leprosi ». Omnia igitur omnibus leprosis factus, sacerdos, medicus, magistratus, praeceptor, faber, agricola, uti optimum decet missionarium, uberrimos collegit inter eos fructus, imo eius exempla, eo vivente sicut et postea, multos stimulavit virorum et mulierum ad heroicam vitae rationem inter infirmos et derelictos ducendam.

Aliorum aeternae saluti et vitae simul huius temporis tantopere intentus, Famulus Dei suam ipsius animam minime negligens, ad perfectionem, quae religiosum sodalem decet, tendere desistit numquam, ita ut fama sit eum virtutes praeter communem modum exercuisse omnes. Nobilem quoque Gentem suam suamque Sodalitatem, parentes et coniunctos impenso prosecutus est amore.

Viribus tandem destitutus, morbi quo percussus est dolores fortiter ferens, susceptis extremis Ecclesiae sacramentis, meritis onustus, fama sanctitatis praeclarus, die 15 Aprilis anno 1889 ex hac mortali vita ad Dominum migravit. Eius exuviae anno 1936 Lovanium translatae fuere et summa veneratione exceptae in sacello adiacenti ecclesiae Religiosorum Ss. Cordium in sepulcro depositae sunt.

Quae fama sanctitudinis eo demortuo clarior in dies percrebuit et totum fere perlustravit terrarum orbem, nec praetereuntibus lustris obscurata est, favoresque insignes a Deo obtenti per eius intercessionem feruntur.

Canonicae inquisitiones super eadem fama, et super scriptis ordina-

ria potestate instrui coeptae sunt anno 1938 in Curia Mechliniensi, quae anno demum 1910 expletae sunt Romamque missae. Simul per rogatoriales litteras processus constructi sunt in Curiis Praefecturae Apostolicae de Hainan, Vicariatus Apost. Sandwiegen., Parisien., et Northantonien., additionalis demum item in Curia Mechlinien, annis 1917-49 atque in eadem Curia processus super prohibito cultu numquam praestito anno 1955.

Interim postulatoriae litterae Sanctitati Suae porrectae sunt, ut « leprosorum patris et apostoli » causa beatificationis et canonizationis apud S. Rituum Congregationem introduceretur. Quae S. Congregatio die 13 Aprilis 1945, scriptis eidem Servo Dei tributis perpensis, nihil obstare quominus ad ulteriora posset procedi decrevit.

Servatis itaque omnibus de iure servandis, Rnio P. Isidoro Maria Andreu, Congregationis SS. Cordium Postulatore Generali instante, Emus ac Revmus Dominus Clemens Cardinalis Micara, Episcopus Veliternus, causae Ponens, die 26 Aprilis anno 1955 in Ordinario Coetu dubium proposuit discutiendum : *An signanda sit commissio Introductionis causae in casu et ad effectum de quo agitur,* de eaque retulit. Emi autem et Revmi Cardinales, auditis officialibus praelatis ac praesertim R. P. D. Salvatore Natucci, Fidei Promotore Generali, rescribendum censuerunt : *Signandam esse commissionem, si Sanctissimo piacuerit.*

Facta demum Beatissimo Patri hac super re fideli relatione, Sanctitas Sua, rescriptum Emorum Patrum ratum habens, *Commissionem Introductionis causae Servi dei Damiani De Veuster* propria manu dignata est signare.

Datum Romae, die 12 Maii A. D. 1955.

C. Card. Cicognani, *Praefectus*

L. © S.

f A. Carinci, Archiep. Seleuc, *Secretarius:*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Giovedì, 27 ottobre 1955, il Santo Padre Pio XII ha ricevuto in solenne Udienza Sua Eccellenza il Dottor Joseph Harfouche, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario del Libano, per la presentazione delle Lettere Credenziali.

Giovedì, 3 novembre 1955, il Santo Padre Pio XII ha ricevuto in solenne Udienza Sua Eccellenza il Dottor D. Adolfo Arias Espinosa, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario del Panamá, per la presentazione delle Lettere Credenziali.

Sabato, 12 novembre 1955, il Santo Padre Pio XII ha ricevuto in solenne Udienza Sua Eccellenza il Dottor Maximo Etchecopar, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario della Repubblica Argentina, per la presentazione delle Lettere Credenziali.

Sabato, 19 novembre 1955, il Santo Padre Pio XII ha ricevuto in solenne Udienza Sua Eccellenza il Dottor Shahid Suhrawardy, Inviato Straordinario e Ministro Plenipotenziario del Pakistan, per la presentazione delle Lettere Credenziali.

SEGRETEPIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

11 giugno 1955. L'Illmo e Revmo Monsig. Altabella Pietro P., canonico della Patriarcale Basilica Vaticana, *Ministro della Cappella Pontificia.*

13 ottobre » Il Revmo Monsig. Ferraro Nicola, *Sotto-Promotore Generale della Fede e Assessore della Sacra Congregazione dei Riti.*

17 » » Il Revmo Padre Giampietro Giuseppe, della Compagnia di Gesù, *Consultore della Sacra Congregazione dei Seminari e delle Università degli Studi.*

28 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Agagianian Gregorio Pietro XV, *Membro della Commissione Pontificia per l'Interpretazione autentica del Codice di Diritto Canonico.*

3 novembre 1955. Gli Emi e Revmi Signori Cardinali Micara Clemente e Valeri Valerio, *Membri della Sacra Congregazione del Concilio.*

Parimente con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di nominare :

Assistenti al Soglio Pontificio :

26 giugno 1955. S. E. Revma Monsig. Kucera Luigi, Vescovo di Lincoln.
30 agosto » S. E. Revma Monsig. Bignamini Egidio, Arcivescovo di Ancona.

Protonotari Apostolici ad instar participantium :

5 febbraio 1955. Monsig. Clapperton Guglielmo, della diocesi di Aberdeen.
6 agosto » Monsig. Dubosh Francesco, della diocesi di Cleveland.
Monsig. Gallena Guglielmo, della medesima diocesi.
Monsig. Mullen Giuseppe, della medesima diocesi.
Monsig. Murphy Alberto, della medesima diocesi.
Monsig. Newton Guglielmo, della medesima diocesi.
2 settembre » Monsig. Libera Giovanni, della diocesi di Como.
5 » » Monsig. Martines Agapito, della diocesi di Sant'Anna.
3 ottobre » Monsig. Anaclerio Giovanni, dell'arcidiocesi di Bari.
6 ' • » » Monsig. Marziale Domenico, della diocesi di Troia.

Prelati Domestici di Sua Santità :

13 novembre 1954. Monsig. Shepherd Guglielmo Aroldo D., della diocesi di Plymouth.
30 dicembre » Monsig. Schuchert Augusto, della diocesi di Magonza.
23 marzo 1955. Monsig. Ho well Giovanni, della diocesi di Brentwood.
17 maggio » Monsig. Cloonan Giacomo, della diocesi di Sant'Agostino.
» » » Monsig. Love Giovanni, della medesima diocesi.
» » » Monsig. McNulty Giovanni, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Rastatter Rowan Tommaso, della medesima diocesi.
30 giugno Monsig. Hoff Norberto Gaspare, della diocesi di Helena.
» » » Monsig. Kavanagh Roberto Vincenzo, della medesimo diocesi.
11 luglio » Monsig. Lenahan Enrico, dell'arcidiocesi di New York.
» » Monsig. Lombardo Pasquale, della medesima arcidioeesi.
6 agosto » Monsig. Hildebrandt Leo, della diocesi di Fort Wayne. „
» » » Monsig. Boldrick Carlo, dell'arcidiocesi di Louisville.
» » Monsig. Horrigan Alfredo, della medesima arcidioeesi.
» » Monsig. Kieffer J. Bernardo, della medesima arcidioeesi.
» » » Monsig. Lammers Ermanno, della medesima arcidioeesi.
» » Monsig. Link Edoardo, della medesima arcidioeesi.
» Monsig. Luckett Giuseppe, della medesima arcidioeesi.
» » » Monsig. McGee Giacomo, della medesima arcidioeesi.

6	agosto	1055.	Monsig.	Schmitt Alberto, della medesima arcidiocesi.
»	»		Monsig.	Vanee Giovanni, della medesima arcidiocesi.
26	»	»	Monsig.	McDonagh Giovanni, della diocesi di San Diego.
»			Monsig.	Rice Giorgio, della medesima diocesi.
»		»	Monsig.	Ryan Daniele, della medesima diocesi.
2	settembre		Monsig.	De Keyzer Maurizio, della diocesi di Bruges.
»		»	Monsig.	Vangheluwe Vitale, della medesima diocesi.
12			Monsig.	Guerin Michele Giuseppe, della diocesi di Bridgeport.
»	»		Monsig.	Coyle Giuseppe, della diocesi di Lansing.
»			Monsig.	Esper Giorgio, della medesima diocesi.
22	»		Monsig.	Conway Domenico, della diocesi di Elphin.
3	ottobre		Monsig.	Daem Giulio, della diocesi di Gand.
7	»	»	Monsig.	Gagna Mario, della diocesi di Casale Monferrato»

Camerieri segreti soprannumerari di Sua Santità:

2	marzo	1955.	Monsig.	Cronin Carlo Filippo, della diocesi di Hexham **e** Newcastle.
26	»	»	Monsig.	Neto Carlo Enrico, della diocesi di Guaxupé.
17	maggio	»	Monsig.	Fitzpatrick Giovanni, della diocesi di Sant'Agostino.
»	»		Monsig.	Nelan Giacomo, della medesima diocesi.
15	giugno	»	Monsig.	Sexton Francesco, dell'arcidiocesi di Boston.
25	»	»	Monsig.	Fernandes Giorgio, dell'arcidiocesi di Bombay.
»	»		Monsig.	Pereira Pietro, della medesima arcidiocesi.
»			Monsig.	Remedios Enrico, della medesima arcidiocesi.
13	luglio	»	Monsig.	Degni Ettore, della diocesi di Sora.
14	»	»	Monsig.	Bendazzi Anacleto, dell'arcidiocesi di Ravenna.
»	»	»	Monsig.	Benini Ubaldo, della medesima arcidiocesi.
»			Monsig.	Brandolini Vincenzo, della medesima arcidiocesi.
	»	»	Monsig.	De Marchi Mario, della medesima arcidiocesi.
	»		Monsig.	Fantini Giulio, della medesima arcidiocesi.
»	»	»	Monsig.	Mazzotti Mario, della medesima arcidiocesi.
	»		Monsig.	Molducci Egidio, della medesima arcidiocesi.
»	»	»	Monsig.	Tanasini Elvezio, della medesima arcidiocesi.
»	»	»	Monsig.	Zambotti Giovanni, della medesima arcidiocesi.
21		»	Monsig.	Spanedda Antonio, dell'arcidiocesi di Sassari.
2	agosto		Monsig.	Lanave Giuseppe, dell'arcidiocesi di Bari.
6	»		Monsig.	Bachmann Guglielmo, della diocesi di Cleveland.
»	»		Monsig.	Carney Francesco, della medesima diocesi.
»			Monsig.	Corrigan Tommaso, della medesima diocesi.
»			Monsig.	Gallagher Raimondo, della medesima diocesi.
»			Monsig.	Murphy Tommaso, della medesima diocesi.
		»	Monsig.	Ritty Carlo, della medesima diocesi.
			Monsig.	Whealon Giocanni, della medesima diocesi.
	»		Monsig.	Allgeier Giuseppe, dell'arcidiocesi di Louisville.
»		»	Monsig.	McKune Giovanni, della medesima arcidiocesi.

6 agosto 1955. Monsig. O'Bryan Luigia della medesima arcidioeesi.
» Monsig. Steinhäuser Alfredo, della medesima arcidioeesi.
» » » Monsig. Treece Raimondo, della medesima arcidioeesi.
» » Monsig. Wheatley Giuseppe, della medesima arcidioeesi.
» Monsig. Bonomi Giovanni, della diocesi di Crema.
» Monsig. Capetti Bellino, della medesima diocesi.
» » Monsig. Madeo Angelo, della medesima diocesi.
» Monsig. Capra Filippo, della diocesi di Mcosia.
» » Monsig. Milici Salvatore, della medesima diocesi.
16 » » Monsig. Pennacchi Giuseppe, della diocesi di Apuania.
» » Monsig. Grandi Giovanni, della diocesi di Casale Monferrato.
» » » Monsig. Manuritta Giuseppe, della diocesi di Civitavecchia.
» Monsig. Balconi Giuseppe, dell'arcidiocesi di Milano.
» » Monsig. Ghiringhelli Giuseppe, della medesima arcidioeesi.
» Monsig. Mercuri Valentino, della diocesi di Narni.
» Monsig. De Leo Rocco, della diocesi di Vallo di Lucania,
» Monsig. Salati Alessandro, della medesima diocesi.
» » Monsig. Castagnino Francesco, dell'arcidiocesi di Santa Severina.
» Monsig. Maddalone Domenico, della medesima arcidioeesi.
» » Monsig. Séstito Giovanni Battista, della medesima arcidiocesi.
20 » Monsig. Leveroni Romeo, della diocesi di Chiavari.
25 » Monsig. Cecchini Michele, della arcidioeesi di Lucca.
29 » Monsig. Amadei Domenico, della diocesi suburbicaria di Sabina e Poggio Mirteto.
» » Monsig. D'Emidio Vincenzo, della medesima diocesi.
» » Monsig. Martin Mario, della medesima diocesi.
» Monsig. Polidori Torello, della medesima diocesi.
2 settembre » Monsig. Lucchi Gabriele, della diocesi di Crema.
» » Monsig. Piantelli Francesco, della medesima diocesi.
» Monsig. Gera Antonio, della diocesi di Ivrea.
» » Monsig. Verhamme Achille, della diocesi di Bruges.
12 » » Monsig. Libutti Giuseppe, dell'arcidiocesi di Acerenza.
Monsig. Calonaci Pio Alberto, della diocesi di Volterra.
» » » Monsig. Cesari Osvaldo, della medesima diocesi.
» Monsig. Gennai Lionello, della medesima diocesi.
» » Monsig. Vettori Oscar, della medesima diocesi.
17 » Monsig. Rossi Tersilio, della diocesi di SansepoLcro.
19 » Monsig. Bertolino Lorenzo, dell'arcidiocesi di Monreale.
1 ottobre » Monsig. Torrisi Sebastiano, della diocesi suburbicaria di Sabina e Poggio Mirteto.
5 » Monsig. Di Silvio Flavio (Roma).
19 » Monsig. Lopez Morant Gabino, della diocesi di Cuenca.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di Sua Santità :

21 luglio 1955. Monsig. Filippo Filiberto, della diocesi di Melfi.
17 agosto » Monsig. Oamisassa Marcello, dell'arcidiocesi di Torino.

Camerieri d'onore extra urbem *di Sua Santità:*

5 febbraio 1955. Monsig. Magliano Antonio, della diocesi di Marilia.
» » » Monsig. Santamaria Fiorentino, della medesima diocesi.

ONORIFICENZE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di conferire :

Il Cavalierato dell'Ordine Piano:

21 giugno 1955. Al sig. Van Buyten Giulio, dell'arcidiocesi di Malines.

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, elesse civile:

9 luglio 1955. Al sig. Radliuski Giuseppe, della diocesi di Pavia.
13 ottobre » Al Duca Caracciolo di S. Vito Don Roberto (Italia).

La Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile :

20 ottobre 1955. Al sig. Palmieri Nello, dell'arcidiocesi di Napoli.

La Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe militare:

3 settembre 1955. Al sig. Fioravanti dei Marchesi Odoardo (Roma).

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

3 agosto 1954. Al sig. Casiello Giovanni, della diocesi di Rosario.
» » » Al sig. Micheletti Tito, della medesima diocesi.
11 gennaio 1955. Al sig. Taggart Patrizio, della diocesi di Southwark.
3 marzo Al sig. Fielding Giovanni, della diocesi di Leeds.
16 maggio Al sig. Bonardelli Paolo, dell'arcidiocesi di Messina.
24 giugno Al sig. Jespers Giuseppe, dell'arcidiocesi di Malines.
» » Al sig. Van der Essen Leone, della medesima arcidiocesi.
10 Al sig. Angelini Luigi (Roma).
» » Al sig. Della Zonca Ettore (Roma).
16 agosto Al sig. Secchi Claudio Cesare, dell'arcidiocesi di Milano.
24 » Al Conte Biandrà di Reaglie Dario, della medesima arcidiocesi.
3 settembre Al sig. Fagnoni Raffaello, dell'arcidiocesi di Firenze.
12 » Al sig. Abs Ermanno Giuseppe, della diocesi di Limburgo.
Al sig. Rosier Osvaldo, dell'arcidiocesi di Colonia.
Al sig. Schmittmann Ernesto, dell'arcidiocesi di Monaco e Frisinga.
13 Al sig. Zeegers Giorgio Ermanno Lorenzo, della diocesi di Haarlem.

13 settembre 1955. Al sig. Norris Giacomo, dell'areidiocesi di Newark.
19 Al sig. Jervolino Mariano, del'arcidiocesi di Napoli.
18 ottobre » Al sig. Campanelli Corrado (Roma)
» » Al sig. D'Anneo Gaetano (Roma).
» » Al sig. De Lollis Alceste (Roma).
20 » Al sig. Cristallini Mario (Roma).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile :

3 agosto 1954. Al sig. Pasquale Antonio della diocesi di Rosario.
11 gennaio 1955. Al sig. Rye Alano, della diocesi di Southwark.
24 marzo » Al sig. Bubany Giorgio, della diocesi di Gallup.
» » » AI sig. Esparza Antonio, della medesima diocesi.
» » Al sig. Plese Giuseppe A., della medesima diocesi.
» » Al sig. Zecca Guido, della medesima diocesi.
» Al sig. Dupuis Carlo, della diocesi di Tournai.
» » » Al sig. Hambye Renato, della medesima diocesi.
29 aprile » Al sig. Calicis Edgardo, della medesima diocesi.
12 maggio » Al sig. Frati Fosco, della diocesi di Grosseto.
24 giugno Al sig. Geerts Giuseppe, dell'arcidiocesi di Malines.
25 » » Al sig. Correa Matteo, dell'arcidiocesi di Bombay.
6 luglio » Al sig. Leone Oreste (Roma).
2 agosto Al sig. Ormea Paolo, della diocesi di Ivrea.
» » » Al sig. Canti Luciano, del'arcidiocesi di Milano.
Al sig. Magni Enrico, della medesima arcidioeesi.
» » Al sig. Marelli Antonio, della medesima arcidioeesi.
» » Al sig. Zerbi Antonio, della medesima arcidioeesi.
G » Al sig. Aubrey Tommaso, dell'arcidiocesi di Louisville.
"A » Al sig. Dowd Giovanni, della medesima arcidioeesi.
» » Al sig. Hartnett Timoteo, della medesima arcidioeesi.
» Al sig. Kelly Guglielmo, della medesima arcidioeesi.
» » » Al sig. Lenihan Bernardo, della medesima arcidioeesi.
» » Al sig. Oertel Giovanni, della medesima arcidioeesi.
» » Al sig. Tafel Paolo, della medesima arcidioeesi.
11 » Al sig. Murphy Giuseppe E., della diocesi di Superior.
23 » Al sig. Rigoletti Arrigo, della diocesi di Vicenza.
26 Al sig. Allison Tommaso, della diocesi di San Diego.
» Al sig. Ganahl Alfonso, della medesima diocesi.
26 » Al sig. Cosulich Alberto, del patriarcato di Venezia.
3 settembre » Al sig. Varin Renato, della diocesi di Versailles.
13 » Al sig. Schauif Giovanni (Brasile).
» Al sig. Bot Teodoro Enrico, della diocesi di Haarlem.
» Al sig. Panizza Sandro, dell'arcidiocesi di Trento.
5 ottobre » Al sig. Mattei Giovanni (Roma).

La Commenda dell'Ordine di san Silvestro Papa:

24 giugno 1955. Al sig. Mentior Andrea, della diocesi di Liegi.
Al sig. Boukaert Giuseppe, dell'arcidiocesi di Malines.
» Al sig. Buyse Raimondo, della medesima arcidioeesi.
» Al sig. Dabin Giovanni, della medesima arcidioeesi.

24	giugno	1955.	Al sig. Dauwe Ottavio, della medesima arcidiocesi
»	»	»	Al sig. Mertens de Wilmars Eugenio, della medesima arcidiocesi.
»	»	»	Al sig. Neyrinck Giorgio, della medesima arcidiocesi.
»	»	»	Al sig. Verheiden Camillo, della medesima arcidiocesi
5	luglio	»	Al sig. Casiraghi Alfredo dell'arcidiocesi di Milano.
1	agosto	»	Al sig. Chiesa Francesco, della medesima arcidiocesi.
2	»	»	Al sig. Cassi Ubaldo, della diocesi di Arezzo
»	»	»	Al sig. Gonnelli Cesare, della medesima diocesi.
»	»	»	Al sig. Valle Enrico, della diocesi di Biella.
»	»	»	Al sig. Pugno Evasio, della diocesi di Casale Monferrato.
2	»	»	Al sig. Corti Mario, dell'arcidiocesi di Milano.
»	»	»	Al sig. Reina Giulio, della medesima arcidiocesi.
10	»	»	Al sig. Alessi Francesco (Roma).
16	»	»	Al sig. Biava Osvaldo, dell'arcidiocesi di Milano.
»	»	»	Al sig. Dedé Giovanni, della medesima arcidiocesi.
26	»	»	Al sig. Battagel Attilio, del patriacarto di Venezia.
»	»	»	Al sig. Scattolin Leone, del medesimo patriarcato.
30	»	»	Al Conte Passi Marco Celio, del medesimo patriarcato.
»	»	»	Al sig. Parisi Pietro, del medesimo patriarcato.
»	»	»	Al sig. Renosto Renato, del medesimo patriarcato.
3	settembre	»	Al sig. Caporali Mario, della diocesi di Livorno.
»	»	»	Al sig. Cecioni Francesco, della medesima diocesi.
5	»	»	Al sig. Bolognino Giuseppe, della diocesi di Rimini.
24	»	»	Al sig. Blasetti Carlo (Roma).
13	ottobre	»	Al sig. Sansoni Angelo (Roma).
18	»	»	Al sig. Brambilla Angelo, della diocesi di Cremona.
-*20*	»	»	Al sig. Albertini Cesare, dell'arcidiocesi di Milano.
»	»	»	Al sig. Bellati Giovanni, della diocesi di Treviso.

Il Cavalierato dell'Ordine di san Silvestro Papa:

24	marzo	1955.	Al sig. Tondreau Roberto, della diocesi di Tournai.
27	maggio	»	Al sig. Palmieri Francesco, dell'arcidiocesi di Cosenza.
24	giugno	»	Al sig. Cools Carlo, dell'arcidiocesi di Malines.
»	»	»	Al sig. Vandewijgaerden Francesco, della medesima arcidiocesi.
»	»	»	Al sig. Van Uytvanck Giuseppe, della medesima arcidiocesi.
»	»	»	Al sig. Verhaegen Luigi, della medesima arcidiocesi.
5	luglio	»	Al sig. Fralassi Giulio, dell'arcidiocesi di Siena.
»	»	»	Al sig. Gorelli Mario, della medesima arcidiocesi.
2	agosto	»	Al sig. Aceto Pierino, della diocesi di Casale Monferrato.
»	»	»	Al sig. Bonacina Alessandro, della diocesi di Como.
»	»	»	Al sig. Ganio Giovanni, della diocesi di Ivrea.
.»	»	»	Al sig. Lousberg Federico, della diocesi di Liegi.

An. et vol. XXXXY1I 23 Decembris 1955 (Ser. Il, v. XXII) - N. 17

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XII

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

MYSURIENSIS
(OOTACAMUNDENSIS)

B DIOECESI jMYSURIENSI QUAEDAM TERRITORIA SEPARANTUR, QUAE IN NOVAE DIOECESIS FORMAM REDIGUNTUR, ((OOTACAMUNDENSIS)) APPELUANDAE.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Nuntiatur in psalmis (Ps. 71, 11) fore ut omnes gentes, nato domino rerum luceque oborta splendidissimo veritatis, venirent divinam ac tremendam Dei maiestatem adoraturae. Quod ecce magnam partem verum factum est, cum ex omnibus populis agmina et Ecclesiam petant et clarissimam eius doctrinae lucem exoptent. Quam rem considerans in sua quoque dioecesi feliciter evenisse, venerabilis Frater Renatus Feuga, Episcopus Mysuriensis, necessitatibus sui populi aptius consulendi gratia, petiit ut, separatis a sua Sede quibusdam territoriis, nova dioecesis conderetur. Quae Nos consilia omnino probantes, post auditos venerabiles Fratres Nostros S. R. E. Cardinales S. Congregationi Fidei Propagandae praepositos, ac venerabilem Fratrem Martinum Lucas, Archiepiscopum titulo Adulitanum et in India Apostolicum Internuntium; eorum consensum supplentes qui aliquid iuris vel habeant in negotio, vel sese habere arbitrentur, de Nostra summa et apostolica pote-

state haec decernimus et iubemus. A dioecesi Mysuriensi, quae est in India, quaeque latissima est, territorium distrahimus regionis de Nilgiris, quae dicitur, et eam partem regionis de Coimbatore quae est ad septemtrionem fluminis Bhavani, excluso tamen *taluk de Kollegal,* ut eorum lingua dicitur. Ex quo territorio novam constituimus dioecesim, quae ab urbe Ootacamund appellabitur *Ootacamundensis.* Huius Ecclesiae Episcopus tamquam Sedem et domicilium hanc ipsam civitatem habebit; cathedram vero suae iurisdictionis in templo a S. Corde Iesu cognominato collocabit. Quam ereximus dioecesim clero indigenae regendam atque curandam tradimus, qui, spes est, nihil omittet tuendae christianae veritati eidemque apud populum magno animo diffundendae. Ad modo conditam Ecclesiam eadem spectabunt iura et honores quae ornare solent quamlibet eiusdem dignitatis ecclesiasticam circumscriptionem. Itidem omnes Episcoporum honores et obligationes Ootacamundensi Praesuli cedent. Qui praeterea Bangalorensi Metropolitae subiectus erit, sicut et Ecclesia, quam reget, suffraganea erit eiusdem nominis Sedi. Volumus insuper ut Canonicorum Collegium condatur, quo Episcopus utatur sive consiliis exquirendis, sive sacris caerimoniis sollemnius peragendis. Quod si ad praesens ob rerum adiuncta haud facile sit factu, permittimus ut Canonicorum loco Consultores dioecesani deligantur. Seminarium saltem elementarium Episcopus exstruendum curet : sunt enim pueri, quos Deus ad sacerdotii munera vocaverit, ceu flores fovendi, ut quam aptissime potest ad tam sublime officium pietate, studio, morum suavitate parentur. Mensa episcopalis, quam vocant, his bonis constabit : congrua videlicet parte, quae novae Sedi obveniet ex divisione bonorum iuxta canonem 1500 C. I. C; Curiae fructibus; oblationibus tandem sive rerum sive pecuniarum quibus fideles christiani solent Ecclesiam iuvare. Ootacamundensis dioecesis regimen et administratio ; item electio Vicarii Capitularis, Sede vacante ; iura postremo cleri et populi aliaque huiusmodi, Iuris Canonici praescriptis omnino regantur. Peculiari vero modo iubemus ut documenta et acta, quae ad novam dioecesim spectant, quam primum a Curia Mysuriensi ad Curiam Ootacamundensem mittantur, in tabulario religiose asservanda. Quae his Litteris Nostris mandavimus efficienda curabit venerabilis Prater Martinus Lucas, cuius mentionem fecimus, factis ad id potestatibus quas poterit ipse cuilibet viro subdelegare, si opus fuerit, dummodo in ecclesiastica dignitate constituto. Peracti vero negotii idem venerabilis Prater documenta exarari faciet, quorum exempla, sincere scripta, ad S. Congregationem Fidei Propagandae quam primum mittet. Quod

si eo tempore, quo res erit ad exitum deducenda, alius eidem Internuntiaturae Apostolicae in India praeerit, huic eadem peragendi mandatum damus et potestatem facimus. Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat ; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis siye manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderetur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die tertio mensis Iulii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo quinto, Pontificatus Nostri septimo decimo.

CELSUS Card. COSTANTINI
S. R. E. Cancellarius

PETRUS Card. FUMASONI BIONDI
8 Congr. de Propaganda Fide Praefectus

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

Silvius Sericano, *Proton. Apost.*
Caesar Federici, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. LXXXXI, n. 12.

II

BELLOHORIZONTINAE-ADAMANTINAE (SEPTEMLACUNENSIS)

AB ARCHIDIOECESIBUS BELLOHORIZONTINA ET ADAMANTINA QUAEDAM SEPARANTUR CURIAE, EX QUIBUS NOVA EFFICITUR DIOECESIS ((SBPTEMLACUNENSIS)).

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Clementissimi Servatoris vices qui hisce sustinemus in terris, « qui vult omnes homines salvos fieri et in agnitionem veritatis venire » (I Tim. 2, 4), totis contendimus viribus, immo ad extremum vitae spiritum con-, tendemus, ut omnibus populis, quos patris amore diligimus, aptior in dies aditus ad aeternam pateat salutem. Quoniam igitur venerabilis Frater Armandus Lombardi, Archiepiscopus titulo Caesariensis Philippi et in Brasilia Apostolicus Nuntius, arbitratus se christianorum utilitatibus consulere, qui mediam incolunt regionem eius Civitatis, cui nomen vulgo « Minas Gérais », hanc rogavit Apostolicam Sedem ut, divisis ab archidioecesibus Bellohorizontina atque Adamantina quibusdam territoriis, cathedralis exinde constitueretur Sedes, hasce accipiendas esse preces censemus. Auditis itaque venerabilibus Fratribus Antonio dos Santos Cabrai, Bellohorizontino Archiepiscopo, et Iosepho Newton de Almeida Batista, Archiepiscopo Adamantino, atque eorum consensu suppleto, qui in hoc negotio sua quomodocumque interesse existiment ; re attente cogitata, de consilio venerabilium Fratrum Nostrorum S. B. E. Cardinalium Negotiis Consistorialibus praepositorum ac de summa Nostra potestate sequentia statuimus. Ab archidioecesi Bellohorizontina id territorii separamus, quod quattuordecim complectitur curias vulgato nomine : Santo Antonio, Sant'Ana, Baldim, Fortuna, Inhaúma, Jaboticatubas, Jequitibá, Maravilhas, Martinho Campos, Matosinhos, Papagaio, Pequi, Pompéu, Prudente de Moráis ; item ab Adamantinae archidioecesis iure hasce quinque eximimus curias, vulgo : Cedro, Lagóa Bonita, Paraopeba, Pirapama, Biacho Fundo ; ex quibus regionibus novam efficimus dioecesim *Septemlacunensem* appellandam, quae iisdem terminabitur finibus atque omnes simul curiae, quas supra dinumeravimus.

Septemlacunensem ergo dioecesim ut suffraganeam subdimus metropoli Bellohorizontinae, eiusque Episcopum iure obnoxium Archiepiscopo Bellohorizontino volumus. Decernimus pariter ut idem Praesul sedem ac domicilium in urbe vulgo « Sete Lagôas » statuat, a qua nova dioecesis nomen mutuatur, cathedram vero suae auctoritatis collocet in aede S. Antonii Patavini, inibi exstante ; quod templum, quemadmodum urbem atque dioecesim, de quibus loquimur, iisdem decoramus honoribus, iuribus ac privilegiis quae ad ceteras episcopales urbes, cathedrales aedes atque dioeceses spectant; Episcopum vero et iuribus instruimus et oneribus astringimur, quae episcopalem consequuntur dignitatem. Ut vero in Septemlacunensi cathedrali templo divinus cultus debita magnificentia habeatur atque Praesul eorum virorum corona iuvetur, qui animi ingeniique dotibus praestent, volumus ut Ganonicorum Collegium cito erigatur iuxta peculiares normas, quas per alias sub plumbo Litteras describemus ; quoadusque vero huiusmodi Collegium condi nequeat, concedimus ut Canonicorum loco dioecesani Consultores eligantur. Episcopalis vero mensa sive Curiae fructibus constabit, sive a fidelibus rebus pecuniisque sponte oblatis, sive bonis quae, peracta divisione rerum opumque mensarum Bellohorizontinae et Adamantinae, huic dioecesi pro rata parte contingent, servatis iussis canonis 1500 C. **I.** C. Quandoquidem autem summa est conferenda diligentia ad pueros educandos, quos Christus suavissimo ductu ad sacerdotium traxerit ineundum, Septemlacunensis Episcopus curabit seminarium saltem elementarium quam primum erigendum, ad iuris normam et iuxta praescripta a S. Consilio Seminariis studiorumque Universitatibus praeposito data, ex eodemque optimos quosque eliget adulescentes, quos in hanc almam Urbem mittet, in Pontificio Ephebeo Piano Latino Brasiliano philosophia ac theologia rite imbuendos. Quod autem ad novae dioecesis regimen et administrationem attinet, item ad Capitularem Vicarium renuntiandum, cum Sedes vacaverit, ad fidelium et sacerdotum iura et officia, ad aliaque huiusmodi, servanda praecipimus quae Codex Iuris Canonici iubet. Decernimus quoque ut simul ac dioecesis Septemlacunensis erectio ad effectum deducta fuerit, clerici Ecclesiae illi habeantur addicti, cuius territorium recte et inre incolunt, utque omnia documenta et acta, quae ad novam Sedem ad eiusque clericos, fideles ac temporalia bona spectant, a metropolitanis Bellohorizontina Adamantinaque Curiis cito ad Septemlacunensem Curiam mittantur, in eius tabulario custodienda. Venerabilem denique Fratrem Armandum Lombardi, quem supra nominavimus, ad ea quae hisce Litteris praescripsimus efficienda deligimus, vel eum qui eo

tempore, quo haec iussa ad effectum adducentur, Apostolicae praeerit in Brasilia Nuntiaturae ; cui vero obtigerit hoc exsequendum opus illi omnes ad id necessarias facimus potestates, quae etiam cuilibet subdelegari poterunt, si opus fuerit, dummodo ecclesiastica dignitate pollenti, onusque imponimus effectum negotium in acta referendi eorumque fide digna exempla ad S. Consistoriale Consilium quam primum mittendi. Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat ; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die sexto decimo mensis Iulii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo quinto, Pontificatus Nostri septimo decimo.

CELSUS Card. COSTANTINI
S. R. E. Cancellarius

$ Fr. ADEODATUS I. Card. PIAZZA
S. Congr. Consistorialis a Secretis

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

Silvius Sericano, *Proton. Apost.*
Caesar Federici, *Proton. Apost.*

Loco £ß Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. LXXXXI, n. 80.

III

NOVAE LISBONAE
(SADABANDEIROPOLITANAE)

A DIOECESI NOVAE LISBONAE DUO DISTRAHUNÏUR CIVILES DISTRICTUS, EX QUIBUS NOVA DIOECESIS EFFICITUR, ((SADABANDEIROPOLITANA)) NUNCUPANDA.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ad Christi evangelium satius praedicandum atque ad eorum utilitatem fovendam, qui Lusitanas incolunt Africae Occidentalis Regiones, venerabilis Frater Fernandus Cento, Archiepiscopus titulo Seleuciensis Pierius et Apostolicus in Lusitana Republica Nuntius, ab hac Sancta Sede poposcit, iuxta pacta inter Romanam Sedem ac Lusitanam Rempublicam, die septimo mensis Maii anno millesimo nongentesimo quadragesimo conventa et die primo insequentis mensis Iunii rata habita, ut duae regiones vulgo « Huila » et « Moçamedes » e Novae Lisbonae dioecesis iure eximerentur eaedemque in novae formam redigerentur dioecesis. Nos eapropter, quibus misericors Deus arcano consilio universae tradidit regimen Ecclesiae, huiusmodi precibus libenter cedendum arbitramur : spem enim concipimus hanc novam territorii descriptionem valde esse ibi catholicae rei profuturam. Audita igitur sententia venerabilium Fratrum Danielis Gomes Junqueira, Episcopi Novae Lisbonae, et Moysis Alves de Pinho, Luandensis Archiepiscopi, aliorumque pariter sacrorum Antistitum Lusitanae Regionis, cui nomen vulgo « Angola » ; consensu pariter eorum suppleto, qui in hac re aliquid iuris vel habeant vel se habere putent, reque attento cogitata studio, de summa Nostra potestate haec quae sequuntur statuimus et decernimus. A dioecesi Novae Lisbonae eam partem separamus quae territoria vulgato nomine « Huila » et « Moçamedes » complectitur, ex eaque novam dioecesim efficimus *Sadabandeiropolitanam* appellandam, quae, ut patet, e duobus Districtibus, ita in unum redactis, constabit quaeque ipsorum simul Districtuum finibus terminabitur. Quocirca decernimus ut novae dioecesis caput ea sit urbs quam populus « Sá da Bandeira » appellat, a qua dioecesis suum sumit nomen ; ut eius Episcopus in eadem sedem ac domicilium collocet, ibidem-

que cathedram pontificalis magisterii in templo S. Iosephi, B. M. V. Sponsi, statuat, quod ad cathedralis aedis gradum perducimus, cum omnibus iuribus et honoribus ceterarum eiusdem dignitatis aedium propriis ; ut denique idem Episcopus eiusque successores iis honoribus ac privilegiis gaudeant at oneribus astringantur, quibus ceteri per terrarum orbem Episcopi et fruuntur et onerantur. Volumus pariter ut haec Sedes uti suffraganea subdatur metropolitanae Luandensi Ecclesiae, eiusque Praesul iuri Luandensis Archiepiscopi subiciatur. Ut vero in cathedrali templo divinus cultus statis caerimoniis rite habeatur, utque Episcopus consilio et opera praestantiorum huius dioecesis virorum iuvetur, iubemus ut quam primum inibi Canonicorum Collegium constituatur, iuxta normas aliis sub plumbo Litteris a Nobis describendas ; quoadusque tamen id fieri nequeat, libenter sinimus Canonicorum loco dioecesanos eligi Consultores. Ad mensam autem episcopalem quod attinet, eam efficient sive dos a publica auctoritate ex more largienda; sive Curiae fructus; sive denique bona quae, divisis pro rata parte Novae Lisbonae mensae rebus ac facultatibus, huic obvenient dioecesi; qua in peragenda divisione iussa canonis 1500 C. I. C. religiose serventur. Cum praeterea bonae spei adulescentes, quos Christi atque animorum amor ad sacerdotium allexerit, diligentissime sint ad omne huiusmodi officii munus instruendi, decernimus quoque ut Sadabandeiropolitanus Episcopus seminarium saltem elementarium quam primum erigat ad iuris normam et iuxta leges a S. Consilio Seminariis studiorumque Universitatibus praeposito traditas, indigenae clero apte educendo. Volumus pariter ut Iuris Canonici praescriptis ea regantur, quae ad novae Ecclesiae regimen et administrationem respiciunt, itemque ad eligendum Capitularem Vicarium, cum Sedes vacaverit, ad fidelium ac sacerdotum iura et onera ; ut praeterea, erecta nova Ecclesia, clerici dioecesi illi addicti censeantur, cuius territorium iure optimo incolunt; ut denique omnia documenta et acta, quae ad novam Sedem ad eiusque clericos, fideles ac temporalia bona spectent, a Curia Novae Lisbonae ad Sadabandeiropolitanam Curiam sedulo mittantur, in eius tabulario custodienda. Quae his Litteris descripsimus efficienda curabit venerabilis Frater Fernandus Cento, quem iam diximus, vel is qui, quo tempore haec ad rem adducentur, Apostolicae in Lusitana Bepublica Nuntiaturae praeerit ; cui vero contigerit hoc exsequendum opus, illi et necessarias ad id facimus potestates, cuilibet, si opus fuerit, viro subdelegandas, dummodo in ecclesiastica dignitate constituto, et onus imponimus de effecto negotio tabellas exsequendi, earumque exempla ad S. Consistoriale Consilium cito mittendi. Has vero Litteras nunc et in

posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat ; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die septimo et vicesimo mensis Iulii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo quinto, Pontificatus Nostri decimo septimo.

CELSUS Card. COSTANTINI
S. R. E. Cancellarius

$ Fr. ADEODATUS I. Card. PIAZZA
S. Congr. Consistorialis a Secretis

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

Silvius Sericano, *Proton. Apost.*
Caesar Federici, *Proton. A^post.*

Loco £& Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. LXXXXI, n. 8/f.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

TEMPLUM DEO IN HONOREM B. MARIAE V. IMMACULATAE GENEVAE CONSECRATUM HONORIBUS BASILICAE MINORIS INSIGNITUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Nominis Catholici in urbe Geneva revigescentis signum perhibetur esse Templum, quod paulo post sollemniter pronunciatum dogma Immaculati Beatae Mariae Virginis Conceptus exstructum fuit eidemque Deiparae primae labis experti consecratum. Hoc in opere parando multi cives, nulla mercede accepta, non paulum laboris, raro piae alacritatis exemplo, consumpserunt, ad hoc Mariani cultus perficiendum domicilium Christifideles e pluribus nationibus contulerunt stipem. Neque praetermittendum Pium PP. IX, rec. mem., Decessorem Nostrum, pro sua erga Beatam Mariam Virginem pietate, pecuniae summam haud modicam esse largitum, atque eiusdem Immaculatae Deiparae statuam, quae in Pontificia eius asservabatur diaeta et coram qua ipse Caelorum Reginae solebat supplicare, huic Templo donavisse. Quod Simulacrum, utpote religiosissimum apud Catholicos cives Genevenses, anno millesimo nongentesimo trigesimo septimo, Episcoporum, Sacerdotum e prioribus, populi fidelis astante corona, auro diademate, Nostro nomine et auctoritate, fuit redimitum. Tanta est autem huius Templi dignitas ut princeps sit omnium sacrarum Aedium, ad Ecclesiam Catholicam pertinentium, quas Genevae est cernere. Eo Christifideles frequentes accedunt, Dei hominumque Matrem in vota vocaturi, ibi cotidie sub vesperum, precatoriam vol ventes coronam, Augustam Virginem honestissimis venerantur obsequiis, quin publicae rei Moderatores, cum munus ineunt, sacris ibi in praesenti intersunt. Multi denique Catholici, ad conventus legati, qui ex omnibus nationibus solent Genevam cogi, hoc Templum adeunt Deum exoraturi ut incepta sua atque consilia fortunet. Ceterum neque artificiosis caret operibus, quae inter tabula Beatae Mariae. Virginis, saeculo quinto decimo picta, atque olim in Templo principe Genevensi, scilicet antequam a novatoribus diriperetur, locata, dilaudatur, neque sacra supellectile eaque pretiosa. Plures quoque sacerdotes in religionis muneribus versantur ita ut animarum

curationi affatim sit consultum. Quo autem Templo tam insigni, quod pronuntiatae veritatis Deiparam fuisse ab origine Immaculatam praeclarum est quoddam quasi monumentum, maior adiungeretur honor, hoc praesertim Mariano vertènte Anno, atque Christifideles ad impensiorem pietatem erga Dei Genetricem confirmaren tur, Venerabilis Frater Franciscus Charrière, Episcopus Lausannensis, Genevensis et Friburgensis, Nos rogavit ut eandem sacram Aedem Basilicae Minoris nomine ac iure donaremus. Quibus precibus libenter auditis, Nos, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Templum Deo in honorem Beatae Virginis Immaculatae Genevae consecratum ad dignitatem *Basilicae Minoris* evehimus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis, quae sacris Aedibus eodem titulo ornatis rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efiicaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum ex Arce Gandulfi, sub anulo Piscatoris, die iv mensis Augusti, anno MDCCCCLIIII, Pontificatus Nostri sexto decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis
GILDO BRUGNOLA
a Brevibus Apostolicis

II

SANCTUS MATTHAEUS APOST. CONSOCIATIONIS E NATIONE ITALICA COLLEGII RATIONATORUM CAELESTIS PATRONUS DECLARATUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Solent ex Ecclesiae instituto Caelestes Patroni Christifidelibus constitui, ut in huius saeculi caliginosis procellis habeant quorum superno nitantur praesidio, in quorum sese forment mores et virtutes. Est autem ad Nos allatum Itálicos Rationa-

tores, foedere sociatos, Sanctum Matthaeum Apostolum aliquot iam annos ut peculiarem tutorem excolere eiusque honori sollemnia, die XXI mensis septembris, religiose celebrare. Quin mille annorum expleto spatio a quo sacrum huius Apostoli corpus Salernum fuit translatum, Rationatorum ex Italia ordo ea in urbe, proximo mense Septembri, conventum aget, atque in principe Templo, ubi tanti viri ossa contecta sunt sepulcro, titulum memoriae causa ponendum curabit. Hoc ergo festo tempore dato Praeses Consociationis e natione Italica Collegii Rationatorum submisse Nobis supplicavit ut Sanctum Matthaeum Apostolum eius, cui praeest, Sodalitatis Caelestem Patronum renuntiaremus. Quibus precibus, Venerabilis Fratris Demetrii Moscato, Archiepiscopi Salernitani, commendatione suffultis, libenti animo statuimus concedere. Quapropter, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, omnibus attente perpensis, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Sanctum Matthaeum Apostolum Consociationis ex natione Italica Collegi Rationatorum, seu vulgato nomine « Federazione Nazionale del Collegio dei Ragionieri », Caelestem apud Deum *Patronum* confirmamus, constituimus, declaramus, omnibus adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis, quae coetuum Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque ad quos spectant, seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum ex Arce Gandulfi, sub anulo Piscatoris, die VI mensis Augusti, anno MDCCCCVIII, Pontificatus Nostri sexto decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO PRUGNOLA
a Brevibus Apostolicis

III

BEATA MARIA VIRGO ((DEL TALLAT)) PRAECIPUA CAELESTIS PATRONA PAROECIARUM: « ROCALLAURA, BELLTAEL, VALLBONA DE LAS MONJAS, OMELLÓNS, BELI ANES, SAN MARTIN DE VALDÁ, VILET, ROCAFORT, NALECH, CINTADILLA, SOLIVELLA, OLLÉS, BEAUCAFIRT, SANANT ET ARBECA)), ARCHIDIOECESIS TARRACONENSIS PROCLAMATUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Almae Deiparae Simulacrum, quod per hominum aetates in sacra aede montis «Tallat» nuncupati pie asservabatur, saeculo vero proxime praeterito in curiale Sancto Laurentio dicatum templum oppidi « Rocallaura » appellati et intra fines Tarraconensis Archidioecesis positi, fuit translatum, religiosissimum est, quemadmodum accepimus, apud eius loci atque regionis incolas. Oatervatim enim eo solent accedere, Beatam Mariam Virginem in vota vocaturi, quae supplicum preces etiam prodigiis patratis interdum audivisse traditur. Quae Christifidelium erga Dei Genetricem pietas magnis est aucta incrementis hoc Mariano Anno, quo praeclara illa Imago, religionis causa, per oppida vicosque circumlata **est.** Tam laudabili permotus animorum alacritate, Dilectus Filius Noster Beniaminus Sanctae Romanae Ecclesiae Presbyter Cardinalis de Arriba y Castro, Archiepiscopus Tarraconensis, vota quoque depromens sacerdotum, publicae rei curatorum, Christifidelium, Nos rogavit ut Beatam Mariam Virginem, nomine « dei Tallat » appellatam, paroeciae oppidi « Rocallaura », aliarumque quattuordecim curiarum praecipuam apud Deum Patronam renuntiaremus. Nos autem, quibus nihil potius est quam ut cultum Almae Deiparae quoquoversus dilatemus, huiusmodi preces libenti animo censuimus admittendas. Quapropter, e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra, deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi- perpetuumque in modum Beatam Mariam Virginem, « dei Tallat » nuncupatam, praecipuam apud Deum *Caelestem Patronam* ad Tarraconensem Archidioecesim pertinentium paroeciarum : « Rocallaura, Belltael, Vallbona de las Monjas, Omellóns, Belianes, San Martín de Valdá, Vilet, Rocafort, Nalech, Cintadilla, Solivella, Beaucafirt, Ollés, Sanant, Arbeca », constituimus ac declaramus, omnibus adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis, quae principalibus Io-

eorum Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum ex Arce Gandulfi, sub anulo Piscatoris, die VIII mensis Augusti, anno MDCCCCLIIII, Pontificatus Nostri sexto decimo.

Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis
De speciali mandato Sanctissimi

GILDO BRUGNOLA
a Brevibus Apostolicis

EPISTULA

AD EXCMUM P. D. DE SANCTIS ALFONSUM MARIAM, EPISCOPUM TUDERTINUM, TERTIO DECIMO VERTENTE SAECULO AB OBITU S. MARTINI I, PP. M.

PIUS PP. XII

Venerabilis Prater, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Christianae fidei horoës ante omnium oculos in exemplum proponere, quotiescumque se praebet occasio, opportunum profecto ac salutare consilium est; plurimum siquidem ad ingrediendum virtutis iter excitare animos solet horum virorum publice revocata memoria. Quapropter ubi primum comperimus istic, te auctore, sollemnes honores proxime habitum iri Decessori Nostro imm. mem. S. Martino I, Martyri, tertio decimo ab eius obitu exacto saeculo, susceptum a vobis consilium libenti sane animo probavimus. Idque eo iucundius Nobis evenit, quod de tanto viro gloriari addecet non modo civitatem istam, quae eum nascentem excepit, sed potiore iure Apostolicam hanc Sedem, in cuius fastis S. Martini gesta, aureis exarata litteris, praeclaram illam confirmant S. Augu-

stilli sententiam : «Ecclesia sancta... contra omnes haereses pugnans; pugnare potest, expugnari tamen non potest » -[1]

Datus quippe ille catholico orbi divinitus visus est, ut inter aestuantes Auctus, nefasta desaeviente Monothelitarum doctrina, mysticam Ecclesiae navem firma manu reetoque itinere dirigeret. Etenim, ad fastigium Apostolicae dignitatis evectus, statim, unice christianae fidei sibi proposita causa, nullis ille pepercit curis laboribusque ut eorum venena coërceret; ac vel ipsam Byzantini Imperatoris arrogantiam, qui haereticorum patrocinium susceperat, minime veritus, impiis illius conatibus se veluti «civitatem munitam et... columnam ferream et... murum aereum »[2] opponere non dubitavit. In quo asperrimo pro fide certamine incredibile plane est quam acerba et dura ipse, vecordi adversariorum furore petitus, ad extremum usque suae vitae diem animose pertulerit. Nempe, cum iussu Imperatoris vi captus Constantinopolim esset perductus, non vinculis, non contumeliis, non inauditis prorsus cruciatibus deterritus est, sed nihil optans magis, quam «explere bonum certamen, et abire ad eum quem desiderabat)),[3] ad adversarios conversus, qui eum falsis criminibus accusabant, splendidum inter alia hoc dedit invictae animi fortitudinis testimonium : « Obsecro vos per Dominum, quodcumque vultis et definitis fieri in me, citius expíete. Novit enim Deus, maxima mihi dona tribuistis, quacumque me clade iugulaveritis » .[4] Sanctissimo in hoc defixus proposito, aerumnis et inopia fractus, non victus, strenuae fortitudinis suae coronam paulo post in exsilio relegatus consecutus est ; dignus profecto quem coaevi admirabundi eum « adamantinum... Patrem »[5] appellarent, et Ecclesia in martyrum numerum adscriberet.

Valde igitur opportunum est, ut tanti Pontificis gesta saecularibus hisce commemorationibus quasi reviviscant tempore hoc nostro, quo fortibus et constantibus exemplis christifidelium firmari animos oportet. Ac vos praesertim in inditum hunc Christi athletam Patronumque vestrum intueamini, dilecti filii; et conscientia avitae nobilitatis impulsi, ab eo sumite incitamentum et robur, ad vitam sancte agendam et ad fidem retinendam alacrius, eandemque voce et opere testandam fronte non pavida.

[1] *Migne, P. L.,* XL, 635.
[2] *Ier.* 1, 18.
[3] *Migne, P. L.,* LXXXVII, 117.
* *Migne, P. L.,* LXXXVII, 114.
[5] *Migne, P. L.,* LXXXVII, 111

Haec Nos supplicibus a Deo precibus contendimus, atque dum in uberum fructuum spem erecti omnia fausta piis sollemnibus ominari gaudemus, Apostolicam Benedictionem tibi, Venerabilis Frater, cunctoque gregi tuo peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xx mensis Octobris, anno MDCCCCLV, Pontificatus Nostri septimo decimo.

PIUS PP. XII

ALLOCUTIONES

I

Cultoribus cinematographicae artis, ob Conventum internationalem Romae coadunatis. *

Il film ideale, efficace strumento di elevazione, di educazione e di miglioramento

Nel dare, una seconda volta, con paterna effusione il Nostro benvenuto a voi, Signori, dediti all'attività cinematografica, desideriamo di confermare non solo la stima per le vostre persone e la vostra professione, ma altresì la vigile sollecitudine della Chiesa verso un così potente mezzo di diffusione del pensiero e del costume, qual è il cinematografo, con l'intento di contribuire ad elevarlo alla dignità di strumento della gloria di Dio e dell'umano perfezionamento.

Nel ritornare pertanto su tale materia in questo nuovo incontro coi rappresentanti del « mondo cinematografico », Ci proponiamo d'integrare le considerazioni già esposte, mossi dalla persuasione della sua importanza, i cui motivi già ampiamente mostrammo. Di fronte ai gravi problemi che angustiano la presente età, e che certamente attraggono le Nostre più premurose cure, questo del cinema potrebbe ad alcuni apparire un argomento secondario, tale cioè da non meritare la particolare sollecitudine che gli dedichiamo. Certamente il cinema, essendo per sua natura arte e svago, sembra che dovrebbe rimanere contenuto quasi ai margini della vita, retto, beninteso, dalle comuni leggi che regolano le ordinarie attività umane, ma poiché, di fatto, è divenuto per la pre-

* Habita die 28 Octobris mensis a. 1955.

sente generazione un problema spirituale e morale d'immensa portata, non può essere trascurato da coloro che hanno a cuore la sorte della parte migliore dell'uomo e del suo avvenire. Soprattutto poi non può venir negletto dalla Chiesa e dai suoi Pastori, alla cui vigilanza non deve sottrarsi alcuna questione morale, specialmente se si ripercuote con conseguenze incalcolabili su innumerevoli anime ; ma altresì da tutti gli onesti e pensosi del bene comune, i quali sono persuasi a ragione che ogni problema umano, grande o piccolo, affonda le radici nello spirito più o meno offuscato e che nello spirito, una volta illuminato, va debitamente risolto.

Tornerà forse a disdoro della nostra età che molti, massime se debolmente formati nell'animo, si lasciano indurre a dare una determinata condotta alla loro vita privata e pubblica dalle finzioni artistiche e dalle vane ombre di uno schermo : tuttavia questo fatto non cessa di essere importante e degno di considerazione con una serietà proporzionata agli effetti. In un domani di decadimento spirituale e civile, del quale sarebbe corresponsabile la non disciplinata libertà dei filmi, quale rimprovero ne verrebbe alla saggezza degli uomini d'oggi, come a coloro che non seppero dirigere uno strumento così adatto ad educare ed elevare gli animi, ed invece lasciarono che si tramutasse in veicolo di male !

Questa fiducia, che Noi nutriamo per il cinematografo, come efficace <Ì positivo strumento di elevazione, di educazione e di miglioramento, Ci muove ad esortare i suoi artefici e produttori, affinchè compiano ogni sforzo per affrancarlo non solo dalla decadenza artistica, ma soprattutto dalla complicità della depravazione, e a prospettare invece loro le limpide regioni del film ideale.

Di questo già esponemmo i caratteri propri, ma solo nel primo dei tre aspetti che esso offre all'esame, e, cioè in relazione al soggetto, vale a dire all'uomo al quale il film ideale è presentato.

Ora passiamo a spiegare il secondo punto, cioè :

2.* — Il film ideale, considerato in relazione all'oggetto, ossia al suo -contenuto.

U film considerato in relazione all'oggetto, ossia al suo contenuto

Affinchè, nel tratteggiare il film ideale quanto al contenuto, non si abbia a sconfinare in esigenze improprie, ma si colgano, invece, gli eleimenti essenziali, occorre tener presente la riflessione già esposta sul

* V. 1° Il film ideale in relazione al soggetto, pag. 507 ss.

nucleo assoluto racchiuso nella relatività dell'ideale, cioè l'essere proprio del film, la sua specifica bontà, il proprio suo pregio. Torna perciò opportuno rammentare il concetto dell'ideale : ciò cui nulla manca di quel che deve avere, e che, anzi, lo possiede in grado perfetto. Poiché il film riguarda l'uomo, sarà ideale quanto al contenuto quello che si adegua, in forma perfetta ed armonica, alle primordiali ed essenziali esigenze dell'uomo stesso. Esse sono fondamentalmente tre : la verità, la bontà, la bellezza, quasi diffrazioni, attraverso il prisma della conoscenza, dell'illimitato regno dell'essere, che si estende al di fuori dell'uomo, nel quale esse attuano una sempre più vasta partecipazione all'essere medesimo. È vero che, nei singoli casi, colui che si adopera, mediante l'arte o la coltura, di porre l'uomo a parte di quel regno, si accorge in fine di aver sodisfatto ben poco la sua insaziabile sete; tuttavia gli resta il merito di aver saputo distogliere a suo vantaggio un qualche rivolo della originale pienezza del vero, del buono, del bello, nella misura del possibile e scevro da contaminazioni : ha conciliato, in altre parole, la relatività dell'ideale col suo concetto assoluto. Orbene, può il film essere un adatto veicolo di questa triade nell'animo dello spettatore? può esserne tramite eccellente, e, nei limiti dei suoi propri metodi, perfetto? La risposta deve essere affermativa, benché non sempre si verifichi, neppure nel caso di un film degno d'essere classificato buono, ma che, per difetto di qualcuno degli elementi o della armonia tra di essi, resta al di fuori delle regioni ideali.

È chiaro che il contenuto, ossia la scelta dell'argomento, tale da rispecchiare il più fedelmente possibile la realtà buona e bella, è d'importanza fondamentale nella creazione del film ideale; ma è parimenti riconosciuto dagli specialisti che non ogni scelta è possibile, poiché non di rado si frappongono ostacoli di natura del tutto pratica, che arrestano gli artefici sulla soglia dell'ideale, come, per esempio, l'intrinseca impossibilità di rappresentare visibilmente alcune verità, bontà e bellezze. Il film non può presumere, nè deve arrischiarsi ad affrontare argomenti che sfuggono al dominio dell'obiettivo, che non possono tradursi in immagini, ribelli come sono ad ogni interpretazione scenica, per motivi sia tecnici che artistici, o per altri riguardi, quali possono essere ragioni di tatto sociale e naturale, di rispetto e di pietà, o anche di prudenza e di sicurezza per le vite umane. Nonostante, però, queste limitazioni, talune intrinseche ed altre pratiche, il campo degli argomenti rimane ampio e ricco, vantaggioso e attraente, qualunque possa essere l'elemento di quella triade che predomini nel singolo film.

Film d'insegnamento

Discorrendone in particolare, citeremo in primo luogo il film che si propone l'insegnamento, la cui principale attrazione è costituita dalla verità, in quanto accresce le cognizioni dello spettatore. Vi è, senza dubbio, in questo genere, un ideale possibile a conseguirsi e le cui norme possono essere compendiate così : ciò che esso offre in cognizioni, in illustrazione, in approfondimento, deve esser esatto, chiaramente intelligibile, condotto con perfetto metodo didattico e con elevate forme artistiche.

Filmi di puro insegnamento sono relativamente rari ; il più delle volte, forse per riguardo alla diversa preparazione del pubblico, anziché approfondire l'argomento, lo sfiorano, restringendosi a dare le idee sostanziali.

Eppure, se si tien conto della sete di coltura che il pubblico dimostra di avere, e del cui difetto spesso si rammarica, questa specie di film, purché attuato con ideale perfezione, sarebbe da per tutto bene accolto, mentre, debitamente sviluppato ed esteso, tornerebbe a vantaggio del civile progresso.

La conferma è data dalla non rara produzione e dal felice successo di filmi basati sulle scienze naturali, alcuni dei quali meritano il titolo di filmi ideali.

La natura, infatti, quale si offre allo sguardo dell'attento osservatore, palesa ricchezze inesauribili del buono e del bello, rispecchianti con trasparente sincerità, la infinita sovrabbondanza della perfezione e della bellezza del suo Creatore.

Il film può mietere a piene mani nel suo triplice regno, e percorrere, mediante i mezzi tecnici di cui dispone, le armoniose vie della creazione, aperte dalle scienze fisiche e biologiche, sia nelle immensità dei cieli, che negli intimi recessi del microcosmo.

Non si assiste senza fremiti di maraviglia a filmi, i quali trasportano in mondi sconosciuti e talora insospettati, che nessun altro mezzo, più del cinema, saprebbe rappresentare così al vivo. Talora incanta e soggioga la maestà dei colossi montani, tal altra l'irresistibile furore delle tempeste nell'oceano, la solitudine dei ghiacci polari, la immensità delle foreste vergini, la tristezza delle sabbie desertiche, la vaghezza dei fiori, la trasparenza delle acque, l'irruenza delle cascate, la eleganza delle aurore boreali : visioni tutte, che, riprodotte con fedeltà

e illustrate da sobri commenti di parola e di musica, s'imprimono nell'animo come le immagini di un viaggio. Maggior stupore e ricchezza di cognizioni offre lo svolgersi della vita nei filmi — anche questi non infrequenti, — che svelano i segreti del regno animale, e sono ottenuti da esperti autori e produttori dopo estenuanti giorni e mesi di appostamenti e di osservazioni, trascorsi in condizioni disagiate nelle foreste e nei deserti inospitali, sui fiumi e nelle profondità marine. Quale testimonianza della ricchezza e della molteplicità della natura si trae da tali filmi, non meno di altri atti a calmare, ricreare, rinfrancare lo spirito !

Con pari diletto ed istruzione, altri filmi possono scrutare l'uomo stesso, in cui la struttura organica, il comportamento funzionale, i processi terapeutici e chirurgici per ricondurlo a sanità, presentano oggetti di alto interesse.

Se poi si passa alle opere dell'uomo, neppure mancano gli orgomenti adatti ad essere elaborati artisticamente e a diffondere su larga scala la coltura. Si dicono appunto filmi di coltura quelli che descrivono le diverse stirpi, i costumi, il folklore, le civiltà, e più in particolare i modi di lavoro, i sistemi agricoli, le vie di traifico per terra, mare e cielo, i mezzi di comunicazione, i tipi di abitazione e di residenza nelle differenti età, colti dall'obiettivo nei molteplici stadi del loro sviluppo, che prende le mosse dalla primitiva capanna di fogliame, per giungere alle nobili dimore, ai monumenti architettonici, agli arditi grattacieli delle città moderne.

Bastano questi accenni per dimostrare che il film istruttivo, purché trattato con giusta misura di dati scientifici, presentato sotto luci nuove, e ravvivato da un sincero soflio d'arte, sufficiente per allontanare l'idea d'un insegnamento rigorosamente scolastico, può, per quel che riguarda il contenuto, offrire con facilità allo spettatore tutto ciò che egli si attende in questo genere da un film ideale.

Film di azione

Ben più difficile invece si presenta l'impresa nel film di azione, quello, cioè, che intende rappresentare ed interpretare la vita e la condotta degli uomini, le loro passioni, aspirazioni e lotte.

In questa sorte di argomenti il film ideale non è cosa di tutti i giorni • eppure tali filmi sono, rispetto al numero, di gran lunga i più comuni. Mentre ciò dimostra che un simile genere è maggiormente richiesto ed

apprezzato dal pubblico, prova nello stesso tempo le serie difficoltà che la sua attuazione offre al film ideale.

Già esponemmo, parlando dell'importanza della cinematografìa, e studiando la cosa da parte dello spettatore, in che consista l'attrattiva del film di azione, quali influssi esso esercita nell'animo e a quali reazioni psicologiche esso dia luogo. Le medesime riflessioni ora ritornano in esame, considerate però nelle loro cause, la prima delle quali è certamente il contenuto, ossia la materia che si sceglie a trattare.

Ora proprio nella scelta del contenuto cominciano le difficoltà per l'autore o produttore coscienzioso, che si propone il film di azione ideale ; altre ne sopraggiungono, in appresso, dalla configurazione e delimitazione, specialmente nei momenti più rilevanti, della stessa materia ; altre ancora, e non sempre sormontabili, dalla disponibilità di attori, che siano idonei a dare espressione umanamente ed esteticamente perfetta all'oggetto prescelto.

Può dunque ogni materia rappresentabile essere accolta da chi si propone il film ideale? Sono già stati indicati alcuni motivi di esclusione, fondati su riguardi morali, sociali, umani, che necessariamente restringono la indiscriminata libertà di scelta.

Due particolari quesiti, però, meritano d'esser considerati con maggior cura.

Film di argomento religioso

Il primo è : nei filmi d'azione è permesso di assumere come materia argomenti religiosi?

La risposta è che non si vede perchè tali argomenti dovrebbero essere generalmente e in massima esclusi, tanto più che l'esperienza, tentata in questo genere, ha già dato qualche buon risultato in filmi di contenuto strettamente religioso.

Ma anche quando il tema non è espressamente tale, il film ideale di azione non dovrebbe ignorare l'elemento religioso. E stato infatti notato che anche filmi moralmente irreprensibili possono tuttavia riuscire spiritualmente dannosi, se offrono allo spettatore un mondo, in cui non si fa alcun accenno a Dio e agli uomini che credono in Lui e Lo venerano, un mondo in cui le persone vivono e muoiono come se Dio non esistesse. Può essere talvolta sufficiente in un film un breve momento, una parola su Dio, un pensiero verso di Lui, un sospiro di fiducia in Lui, una implorazione di aiuto divino. La grande maggioranza del popolo crede in Dio, e nella sua vita il sentimento religioso ha una notevole

parte. Nulla quindi di più naturale e di più opportuno che se ne tenga debitamente conto nel film.

D'altra parte, bisogna riconoscere che non ogni fatto o fenomeno religioso è trasferibile sullo schermo, o per la intrinseca impossibilità di esser configurato scenicamente, o perchè la pietà ed il rispetto vi si oppongono. Inoltre l'argomento religioso presenta spesso per autori ed attori specifiche difficoltà, tra cui la principale forse consiste nel come evitare ogni traccia di artificioso e di manierato, ogni impressione di macchinalmente imparato, poiché la vera religiosità è, per sè, contraria all'esteriore ostentazione, e non si lascia facilmente « recitare ».

L'interpretazione religiosa, quando anche sia condotta con retta intenzione, raramente reca l'impronta di cosa veramente vissuta, e quindi comunicabile allo spettatore.

Un'altra questione, alla quale è difficile dare una risoluta risposta, è : se sia argomento idoneo e conveniente per un film di azione la descrizione comparata di varie confessioni religiose. Esempi di questi filmi non mancano, effettuati allo scopo di rappresentare le diverse forme di religiosità, sia ricavandolo da azioni reali, sia da scene a tale scopo recitate.

In ogni caso, o che si tratti di filmi a scopo istruttivo, o che si voglia offrire allo spettatore la drammaticità dei contrasti tra due vite, indirizzate religiosamente in modo diverso, si esige una assai maggior finezza e profondità di sentimento religioso e di tatto umano, per non offendere e profanare ciò che agli uomini (anche se mossi da pensieri e sensi oggettivamente errati) è sacro.

Le medesime cautele e necessarie limitazioni si impongono per i filmi storici che trattano di uomini e di avvenimenti, i quali furono al centro di contrasti religiosi, non del tutto sopiti : ivi il primo requisito è la verità : questa però deve sapersi conciliare con la carità, affinchè l'una non vada a scapito dell'altra.

H film nella rappresentazione del male

Il secondo quesito circa il contenuto del film ideale di azione riguarda la rappresentazione del male : è permesso scegliere, e con quali cautele si deve trattare il male e lo scandalo, che senza dubbio hanno una parte così importante nella vita dell'uomo? Certamente questa non potrebbe comprendersi, almeno nei grandi e gravi conflitti, se si chiudessero gli occhi alle colpe che ne sono spesso la causa. La superbia, l'ambizione

smodata, Pavidità di potere, la cupidigia di ricchezze, l'infedeltà, le ingiustizie, la dissolutezza, sono purtroppo i lineamenti del volto e delle azioni di molti, e la storia ne è intessuta amaramente. Ma una cosa è conoscere i mali, chiedendone alla filosofia e alla religione la spiegazione e i rimedi ; altra è farne oggetto di spettacolo e di svago. Ora però dar forma artistica al male, descrivere la sua efficacia e il suo sviluppo, le sue vie aperte e occulte, con i conflitti che esso genera o attraverso i quali avanza, ha per molti un quasi irresistibile fascino. Si direbbe che, in sede di narrazione e di rappresentazione, molti non saprebbero attingere altrove l'ispirazione artistica nè l'interesse drammatico, se non dal regno del male, anche se soltanto come sfondo per il bene, come ombra da cui balzi più netta la luce. A questa attitudine psichica di molti artisti corrisponde una analoga negli spettatori, della quale abbiamo già discorso. Orbene, può un film ideale assumere come contenuto un tale oggetto? I più grandi poeti e scrittori di tutti i tempi e di tutti i popoli si sono occupati di questa difficile e cruda materia, e lo faranno anche in avvenire.

Una risposta negativa a tale domanda è naturale, qualora la perversità e il male sono offerti in ragione di loro stessi ; se il male rappresentato risulta, almeno di fatto, approvato ; se esso è descritto in forme eccitanti, insidiose, corrompitrici ; se è mostrato a coloro che non sono in grado di dominarlo e di resistergli. Ma quando non si dà alcuno di questi motivi di esclusione ; quando il conflitto col male, ed anche la temporanea sua vittoria, in rapporto con tuffo l'insieme, serve alla più profonda comprensione della vita, della retta sua direzione, del controllo della propria condotta, del chiarimento e consolidamento nel giudizio e nell'azione ; allora una tale materia può essere scelta e intrecciata, come parziale contenuto, nella intiera azione del film stesso. Si applica a questo il medesimo criterio che deve sovraintendere ad ogni simile genere artistico : la novella, il dramma, la tragedia, e ogni opera letteraria.

Anche i Libri Sacri del Vecchio e del Nuovo Testamento, quale fedele specchio della vita reale, ospitano nelle loro pagine le narrazioni del male, della sua azione ed influsso nella vita dei singoli, come in quella delle stirpi e dei popoli.

Anch'essi lasciano penetrare lo sguardo nel mondo intimo, spesso tumultuoso, di quegli uomini; raccontano i loro falli, il loro risorgimento o la loro fine. Pur essendo rigorosamente storica, la narrazione ha spesso l'andamento dei più forti drammi, i colori foschi della tragedia. II lettore resta colpito dalla singolare arte e dalla vivezza delle descrizioni, che, anche soltanto sotto l'aspetto psicologico, sono incomparabili

capolavori. Basta ricordare i nomi : Giuda, Caifa, Pilato, Pietro, Saulo. Ovvero dall'epoca dei Patriarchi : la storia di Giacobbe, le vicende di Giuseppe in Egitto in casa di Potifar ; — dai libri dei Re : l'elezione, la riprovazione, la tragica fine del Re Saul ; ovvero la caduta di David e il suo pentimento; la ribellione e la morte di Assalonne; e innumerevoli altri eventi.

Là il male e la colpa non sono dissimulati da ingannevoli veli, ma narrati come in realtà accaddero ; eppure anche quella porzione di mondo contaminato dalla colpa è avvolta da un'aura di onestà e di purezza, diffusavi da chi, pur fedele alla storia, non esalta, nè giustifica, ma evidentemente stimola a condannare la perversità; in tal guisa la cruda verità non suscita impulsi o passioni disordinate almeno in persone mature.

Al contrario: il lettore serio diviene più riflessivo, più chiaroveggente ; il suo animo, ripiegandosi su sè stesso, è indotto a dirsi : « Bada che anche tu non sii indotto in tentazione » ;[1] « Se stai in piedi, bada di non cadere » .[2]

Tali conclusioni non sono suggerite soltanto dalla Sacra Scrittura, ma sono anche patrimonio di antica saggezza e frutto di amara esperienza.

Lasciamo dunque che anche il film ideale possa rappresentare il male : colpa e caduta ; ma che lo faccia con intenti seri e con forme convenienti, così che la sua visione aiuti ad approfondire la conoscenza della vita e degli uomini e a migliorare ed elevare lo spirito.

Rifugga dunque il film ideale da ogni forma di apologia, e tanto meno di apoteosi del male, e dimostri la sua riprovazione in tutto il corso della rappresentazione e non solo nella chiusa, che giungerebbe spesso troppo tardi, dopo cioè che lo spettatore è già stato adescato e sconvolto da cattivi incitamenti.

Tali sono le considerazioni che intendevamo di esporvi sul film ideale in relazione all'oggetto, cioè al contenuto. Non Ci resta ora che di aggiungere una parola circa il film ideale in rapporto alla comunità.

3. — Il film ideale, veduto e considerato in relazione alla comunità.

[1] Cfr. *Gal.* 0, 1.
[2] Cfr. 1 *Cor.* 10, 12.

Il film considerato in relazione alla comunità

Quando, all'inizio di questa esposizione, notammo che il cinematografo, in breve volgere di anni, ha quasi dato una sua impronta al nostro secolo, implicitamente affermavamo l'esistenza di rapporti tra esso e la comunità. Dal suo vasto influsso su questa e sul bene comune, traemmo validi argomenti per affermare l'importanza del film e il dovere che ha la collettività di esercitare una legittima vigilanza sulle sue qualità morali.

E tempo ora di guardare i suoi rapporti con la comunità medesima, in quello che esso ha e può avere di positivo, o, come suol dirsi, di costruttivo, conformemente al Nostro assunto, che è di non muovere sterili accuse, ma d'indurre il cinema a rendersi sempre più atto strumento del bene comune. Che cosa di prezioso e preziosissimo può offrire un film ideale alla famiglia, allo Stato, alla Chiesa?

a) *alla famiglia*

La *famiglia.* Nel ripartire l'argomento, diamo la precedenza alla famiglia, anche perchè essa è chiamata frequentemente a prender parte nelle rappresentazioni filmistiche, dalle quali però non sempre riporta indenne da menomazioni la sua alta e sacra dignità.

La famiglia fu, è e rimarrà la sorgente e l'alveo del genere umano e dell'uomo. Capolavoro della somma sapienza e bontà del Creatore, da lui ha ricevuto la costituzione, le prerogative, i doveri, che le spianano la via per conseguire i propri superiori fini. Fondata sull'amore e per l'amore, la famiglia può e deve essere per i suoi componenti, coniugi, genitori, figli, il loro piccolo inondo, il rifugio, l'oasi, il terrestre paradiso, nella misura possibile consentita quaggiù. Così sarà realmente, se la si lascia esser tale quale il Creatore l'ha voluta e il Salvatore l'ha confermata e santificata.

Intanto, molto più che nel passato, il disorientamento odierno delle menti, come anche i non infrequenti scandali, hanno indotto non pochi a deprezzare gl'immensi tesori di bene che la famiglia può dispensare ; perciò i suoi elogi vengono facilmente accolti con un sorriso misto di scetticismo e d'ironia.

Sarebbe utile indagine l'esaminare in quale misura alcuni filmi abbiano concorso a diffondere tale mentalità, o se semplicemente si adeguino servilmente ad essa per sodisfarne i desideri almeno con le finzioni.

È certamente deplorevole che taluni filmi si accordino con l'ironia e con lo scetticismo verso l'istituto tradizionale della famiglia, con l'esaltare le sue traviate realtà, e soprattutto lanciando sottili e frivoli spregi alla dignità degli sposi e dei genitori.

Ma quale altro umano bene resterebbe all'uomo sulla terra, se andasse distrutta la famiglia come è stata ordinata dal Creatore? È dunque un alto e delicato ufficio il restituire agli uomini la stima e la fiducia in essa.

Il film, che dimostra ogni giorno così grande interesse ed efficacia riguardo a questo argomento, dovrebbe aggiudicarsi come proprio quel-l'ufficio, e adempirlo, mostrando e diffondendo il concetto, naturalmente retto e umanamente nobile, della famiglia, descrivendo la felicità dei coniugi, genitori e figli, i pregi di essere stretti dal vincolo degli affetti nel riposo e nella lotta, nella gioia e nel sacrifìcio.

Si può ottenere tutto ciò senza molte parole, ma con appropriate im-magini e svolgendo attraenti vicende : ora, di un uomo, dotato di saldo carattere, che fa ciò che deve, che osa e lotta, che sa anche sopportare ed attendere, agire virilmente e fermamente, e al tempo stesso mantenere e manifestare incrollabile fedeltà, sincero amore coniugale, costante sol-lecitudine di padre; — tal'altra, di una donna nel più nobile e degno senso della parola, sposa e madre di condotta irreprensibile, dalla mente aperta, abile nella famiglia e al di fuori di essa, e tuttavia al medesimo tempo dedita alla casa e alla sua intimità, perchè sa di trovarvi tutta la sua felicità ; — altrove, di figli, rispettosi verso i genitori, ardenti per i loro ideali, seri nel perseguirne i migliori, sempre freschi e gioviali, ma insieme servizievoli, generosi, intrepidi.

Un film di azione, che traduca tutto ciò con trame interessanti e vivaci, con forme perfette di arte, quali ai periti non è impossibile di attuare, sarebbe, per quanto riguarda il bene della comunità, un film ideale nel pieno e reale significato della parola.

b) *allo Stato*

Si esamini ora brevemente il film ideale nelle sue relazioni con lo *Stato.* È bene intendersi sul senso di questa espressione, e determinare che qui si tratta di stabilire in che modo un film, il quale si occupa più o meno espressamente di materie riguardanti la comunità politica, possa influire nel procurare il bene di questa.

Prescindiamo perciò nelle Nostre considerazioni dai filmi cosiddetti politici, di partito, di classe e altri simili, che con intento propagandi-

